
Liber de Anni[illegible]

Ac[illegible]ale scriptus

726



Liber de Anima Aristotelis

14.

Bonorum honorabilium et cetera.

In hoc libro est intentio de anima et quantum ad
principia scilicet secundum quod anima eius non sit contenta sub
corpore mobili quod est subiectum in naturali philosophia tamquam pars eius
subiectiva et ideo posset aliquis videre quod consideratio de anima
non pertinet ad naturalem. Est tamen principium et pars corporis
corporis mobilis animati secundum quod scientia de anima est pars
philosophie naturalis. Sic anima est pars corporis animati. Secundo non habet
philosophus aut alius artifex considerare solum de partibus subiec-
tivis sui subiecti sed etiam de partibus essentialibus principiis et
causis et ceteris ut patet per Aristotelem in libro physicorum dicentem
quod tunc opinamur scire cum causas cognoscimus et prima principia
usque ad elementa. Secundum est quod quantum ad unam animam in-
tellectivam secundum suam substantiam puram sit separata et a mo-
tu et a materia et ita magis de consideratione methaphysica quam
physica. Sed tamen secundum suam naturalem et hoc est .i. secundum quod est
principium corporis aliquo modo transmutati et hoc modo consi-
deratio de anima pertinet ad naturalem. Unde
autem ista scientia que est de anima in duas partes. Primo scilicet in
prohemium et tractatum et incipit tractatus ibi Princi-
pium autem conveniens et cetera. In prohemio autem quattuor facit.
Primo dat necessitatem huius scientie et incipit ab hiis ut vult co-
mmentator ut inducat nos ad amorem scientie. Secundo ut ibi Inqui-
rimus autem et cetera dat intentionem huius scientie et diffinitionem
et intentum et modum. Tertio ut ibi Dubitationem autem
habet et cetera determinat cui parti philosophie supponatur hec
scientia. Quarto ut ibi Intentum dicentes et cetera dat modum pro-
cedendi in agendo in dando. Adhuc necessitatem huius scientie
primo dat eius necessitatem penes suam certitudinem et ibi
suam nobilitatem. Secundo ibi Videtur autem et cetera dat necessita-
tem huius penes utilitatem. Primo tamen sic procedit nos o-
pinamur quod scientie cum sint de bonis honorabilibus est una meli-
or alia et nobilior aut propter suam certitudinem aut propter suam no-
bilitatem aut propter utrumque. Sed anima superat omnes alias sci-
entias a scientia divina in utroque. Ergo scientia de anima
melior est et nobilior omnibus aliis scientiis preter divi-
nam. Erit ergo tractatus de anima in prioribus scilicet ante
tractatum rerum naturalium animatarum. Huius rationis pri-
mo ponit maiorem. Secundo cum dicit Propter utraque. Primum
et similiter ultimum minorem maioris et minoris. Tertio ibi
Anime hystoriam ponit conclusionem principalem.
Ad evidentiam maioris intelligendum quod dicit commentator
quod artes non differunt ab invicem nisi altero istorum
duorum modorum scilicet aut confirmatione demonstrationis aut
nobilitate subiecti aut utroque. Geometria enim excedit as-
trologiam per confirmationem demonstrationis. Astrologia enim
excedit ipsam subiecti nobilitate. Ad intellectum autem mi-
noris dicit commentator causam minoris esse considerantibus quod subiectum hu-
ius scientie est nobilius aliis et similiter eius demonstratio est mag-
is firma. Si et plus dicit sed videtur hoc esse verum sic
subiectum huius scientie est nobilius omnibus aliis preter subiectum scientie
divine. Quod anima est nobilius omni corpore et omni par-
te sine comparatione corporis. Est et certior aliis quod sicut
propositio universalis in qua idem de se predicatur sic cog-
nitio ipsius anime certior est eo quod scit quod re-
flectionem sui supra se et propter hoc intellectus primum est
certissimus. Adhuc quod omnes alie res create sunt cog-
nite ipsi anime per ipsam necesse est ipsam sibi esse
certiorem. Adhuc ut vult Aristoteles in posteriorum scientia certior
est que est de simpliciori quam que est de composito cum
ergo anima simplicior sit subiecto aliarum scientiarum preter divinam
videtur erit scientia de anima certior aliis. Cum dicit
Videtur autem determinat necessitatem scientie penes suam
utilitatem. Ista autem scientia utilis est ad cognitionem
veritatis et maxime ad scientiam naturalem et dat
causam huius ultimi et est quod anima est tamquam principium
animalium cum autem maxima pars philosophie naturalis sit de
animalibus et de aliis animatis scientia de anima non solum
est utilis sed necessaria ad cognitionem philosophie naturalis.
Causa autem primi potest esse quod omnis veritas est in
anima scilicet intellectiva tamquam in subiecto propter quod scientia de anima
necesse est et utilis ad omnem veritatem et intelligitur
per omnem veritatem scientias speculativas per naturam scientiam
naturalem sic exponit commentator. Consequenter cum dicit Inqui-
rimus autem dat intentionem huius et difficultatem et
intentum et modum. Unde sed hec habet ista partes tres par-
ticulas. In quarum prima facit primum in secunda ibi Omnino
autem [illegible] dat difficultatem. In tertia ut ibi
Fortassis primum dat modum et intentum. Dat ergo
primo intentionem dicens quod intentio in hac sci-
entia est cognoscere substantiam ipsius anime et accidentia
eius quedam videntur esse passiones proprie ipsius anime
eo quod anima non videtur indigere corpore in habendo
ipsas. Huiusmodi est intelligere. Quedam autem videntur
esse passiones communes corpori et anime eo quod vir-
tute anime eo quod insunt corpori huiusmodi sunt vegetare
sentire et huiusmodi. Vel potest intelligi per passiones proprias
anime ipsas que primitus existunt in anima et secundo
in corpore ut sensus et imaginatio et intendit per
alias eas que existunt in anima et secundo in corpore
ut sensus et imaginatio. Et intendit per alias
eas que existunt in anima propter corpus ut sompnum
et vigiliam. Et sic confundit in hoc sermone omnia
que contingunt anime et attribuuntur ei et sic ex-
ponit commentator et cetera. Primam expositionem invenit veri-
tatem intelligere sit proprium ipsius anime ut videtur
per primam expositionem autem non patebit nisi [illegible]. Con-
sequenter cum dicit Omnino autem dat difficultatem et in-

tertium dicens quod difficillimum est cognoscere quidditatem et substantiam ipsius anime. ¶ Consequenter dat causam cum dicit Cum enim sit etc. et hec est questio sit communis anime et aliis rebus scilicet questio quid est aut est una via communis cognoscendi diffinitiones omnium rerum earum substantias indicantes aut est una propria et diversa deveniendi in cognitionem diffinitionum et substantiarum rerum diversarum. Si autem sit una via communis ad cognoscendum omne accidens scilicet methodus de accidentibus et hec est via communis ad omnes per se passiones scilicet via demonstrativa si similiter sit via communis ad demonstrandum cognoscendum diffinitionem in omnibus rei tunc est valde difficile in cognitione anime. Si autem non sit una via communis sed sunt vie proprie et diverse ad cognoscendum diffinitionem rerum diversarum tunc adhuc est hoc difficile et adhuc erit difficilius quam difficile quia primo ad cognoscendum oportet invenire diffinitionem anime. utrum scilicet sit demonstratio ut dixit ypocras aut sit divisio ut dicit plato. aut sit aliqua alia via cognoscendi ut via compositionis quam innuit aristoteles in libro posteriorum. hoc in scire est difficile adhuc autem cognita ipsa via remanent dubitationes et loca erroris circa ea ex quibus debet esse diffinitio id est circa propria vel principia diffiniende. diversarum enim rerum ut inferiorum et superiorum et sic de aliis sunt principia propria et diversa ex quibus habent componi earum diffinitiones. unde scire viam cognoscendi diffinitionem anime non sufficit ad cognoscendum ipsam diffinitionem nisi propria principia sint prius cognita ex quibus componitur sua diffinitio hoc autem scire est difficillimum et hec est quia ipsa anima maxime elongatur a comprehensione sensitiva et comprehenduntur intellectu. huiusmodi autem sunt a nobis minime comprehensibilia ex propria principia ipsius diffinitionem componentia cognoscere est nobis difficillimum. Primus autem Dato intentione et difficultate huius intentum hic tertio dat modum et intentum et hec pars principale et incidens et incipit ibi ¶ Videtur autem non solum. pars principalis dividitur in duas in quarum prima dat modum et intentum de substantia anime. In secunda ibi ¶ Considerandum autem dat modum et intentum de eius accidentibus. Modus autem et intentum de substantia anime consistit in duabus rationibus quarum prima est ad cognoscendam substantiam anime oportet primo dividere in quo genere rerum anima sit et est quid sit scilicet utrum sit substantia vel in genere substantie aut sit quantitas aut qualitas aut sic de aliis. ¶ Secunda ratio est dato quod sit substantia sive quia difficile predicamentum substantie sit ponenda scilicet utrum sit potentia aut sub actu. differt enim multum ut infra patebit utrum ponatur anima esse actus aut potentia. et actus prime differentie in genere substantie et potentia in unoquoque genere alio. In unoquoque genere autem est

una prima contrarietas quia una extremitas est in potentia et altera actus et dicit expositor quod iste due differentie scilicet actus et potentia in unoquoque genere sunt valde opposita. consequenter cum dicit Considerandum autem dat modum et intentum de accidentibus anime. unde questiones vel sex et intentum de ipsis accidentibus quarum prima talis est utrum anima sit partibilis secundum substantiam sic dixit plato an sit impartibilis secundum partibilem substantiam plato enim dicebat quod virtus intellectiva est in cerebro ita quod ex illa alia concupiscibilis autem in corde. irascibilis autem sive vegetativa in epate et sic posuit animam esse partibilem secundum substantiam ad litteram aliter autem ponit illas aliquas esse secundum substantiam plures sed intentes et sic exponitur sed contrarium et implicatur hec positio platonis in fine primi huius. aliter autem posset exponi hec partibilitas anime secundum partibilitatem eius in substantia scilicet utrum sint eadem substantia potentie vegetative sensitive et rationalis cum sint in eodem aut non. ¶ Consequenter cum dicit Et utrum sit similis. movet secundam questionem et est quod considerandum est utrum anima sit eadem specie in omnibus animalibus aut non. sed diversa. Si diversa utrum ista diversitas sit solum secundum speciem et non secundum genus. aut sit ista diversitas secundum genus et potest hoc totum intrari pro una questione aut pro duabus hanc questionem primo ponit secundo ibi Nunc quidem dicentes. ponit duas rationes quod de hoc est considerandum quarum prima est ex diminutione huius considerationis fuit causa quam antiqui solum consideraverunt in anima hominis animas aliorum animatorum relinquendo. estimantes quod consideratio est de anima simpliciter quod esset verum ut vult commentator. Si anime essent eedem in specie. Nunc autem quia diverse necesse est considerare utrum conveniant in genere an non. ne igitur decipiamur sicut antiqui ex consideratione nostram perfectam de anima facere. hanc rationem breviter innuit. Secundo cum dicit. Querendum est autem dat rationem ad idem etc. quod querendum est et considerandum perfecto modo de anima ne lateat nos utrum eadem diffinitio sit anime in omnibus animatis an diversa. Si diversa est alia diffinitio secundum unamquamque speciem animalis. Et quia posset aliquis negare hoc quod supposuit dicendo eandem esse diffinitionem alis universalis continentem aliam secundum suum totum ambitum in omnibus animalis propriam essentiam indicantem hoc removet cum dicit Animal vero universale. dicens quod animal universale aut nichil est. aut posterius est. in animalibus enim particularibus enim cognoscitur posterius non faciat completam cognitionem de eo quod prius est non erit una diffinitio animalis universalis continens propriam in omnibus animalis indicans et sicut dictum est de animali similiter est de aliquo alio communi. Et notandum quod vult hic commentator quod diffinitiones sunt rerum particularium et sensibilium rerum extra intellectum et quod intellectus agit universalitatem in ipsis. Intelligendum est super hoc quod dicit universale autem nichil est aut posterius est ita quod universale non nichil (?) in eo qualitas existat

in anima et hic ut volunt quidam et forte verum est. qualitas sensibilis cum
enim solus sensus sit diffinitio ut vult Aristoteles et illud idem quod dif-
finitur secundum esse quod hic in anima est universale ut di-
cunt vulgariter si sit qualitas existens in anima erit qualitas
sensibilis que eadem propter quod non est substantia nec accidens set medium inter
hec. quod non est inconveniens. communiter enim quo ad logicum in-
ter substantiam et accidens non sit medium tamen communiter ad mathematicum
sive metaphysicum vel naturalem inter ea est medium ut vult Alga-
zel. in multis locis. universale et positum est quod patet sic
species obiecti primo recipitur in sensu et postea in virtu-
tibus mediis secundum ordinem ita quod tandem recipitur in y-
maginatione ubi est adhuc sub conditionibus materialibus. scilicet hic et
nunc. cum autem fuerit in ymaginatione intellectus agens de-
nudans ipsam a conditionibus materialibus facit ipsam universale et
hoc est quod dicit. commentator. quod intellectus ipsam agit uni-
versalitatem in rebus. hoc igitur ordine considerando patet
quod aliquid universale posterius est. quod sit aliquid prius et quid sit
universale. iam fere delinquitur intellectui possibili et
est ibi presens propter hoc intelligimus cum volumus quod species
recepta in sensu non semper presens est. consequenter cum dicit Am-
3. q. plius autem dat tertiam questionem et est si anima non sit par-
tibilis secundum substantiam ita quod non sint multe anime secundum
substantiam set sint multe secundum partes. tunc est questio utrum conside-
rando de anima sit prius considerandum de anima secundum se
totam. scilicet in eo quod est anima vel secundum suas partes. et addit
quod de ipsa secundum suas partes difficile est considerare qualis
sit earum diversitas naturalis. consequenter cum dicit. Et
4. q. utrum partes dat quartam questionem et licet prius consideran-
dum sit de tota anima quam de suis partibus aliud
est utrum prius considerandum sit de suis partibus in se
quam in suis operibus. consequenter cum dicit. Si autem opera
5. q. dat. quintam questionem etc. Quod si prius fuerit consideran-
dum de operibus partium anime quam de ipsis partibus in se
¶ Adhuc autem dubium est utrum prius considerandum fu-
erit de ipsis operibus an de obiectis operum. Et in hoc
terminatur hec pars principalis et sequitur pars incidens cum
dicit Utrum autem. que sic introducitur quod in prepo-
sitis questiones relinquit sub dubitatione utrum sit deve-
niendum in cognitionem posterioris per cognitionem prioris aut
econverso. Et posset aliquis dubitare utrum utraque via
sit consideranda. ¶ In hac arte quod ostendit dicens quod ex
cognitione substantie devenimus in cognitionem accidentium per se
que est cognitio per causam et econverso per cognitionem accidenti-
um per se devenimus in cognitionem substantie set ista cogni-
tio est per effectum et per posterius procedit igitur sic primo
narrat utramque viam cognoscendi esse concessam
in hac arte dicens quod non solum utile est cognoscere

substantiam sive diffinitionem substantie ad cognoscendum accidentia propinqua et
essentialia de subiectis sicut in mathematicis non solum utile est co-
gnoscere quid rectum et quid curvum et quid linea et quid
superficies ad cognoscendum hanc passionem quod anguli tri-
anguli sunt equales duobus angulis rectis set econverso
existente utile est cognoscere accidentia propinqua et essenti-
alia ad cognoscendum quid sit substantia sive diffinitio-
nem substantie. accidentia enim ostendunt magnam partem conferunt
ad cognoscendum quod quid est. et ad cognoscendum diffinitio-
nem substantie. Et intelligendum est quod dicit hoc de ac-
cidentibus per se propinquis et essentialibus. et non de aliis ¶
consequenter cum dicit. Cum enim habeamus probat quod in-
narrando sic quod quid est sive diffinitio substantie est ra-
dix et principium demonstrandi omnem per se passionem
de subiecto. cum cognitis per se passionibus accidentibus necesse est ali-
quam cognitionem habere de subiecto ipso sive diffinitione
substantie sicut causa cognoscitur in suo effectu. cognito autem
quod quid est ipsius substantie de facili habetur cognitio acciden-
tium quod quod concludit consequenter cum dicit. Quare secundum quemque
quod omnis diffinitio substantie per quam non contingit cognoscere
accidentia per se et hec vel aut aliquo modo de ipsis con-
iecturari. omnis dico talis diffinitio dyalectica est et vana. dya-
lectica est quia quod non veris et non propriis. vana quia non in-
dicat illud quod debet indicare et sic terminatur secundum
prohemiale huius libri et est intelligendum de hoc quod re-
linquit sub dubitatione supra in hoc secundo prohemiali. scilicet
utrum sit una via communis ad cognoscendum omnem diffini-
tionem sicut est una via communis ad cognoscendum
omne accidens. intelligendum est dico quod est una vi-
a communis ad inveniendum omnem diffinitionem. scilicet via
divisiva ut vult Aristoteles in secundo libro posteriorum non
tamen est una via communis ad demonstrandum omnem
diffinitionem. Est enim diffinitio substantie et diffinitio
passionis. set omnis diffinitio passionis eadem via
demonstratur de subiecto cum sit via demonstrativa. diffinitio
enim passionis aut est medium in demonstratione aut conclusio
per demonstrationem. illa enim diffinitio que dicit quid est
passio non tamen exprimit causam concluditur et est ut dicit
Aristoteles in secundo posteriorum diffinitio que est medium solum
positione differens a diffinitione que concluditur. diffinitio
autem substantie per demonstrationem non ostenditur immo ante omnem
demonstrationem oportet haberi substantiam et quod quid est ipsius et
de hoc quod nunc ultimo dictum est. quod diffinitio
substantie radix est et principium omnis demonstrationis passionis
de subiecto. secundum quod non propter hoc debet dici ipsam esse me-
dium in demonstratione. vult enim Aristoteles in secundo posteriorum
quod omnis diffinitio aut est principium demonstrationis aut

est definito per genus differens aut concluditur in definitione sumitur. Haec divisio sic sufficiens et per opposita utrique membro dividens in equivalentiam tale erit. Aliter cum definitio quae est a definitione per genus differens est sicut medium in definitione, ut in ultima definitio, quae est principium definitionis medium; propterea erit non sufficiet ad hoc ut sit medium in definitione in qua concluditur passio de subiecto, sed solum sufficiet illa definitio ut sit medium quae constat ex materialis principiis causis passionis et ex aliqua parte ipsius subiecti ex illa scilicet per quam passio inest subiecto. Talis enim definitio dicit quid est passio eo quod constat ex materialis principiis causis et simul cum hoc dicit eam passionis eo quod constat ex illa parte subiecti per quam inest passio subiecto.

Dubitationes autem habent et cetera.

Hic aggreditur ad tertium prohemii in quo declarat cuius partis philosophie supponatur haec scientia ostendens ex naturali et habet haec pars principale et incidens quod incipit ibi Differunt autem diffinitive. In parte principali ostendit propositum sic: si omnes passiones animae sunt communes animae et corpori physico habenti naturam animatam est physica de anima considerare; necessitas consequentie satis patet. Circa hanc rationem sic procedit: primo dicit dubitationem esse de passionibus animae utrum omnes sint communes animae et corpori habenti animam an aliqua sit passio ipsius animae appropriata. Hoc enim scire est necessarium non tamen facile esse immo difficile. Secundo cum dicit Videtur autem pluribus declarat quae sunt illae passiones de quibus non est dubium quin sint communes et sunt universaliter omnes passiones attributae virtuti concupiscibili et huiusmodi sicut irasci, confidere, desiderare, et hoc modo determinat et de quibus passionibus maxime est dubium utrum sint communes et sunt passiones attributae animae intellectivae et huiusmodi est intelligere. Intelligere enim inter omnes actiones aut passiones animae maxime videtur appropriari ipsi animae. Tertio cum dicit Si autem ostendit quod universaliter omnes passiones animae sunt communes animae et corpori et primo ostendit hoc de illa passione de qua maxime est dubium quae est intelligere. Secundo ut ibi Videtur autem ostendit idem de aliis de quibus magis manifestum est. Quod autem intelligere ostendit sic: si intelligere aut est imaginatio quaedam aut non sit sine imaginatione intelligere non inest animae praeter communicationem cum corpore sed quod intelligere non sit sine imaginatione ostenderetur infra et ipsa ostensio non completur autem est ostensum sit intelligere

non esse sine imaginatione, propterea hoc relinquens illud quasi dubium concludit cum dicit Si quidem igitur. Quod si aliqua sit actio vel passio propria ipsius animae quae quidem nec indiget instrumento corporali nec aliquo indigente instrumento corporali possibile est huiusmodi passionem a corpore separari et inesse ipsi animae licet abstrahatur a corpore. Si autem nulla fuerit huiusmodi passio quae indiget instrumento corporali aut aliquo indigente instrumento corporali tunc nulla passio a corpore separata est immo insunt omnes ipsi animae sicut multa insunt quibusdam rebus secundum quod in materia sunt ut contactus quem habet spera aerea in tangendo lineam rectam non inest ei nisi in quantum est in materia impossibile est enim speram aeream abstractam a materia tangere lineam rectam quia contactu mathematico et non naturali. Similiter autem de passionibus animae dicendum quod non insunt ei nisi secundum quod est in corpore. Intelligendum enim est quod substantia animae intellectivae unum habet modum intelligendi quo non intelligit nisi mediante imaginatione hoc enim modo intelligit intellectus in materia dum est in corpore, et hoc modo intelligere est de consideratione physici. Si autem anima animalium habeat modum intelligendi quo intelligit substantias separatas ad illud intelligere non indiget imaginatione nec est illud intelligere de consideratione physici sed magis metaphysici. Propter hoc dicendum quod intellectus agens non sit de consideratione physici. Si enim vocamus intellectum agentem intellectum abstrahentem formam a conditionibus materialibus sub quibus est in imaginatione sic est intellectus agens de consideratione physica nec potest hoc facere sine aliqua virtute corporali. Si autem intelligamus intellectum agentem intellectum actu et semper agentem sic non est intellectus agens de consideratione physici sed magis de consideratione metaphysica. De hoc etiam intelligere quod est de consideratione physici nulla contrarietas quod non insit animae nisi dum est in corpore et quamvis ipsum immediate habeat communicationem cum corpore indiget tamen aliquo quod habet communicationem cum corpore ut imaginatione et propter hoc non est possibile istam passionem animae esse extra aliquid existens in corpore neque ex hoc sequitur quod intellectus materialis secundum suam substantiam sit generabilis et corruptibilis sicut intelligit Alexander in hoc loco. Consequenter cum dicit Videntur autem ostendit quod aliae passiones animae de quibus magis manifestum est scilicet passiones animae concupiscibilis sunt communes animae et corpori sic: omnis passio secundum quam corpus alteratur et transmutatur animae est communis animae et corpori habenti animam, sed omnis passio nes attributae animae concupiscibili sunt huiusmodi, igitur omnes

passiones ille sunt communes. Secundo rationis solum ponit minorem cum sua probatione et conclusionem, maior enim satis patet. Ponit ergo primo conclusionem et exemplificat de ipsa in diversis passionibus anime concupiscibilis et patet. Secundo cum dicit "Signum enim" ponit minorem. Tertio cum dicit "Videtur autem" probat ipsam et hoc per duo signa quorum primum est: quidam homines a magnis et diversis passionibus exterioribus que nata sunt inferre timorem vel iram vel aliquid consimile parum aut nichil moventur. Quidam autem ut melancholici a parvis vel debilibus passionibus multum moventur et non est nisi propter diversam dispositionem corporis, ex quo patet tanquam per signum quod corpus in huius passionibus compatitur anime quia si non semper uniformiter moventur ab illis passionibus. Consequenter cum dicit "Adhuc autem" dat secundum signum ad idem et dicit: quidam homines ut valde melancholici nulla imminente causa timoris equaliter fiunt timorosi, cuius causa est diversitas complexionis eorum que valde compatiuntur passionibus anime concupiscibilis, ex quo signum est quod uniformiter communes passiones anime concupiscibilis compatitur corpus anime. Ex quo concludit consequenter cum dicit "Si autem sic se habent" quod omnes passiones anime concupiscibilis sunt forme materiales et ex hoc infert quandam correlarium ulterius cum dicit "Quare hii sunt termini", et cum passiones anime concupiscibilis sint forme materiales et physicus debeat talem formam diffinire per materiam tangendo formam in materia respectu finis, cuiusmodi est hec diffinitio: ira est ascensus sanguinis circa cor ab iniuria illata propter vindictam exequendam, et in hoc probatur autem principalis rationis, ex quo infert consequens cum dicit. Consequenter "Et propter hoc" etc. quod physici est considerare de omni anima vel omnis anima fiunt talis et passiones eius existunt in corpore aut de anima cuius passiones sunt huiusmodi et sic relinquitur intentum, scilicet quod hec scientia supponitur physice naturali. Et sequitur postea incidens cum dicit "Differenter autem" etc. Conclusum est quod physicus habet per materiam diffinire et logicus non sic diffinit, propter hoc incidenter intendit dare differentiam inter physicum et alios artifices in considerando et primo dat differentiam inter physicum et logicum et est quod physicus habet diffinire per materiam aut per materiam et formam simul, convenienter diffinit cum per utrumque diffinit; logicus vero diffinit per formam solum, et est ista diffinitio logica: ira est appetitus vindicte vel contra doloris; physica autem est: ira est ebullitio sive ascensus sanguinis circa cor. Et similiter diffinitio logica est: domus est cooperimentum prohibens ab imbribus et caumatibus; physica autem est quod domus est

lateres lapides et ligna. Hec enim diffinitio, scilicet physica, potest esse per materiam tantum ut dictum est, vel potest esse ponendo formam in materia propter finem et illa est convenientior ut predictum est. Si ergo queratur utrum physicus per formam diffiniat tantum aut per materiam tantum aut per utrumque convenienter, est dicere illum esse physicum qui in diffiniendo utrumque necessario considerat passiones non separabiles, immo inseparabiles, sed considerat passiones prout sunt in motu et materia, quod proprium est physici, et intelligendum est quod quamvis materia non sit aliquid ipsius forme et ita posset videri quod materia non haberet ingredi diffinitionem physicam, tamen forme naturales secundum quod a physico habent considerari necessario sunt in materia, nec possunt esse nec intelligi preter materiam, propter hoc necesse est materiam in diffinitionibus talium formarum quamvis materia nichil sit ipsius forme. Consequenter cum dicit "Sed physicum" dat differentiam inter physicum et alios artifices et primo dat differentiam inter physicum et mathematicum et methaphysicum, secundo ad mathematicum, tertio ad methaphysicum. Differentiam methaphysici physici ad methaphysicum dat in hoc quod physicus considerat passiones communes naturales secundum quod huiusmodi; methaphysicus autem considerat passiones corporis artificialis ut instructor sive edificator, medicus. Edificator enim solum considerat passiones corporis artificialis et propterea tales quum domus est et [illegible] que secundum artem exiguntur ad domum; medicus vero partim considerat passiones corporis artificialis et partim corporis naturalis. Est enim minister nature et propter hoc corpus sanum partim est ab arte et partim a natura et similiter sanitas. Secundo cum dicit "Sed autem separabilium" dat differentiam physici ad mathematicum in hoc quod mathematicus quamvis consideret formas existentes in materia sicut et physicus non tamen considerat eas ut sunt in materia, immo abstrahendo eas a motu et a materia et considerat de ipsis a materia dico sensibili quamvis secundum rem in materia sensibili sint, tamen considerat de eis non ut existunt in materia. Tertio cum dicit "Secundum autem" dat differentiam physici ad methaphysicum, et est quia methaphysicus considerat formas abstractas a motu et a materia universaliter et hoc sive fuerint abstracte secundum esse et intellectum sive secundum intellectum solum; physicus autem non omnino abstrahit. Et quia iam digressio est a principali intento in ista parte incidenter, illam disgressionem insinuans dicit "redeundum est ad principale propositum". Consequenter cum dicit "Redeundum est", scilicet ad hoc quod predictum est: passiones anime concupiscibilis non esse separabiles a materia naturali ipsorum

animalium. Huiusmodi sunt timor et desiderium. Ille enim passiones nec sunt separabiles a materia secundum esse nec secundum diffinitionem. Non est sic de ipsis sicut de linea et superficie; linea enim et superficies quamvis non separentur secundum esse, tamen separantur secundum diffinitionem, et ideo terminant tractatum prohemiale. ¶ Secundum cum dicit: Intendentes autem, aggreditur tertium prohemiale, ubi dat modum procedendi in hoc libro, et est quod cum intentio sit de anima, utile est primo determinare opiniones aliorum circa ipsam, ut si quid bene dixerunt accipiatur, si autem male relinquatur et destruatur.

## Principium autem questionis est et cetera.

¶ Finito prohemio hic incipit tractatus, et dividitur iste tractatus primo in duas partes. In quarum prima determinat opiniones aliorum de anima, ut promisit in fine prohemii, et terminatur illa pars ad secundum librum. In secunda intendit de anima secundum opinionem propriam. Prima pars adhuc dividitur in duas: in quarum prima ostendit de opinionibus aliorum circa totam animam. ¶ In secunda parte, ut ibi: Omnium autem cognoscere, intendit de opinionibus aliorum circa partes anime. ¶ In prima parte sic procedit. Primo premittit duo principia que maxime videntur anime naturalia, super que fundabant antiqui positiones sive opiniones suas de anima, et hec duo sunt motus et sensus sive cognitio, que quidem scilicet sensus et cognitio apud eos pro eodem habitum; nichil enim secundum ipsos cognoscit nisi quod sentit. Motus vero et sensus sunt illa principia super que fundabantur aliorum opiniones, et videntur anime maxime naturalia, cum animatum ab inanimato differat maxime hiis duobus, scilicet motu et sensu. Secundo cum dicit: Dicunt enim quidam, ¶ incipit aliorum opiniones de anima super hec principia fundatas, et dividitur pars illa in duas partes. In quarum prima dat illas opiniones et declarat eas in mobilitatione quare et necessitas. In secunda ibi: ¶ Considerandum autem, illas opiniones destruit. Prima pars habet tres. In quarum prima dat ipsas opiniones aliorum fundatas super illud principium quod est motus. In secunda parte, ut ibi: Quicumque autem in cognoscendo, dat opiniones fundatas super sentire sive cognoscere. In tertia autem, ut ibi: ¶ Omnium autem et motum, dat opiniones fundatas super utrumque. ¶ In prima parte sic procedit. Primo dat ipsam opinionem in qua plures conveniunt, et est quod anima est quedam movens et motum; cum enim anima sit principium maxime proprie movens, et quod ipsi estimaverunt nichil aliud nisi prius movens moveatur, sic nichil quod non habet videbatur eis necessarium animam preter hoc quod esset movens et esset aliquid motum secundum quod dictum fuit. ¶ Unde Democritus declarat quod quidam antiqui sic opinati sunt, qui quidem sunt maximi in illa opinione. Et primo declarat quod Democritus sic opinatus est et Leucippus. Secundo quod Pitagorici sic opinati sunt. Tertio quod Platonici. Quarto et ultimo quod Anaxagoras et sui sic opinati sunt. ¶ In prima parte sic procedit. Primo specificat modum quo Democritus sic opinatus est et Leucippus. Secundo dat rationem positionis eorum. Tertio confirmat positionem eorum per signum sumptum ad eos. Specificat igitur primo positionem Democriti dicens quod Democritus ex posuit animam animam aliquid quod movet. Dixit animam esse ignem aut igneum. Dixit enim quod infinita sunt corpora indivisibilia differentia secundum figuras, animam vero ignem esse ex corporibus illis indivisibilibus que sunt sperice figure. Huiusmodi sunt athomi indivisibiles que apparent in radiis solaribus per foramina sive per fenestras. Hec et corpora indivisibilia divisibilia forma et situ et ordine posuit Democritus elementa cuiuslibet rei naturalis, animam et ipsorum corporum posuit ignem, et propter hoc dixit animam esse ignem aut igneum. Et sic dixit Democritus. Similiter dixit Leucippus, scilicet animam esse corpora indivisibilia que sunt sperice figure, sive substantiam eiusdem ex ipsis consequitur. Cum dicit: Propter id et cetera, dat rationem sue positionis, et est quod hec corpora indivisibilia sperice figure maxime sunt penetrativa sive substantiam extra esse secundum Democritum, et secundum eos cum ipsa moventur et maxime motiva aliorum; quare cum anima sit principium motus animalium secundum locum conveniens animalibus motum, videbatur eis esse necessarium hec corpora indivisibilia sperice figure esse substantiam anime. Tertio cum dicit: Unde et movendi, confirmat positionem eorum per signum sumptum ad eos, quod enim anima est huiusmodi ut dictum est sumptum ad ipsos. Posuerunt ipsi respirationem sive hanelitum, qui fit per introitum et exitum corporum horum indivisibilium, esse terminum vite, scilicet similiter terminari cum vita et conservare vitam in corpore quamdiu durat. Aer enim continens conducit corpora indivisibilia ab extrinseco in corpus animalis, que quidem conducta reprimunt et constringunt athomos indivisibiles existentes in corpore animalis, prebentes animali motum continue, ita quod propter eorum mobilitatem non permittunt animal quiescere sive indigent aliqua virtute celesti ad movendum animal. Sed quando modo reprimuntur et constringuntur per corpora indivisibilia ab extrinseco introeuntia, prohibent athomos intrinsecos disgregari et exire corporantur et ipsas ad expellendum super modum constringens ut aquam et huiusmodi, et quamdiu possunt athomi intrinseci et corpora indivisibilia introeuntia hoc facere, tamdiu

diu uiuit animal cum autem non possint moveri sicut patet ex
animalibus in aqua retentum statim suffocari. Cum ergo huius-
modi corpora indivisibilia modo dicto causent motum alia
et expellant supra modum constringens et ita conser-
vant vitam et ita per se conveniunt anime. Signum est
ex illa anime ex hiis indivisibilibus sit. Et sic patet qualiter
democritus et leucippus opinati sunt animam per hoc ex
motu moti. Quod autem cum dicit. Videtur autem et opinatio
declarat ex pitagorici sic opinati sunt dicens eos
similiter dicere sic dixerunt demo. et leu. Quidam enim ipsorum
dixerunt. animam esse athomos indivisibiles in
aere et hoc propter eorum volubilitatem. Alii autem dixerunt
animam esse moventem huiusmodi athomos indivisibiles et
continue moventur ex quidem dixerunt ex huiusmodi atho-
mi videntur semper moveri et continue licet tranquillitas
sit in aere. et sic anima semper movetur et que quidem mota
semper et continue potest movere huiusmodi athomos quod
cum dicit. Similiter autem Determinat ex platonici sic
opinati sunt dicens ex in eandem opinionem incidunt quicumque
dicunt animam esse movens se ipsum moventem et innuit per hoc platonem
sic enim dicentes et omnes predicti ponunt maxime propri-
um ipsius anime movere. ponunt enim ut dictum est omnia
alia moveri ab anima et ipsam moveri a se ipsa cum
nichil secundum ipsos possit movere aliud nisi ipsum move-
atur quod cum dicit. Similiter autem anaxag. Determinat
ex anaxag. sic opinatus est ponit enim anax. intellectum
moventem omnia ut patet ex pluribus locis libri phisicorum
et cum intellectus et anima sint idem secundum ipsum est anima
consimilem ad ipsum movens omnia et ex demo. et anaxag.
loquentes de anima et de intellectu. differenter locuti sunt sic
iungit eorum differentiam cum dicit. Illo tamen penitus dicens
Quod anaxag. non penitus similiter locutus est de anima
et de intellectu sic democritus democritus enim simpliciter di-
xit esse animam et intellectum secundum enim ipsum nulla veritas
comprehenditur nisi a sensu et quantum ad ipsum sensus et anima sunt
idem et cum omnis veritas ab intellectu comprehendatur ani-
ma et intellectus simpliciter quantum ad ipsum sunt idem similiter et in-
tellectus et propter hoc dixit democritus homerum ustificate bene dicere. in
hoc ex dixit hominem carentem sensu carere intellectu quod
dixit de hectore. democritus enim non utebatur intellectu
tamquam una potentia anime immo simpliciter dixit idem esse
animam et intellectum. anax. autem non sic. immo minus certitu-
dinaliter locutus est quam democritus. ipse enim anax. quandoque
dixit intellectum esse causam rectificantem et ordinantem
actiones iustitie in floribus et in hiis vi per suam velle ex in-
tellectu et sensus non similiter idem ponit enim intellectum reperiri
in omnibus animalibus et magnis et parvis et nobilibus et vili-

bus ex quibus secundum veritatem non sit possibile intellectum similiter omni-
bus inesse cum intellectus secundum prudentiam non sit similiter inesse
omnibus hominibus ex multo minus existet in omnibus aliis con-
sequenter cum dicit Quecumque ergo epylogat.

Quecumque autem in cognoscendo In
hac parte dat opiniones considerantium penes cognitionem
sive sensum et similiter per capitula considerationem empe. et plato. et ex
cedit sic primo dat opinionem huiusmodo considerantium de anima
et est quod omnes considerantes de anima penes cognitionem sive
sensum dicunt animam esse ex elementis et hoc aut ex uno
aut ex pluribus quorum ratio est ut infra dicetur ex nichil
cognoscitur nisi per suum simile. cum ergo anima cognoscat
res erit eis similis et ita cum res sint ex elementis po-
suerunt omnes animam esse ex elementis. ita. et ex ponen-
tes plura elementa rerum dicunt animam ex pluribus
esse ponentes autem tantum unum esse dicunt animam esse ex
uno tantum secundo cum dicit. Sicut empe. ostendit
ex empe. et plato. modo iam dicto opinati sunt de anima primo
modo quod empe. sic empe. posuit sex principia rerum
universalia. scilicet quattuor elementa et duo agentia. scilicet amicitiam
et litem ex quibus omnibus dixit animam esse ratione pro-
dictam scilicet quia omnia hec cognoscit per principium enim eius ex
est terra cognoscit terram secundum ipsum et sic de aliis ex
cum omnia cognoscat ex omnibus est consequenter cum dicit
Eodem autem modo ostendit quod plato sic opinatus est
et ex plato confirmat suam opinionem per eandem rationem
per quam empe. et adhuc et per aliam propter hoc ostendit primo
ex plato eodem modo opinatus est quo et empe. secundo
ibi Adhuc autem ostendit qualiter alio modo
opinatus est idem eodem modo autem quo et empe. opi-
natus est plato dicens in thimeo animam esse ex elementis que
apud ipsum sunt tamen Et hoc quia posuit nichil cogno-
sci nisi simile a simili cum ergo res sint ex principiis
que sunt tamen secundum ipsum posuit animam similiter esse ex prin-
cipiis adhuc autem simile dixit plato hunc in phisicalibus
posuit enim animal universale quod est genus et princi-
pium animalium particularium esse ex prima unitate et
ex prima longitudine et ex prima latitudine et ex prima pro-
funditate et intellexit per primam unitatem formam
idealem que principium unitatis et per primam longi-
tudinem primam dualitatem ex longitudo terminatur ad
duo puncta per primam latitudinem intellexit numerum
superficiei. scilicet ternarium ex latitudo cum longitudine et latitudine
componitur ex quibus tribus punctis per primam altitudinem
intellexit numerum quaternarium primum ex altitudo
cum latitudine longitudine et latitudine componitur ex quattuor

principiis et ita prima animalis universalis sunt prima unitas prima dualitas et prima trinitas et prima quaternitas, que sunt principia aliorum numerorum et secundum alios numeros consequentes dixit esse principia animalium particularium. cum igitur anima sit principium animalis et hoc principium nobilissimum simpliciter et cum anima cognitionem habeat de animali, videbatur ei necesse animam similiter esse ex istis primis principiis, scilicet ex prima unitate et cetera. ¶ Consequenter cum dicit: Adhuc autem et aliter ostendit qualiter Plato alio modo opinatus est, id est secundum quatuor virtutes apprehensivas ipsius anime. ponit enim quatuor virtutes apprehensivas ipsius anime, scilicet intellectum, scientiam et opinionem et sensum, et dixit esse intellectum unum secundum unitatem, scientiam autem duo, opinionem tria et sensum quatuor. ponit enim intellectum esse unum quia intellectus est primarum propositionum sive principiorum et scire primas propositiones est unum scire unius scientie. scientiam autem ponit duo quia scientia est conclusionis, ad quam sciendum fit processus ab uno, scilicet ut a principiis sive propositionibus, et ad unum, scilicet conclusionem. opinionem autem posuit tria quia opinio est ab uno, scilicet a propositionibus, ad duo, quia ad conclusionem veram et ad conclusionem falsam, unde hoc modo est aliqua dualitas. sensus autem est quatuor quia opinatus est Plato sensum comprehendere corpus et ex hoc corporis est quaternitas. isti igitur numeri sunt forme et principia ex quibus constant res secundum Platonem. quia cum anima discernat res aut intellectu aut scientia aut opinione aut sensu, oportet secundum ipsum animam esse ex istis primis numeris sicut res comprehense ab anima sunt ex ipsis, et sic patet qualiter omnes posuerunt animam esse ex principiis. ¶ Consequenter cum dicit: Quoniam autem est motiva, dat opinionem considerantium de anima penes utrumque principium predictum, scilicet penes motum et sensum, et est quia omnes considerantes de anima penes utrumque quia dicunt animam esse numerum se ipsum moventem: numerum quia comprehendit res que sunt numerus, se ipsum moventem quia movens corpus movetur et non ab alio. quod autem dicit commentator: difficile est hodie intelligere opiniones antiquorum quia non sunt note apud nos, et quia predicte opiniones satis conveniunt in ponendo animam esse ex principiis, differunt tamen in substantia anime, scilicet diversitate principiorum, differentia sive in substantia et numero, quia sic convergit [illegible]. Differunt autem ex predicta considerantes de anima differunt in considerando de substantia anime, quia differunt eorum in principiis et quantum ad substantiam et quo ad numerum. quantum ad substantiam vero magis differunt quia ponunt principia corporea a ponentibus incorporea. adhuc autem a sic ponentibus differunt ponentes animam esse ex utrisque principiis, scilicet corporeis et incorporeis. quantum

et ad numerum principiorum differunt, quia quidam ponunt unum principium et quidam plura, et sic terminatur illa pars in qua dat opiniones aliorum de anima. ¶ Et notandum quod cum dicit: Consequenter autem huic, illa pars in qua declarat predictas opiniones in observatione consequentie esse necessarias sive convenientes, hoc est ex predictis opinionibus suppositis suis fundamentis convenienter date sunt et hoc in alio quidam sic opinantes. dividitur autem hec pars in duas. in prima declarat quod considerantes de anima penes motum convenienter observant continuationem ipsius opinionis. in secunda, ut ibi: ¶ Differunt autem, declarat opiniones considerantium de anima penes cognitionem esse convenientes in observatione continentie. prima pars adhuc habet duas. in quarum prima declarat intentum, in secunda ut ibi: Videntur autem utiles, addit quasdam novas opiniones illud id est confirmantes. prima pars habet tres particulas. in quarum prima declarat quod considerantes de anima penes motum convenienter observant quantum ad hoc ponendo animam esse ignem aut igneum et hoc quia esse motivum naturaliter convenit principiis ut ipsi estimabant et non irrationabiliter. propter quod posuerunt animam esse ignem aut igneum, cum ignis inter cetera elementa sit corpus subtilissimum minime habens de corpulentia. et quidem secundum eos cum motus est principium motivum aliorum, et cum et motum maxime conveniat anime et similiter esse simplex et incorporeum, convenienter posuerunt animam esse ignem secundum sua fundamenta. hoc enim facit in prima parte. ¶ In secunda, ibi: Democritus autem, declarat quod Democritus considerans de anima penes motum convenienter observat quantum in dicendo animam esse de corporibus rotundis indivisibilibus. posuit enim animam et intellectum idem et dixit animam esse ex corporibus rotundis indivisibilibus quia et esse maxime motivam propter subtilitatem partium motivarum que sunt corpora indivisibilia et etiam propter hanc figuram corporum que motui est aptissima, que est figura rotunda. ex hiis autem corporibus ponit esse intellectum et ignem, et ita cum anima et intellectus apud ipsum sint idem convenienter observat quantum ponendo animam esse ex huiusmodi. hoc facit in ista parte. In tertia ut ibi: Anaxagoras autem, declarat quod Anaxagoras considerans de anima penes motum convenienter observat quantum dicendo ipsam habere naturam principii. quamvis enim aliquando videatur dixisse intellectum et animam non esse idem ut predictum est, tamen hic ponit eos esse unius nature et eiusdem generis. sed intellectum posuit esse maxime principium rerum et hoc quia dixit ipsum esse simplicissimum eorum que sunt quia ipsum solum omni compositione et immixtum, quia carens omni corpore et purum ab omni conditione in-

li vero posuit animam et intellectum principium motiuum et
cognoscitiuum cum dixit intellectum esse mouentem omnia et
animam et intellectum eiusdem generis siue nature hoc
facit intencia parte de hoc autem ex dictum est. supra in prima illius
tium principium ex ignis est corpus subtilissimum inter omnia cor
elementaria Et in secundo de generatione. videtur dixisse opposi
tum ubi .i. ibi ex subtile et humidi et durum sicci quod
potest sic intelligi distinguendo subtile est enim uno modo
subtile corpus rarum et dyaphanum et hoc modo sub
tilissimum est ignis inter alia elementa. alio modo dicitur subtile
ex inclinatione habet et appetitum replendi non repletum ei
proximum hoc modo intelligendum est subtile esse humidi ut
uult. in secundo de generatione. et durum sicci cum humidum
sit male terminabile termino proprio et bene alieno. siccum autem
contrario consequitur cum dicit. ¶ Vidend autem thales addit
quasdam nouas opiniones affirmantes illud ex hitum
est in parte proxima et addit numerum sex Quarum prima
est thalorum inter quos maximus fuit qui con
siderabat animam penes motum et propter hoc posuit mag
netem siue adamantem eo ex mouet ferrum per attrac
tionem habere animam et animam suam sic mouere consequitur
cum dicit Dyogenes autem dat secundam opinionem et est
dyogenis qui posuit animam esse aerem sicut et quidam
alii philosophi posuerunt et hii ex opinabantur aerem esse
subtilissimum et esse principium aliorum et ex est principium
attribuebant ei cognitionem ex autem subtilissimum attribue
bant ei motum Cum igitur esse motiuum et cognoscitiuum maxi
me appetur anime isti adhuc conuenient obseruabat
quam ponendo animam esse aerem consequitur cum dicit eraclitus autem
¶ dat terciam opinionem et est eracliti qui dixit ani
mam esse vaporem liquidum multum recedens a
natura corporali quemadmodi vaporem ponit elementum ex quo con
stant res propter quod ille et alii multi opinati sunt omnia
que sunt semper esse in motu propter fluxum istius principii
ex cum nichil cognoscatur nisi per simile videbatur eis
omne ex est cum sit motum cognosci a mobili et ita
posuit animam existentem ex vapore liquido elon
gato a corporeitate esse mobilem. consequitur cum dicit Si
milis autem huius dat quartam opinionem que dixit al
meon qui dixit animam mouentem se ipsam semper
et propter hoc esse immobilem eo ex nihil quod mouet
se comparatur corporibus immortalibus que sunt corpora cele
stia hec .i. corpora continue mouentur sicut luna sol
et cetera propter ex dicebant ea esse immobilia ¶ magis
autem grossiores et cetera dat quintam opinionem que secundum
unam opinionem translatione est opinio ypi sed ali

am translationem est opinio zenonis et est quod anima est
aqua et ponebant sic. ex dicebant animam esse sperma
quod natura valde humida est et aquea sperma autem di
xerunt primam animam esse cum formet embrionem et
sic posuerunt animam esse aquam. yppus et ex dixit sper
ma esse animam et sperma non est sanguis propter hoc reprehendebat
illos qui ponebant sperma esse sanguinem cum dicit con
sequitur Aliorum autem dat sextam opinionem et est opinio que
dixit tincias qui dixit animam esse sanguinem et hoc
ut dicebat proprium est anime sentire et hoc proprium
sanguinis ex ponit animam esse sanguinem et ex ultima
tiquior posuit animam esse terram per se sed solum cum aliis
elementis propter hoc subiungit cum dicit. omnia autem quod
philosophi iudicauerunt unum quodque elementorum preter terram esse
animam terram autem non dixit aliquis esse animam per
se nisi ex terra sed solum dicendo animam ex omnibus ele
mentis aut omnia elementa posuerunt eam esse ex
terra et ita per accidens

¶ Diffiniunt autem omnes et cetera

¶ hic declarat opiniones considerantium de anima penes
cognitionem conuenientes in obseruatione contrariorum ubi sic pro
cedit primo dicit cum omnes considerantes de anima determi
nant eam et diffiniunt. aut per motum aut per sen
sum aut per incorporeitatem secundum unumquemque istorum
modorum diffiniendi resoluitur anima ad principia ad
que resoluuntur vel contrarie cum dicit terminus incog
noscendo. descendit specialiter ad eos qui considerant de
anima penes cognitionem dicens contrarium ad eos sic
esse et ita ex eorum opiniones in obseruatione contrarie
sunt conuenientes dicens ex omnes diffinientes animam
penes cognitionem dicunt esse elementum aut ex
elementis et conueniunt omnes in hoc preter anaxagoram. ex non
potest simile non cognosci nisi a suo simili et ani
mam cognoscere omnia cum ipsa cognita ab anima
sint ex elementis. posuerunt animam similiter esse ex
elementis .i. scilicet quod quicumque posuerunt unum principium et
unum elementum eorum que sunt dicunt animam esse
ex uno elemento ut ex igne aut aere. Qui autem ponunt
plura esse elementa rerum dicunt eam esse ex pluribus
omnes dico preter anaxagoram. anaxagoras autem dixit solus in
tellectum esse impassibilem .i. non naturalem et im
mortalem et nullam communionem habere cum corporibus hec est quod non
est corpus nec virtus in corpore et sic cum hic ponit omnia cognos
cere. ipse nullam causam dedit nec est manifestum est ex
sermone suo qualiter anima omnia cognoscit cum sit in-

passibilis omnino nisi tantum huius continuationem cum corpore. In hoc igitur dixit sicut anaxagoras alius sed alii ab anaxagora qui posuerunt contraria principia dixerunt animam esse ex illo uno ita quod denominauerunt animam ab illo uno contrario dicentes animam esse calorem aut frigus aut aliquid huiusmodi et hoc probabant nomine alii aut temperamentum propter respirationem. Et sic terminatur illa pars in qua dedit opiniones aliorum de anima cum suis causis secundum eos uel breuiter epilogat cum dicit hoc quidem igitur patet.

## Considerandum est autem primum etc.

Datis opinionibus aliorum de anima hic intendit eas destruere. Et hic est tractatus secundus huius primi secundum continuationem et diuiditur ista pars in duas partes in quarum prima destruit opiniones considerantium de anima penes motum in secunda tribus autem traditis destruit opiniones considerantium de anima penes cognitionem. Prima pars sic procedit quod dat intentionem et causam eius intentum secundo prosequitur. Primo igitur dat intentionem dicens primo esse considerandum de motu id est de opinionibus considerantium de anima penes motum eas destruendo secundo cum dicit Fortassis enim dat causam eius intentum et est quod fortassis non solum falsum est animam secundum suam substantiam esse mouentem se sed etiam impossibile est substantiam ipsius constitui per motum quemadmodum quedam constituuntur per motum ut uentus et fluctus de quorum tamen substantia non est motus. Et dicit fortassis quia quamuis anima intellectiua non constituatur per motum tamen potest esse quod anima uegetatiua et sensitiua constituantur per motum quod tamen cum dicit Quod quidem non necesse sit per se intentum et illa pars in duas in quarum prima destruit opiniones considerantium de anima penes motum tantum in secunda ut ibi Quoniam autem destruit opiniones considerantium de anima penes utrumque et motum. Prima pars sic procedit primo diuidit modos quibus contingit moueri in secunda ut ibi Dupliciter dico prosequitur illos modos. Diuidit igitur modos quibus contingit moueri per se et per accidens. huius in duobus modis contingit moueri et dicuntur moueri per accidens quecumque mouentur in eo quod sunt in aliquo moto per se ut nauta per accidens mouetur motu nauis per motum nauis. Nauis autem dicitur moueri per se quantum sufficit ad moueri per se ut ab alio. Et quod nauta non moueatur per se dum mouetur motu nauis manifestum est in membris siue in partibus naute quibus cum est motus eorum proprius ut proprius motus pedum est ambulatio quo motu diceretur nauta moueri per se cum igitur ambulatio non inest naute tunc patet quod non per se mouetur sed per accidens. Consequenter cum dicit Dupliciter autem dicitur prosequitur istos modos et diuiditur illa pars in duas partes in prima ostendit quod anima non mouetur per se et tollit quod anima non per se et tollit quandam dubitationem supra hoc consequentem in secunda ut ibi Sed intellectus uidetur ostendit quod anima secundum quandam sui partem non mouetur per accidens ut secundum partem intellectiuam. Prima pars diuiditur in duas in quarum prima dat intentum scilicet quod anima non mouetur per se in secunda ut ibi Sed rationabilius tollit quandam dubitationem sibi consequentem. Prima pars sic procedit primo ponit questionem quam intendit dicens quod cum aliquid dicatur moueri dupliciter ut nunc distinctum est considerandum est hic de anima an moueatur uel participet motum per se aut non. Secundo ut ibi Est autem probat quod non et diuiditur in duas primo dat rationem ad hoc secundo ut ibi Quod autem et animam descendit ad opiniones contrarium opinantes. Prima in duas in prima dat rationes ad propositum per naturam ipsius motus siue motus in secunda ut ibi Motus autem dat rationes ad idem per naturam mouentis. In prima sic procedit primo enumerat modos motus dicens cum motus sint quattuor si anima moueatur per se aut hoc erit uno istorum motuum aut omnibus aut pluribus et hoc facit ut manifestum sit propositum suum in nullo modo motus impediri et intelligendum est quod quamuis sint tamen tres motus secundum genus diuisionis motus secundum speciem dicit quod quattuor sunt numerando augmentationem et diminutionem pro duobus secundo cum dicit Si uero mouetur dat rationes per naturam motus siue moti ad intentum et prius dicit quod dat quattuor quarum prima est hoc. Si anima mouetur per se mouetur secundum naturam et si hoc mouetur secundum locum et ei debetur locus et ita est corpus cum soli corpori debeatur locus per se hoc est impossibile ergo impossibile similiter plenius patebit per tertiam rationem sequentem. Hec ratio contexta ex duabus conditionalibus esse quas sic procedit primo ponit primam conditionalem cuius ueritas satis patet per diffinitionem nature datam in libro phisicorum secundo cum dicit Si autem hoc ponit secundam conditionalem necessitatem declarat cum dicit Sicut ista album et tricubitum quia eis non debetur motus nisi per accidens mouentur enim quia sunt in eo quod moto per se et ita per accidens quod sit per accidens attribuitur eis locus. Si igitur anima non mouetur per accidens sed per se per se inerit anime locus sicut per se participat motum quod tamen cum dicit Amplius autem dat secundam ad idem et est si anima mouetur naturaliter. Quod cum dato quod moueatur per se ut predictum est tunc mouetur uiolentia et si mouetur

violentum non movetur naturaliter. Similiter si quiescit naturaliter quiescit et violenter sive violentia. Cum igitur impossibile sit animam moveri aut quiescere naturaliter et per se hanc rationem primo ponit secundo cum dicit Quales autem innuit possibilitatem consequentis dicens Quod et violentes fingere de anima non de facili possunt ponere ipsam moveri aut quiescere violenter a nichilo id est a quo possit pati violentiam sive a quo possit cogi secundum quod vult Anselmus ex violens notare. Ista sue rationis intelligenda est in motu secundum locum motu recto universaliter. Si enim sic si movetur naturaliter et potest moveri violenter et econverso cum motus violentus ut dicit commentator non intelligatur nisi per motus naturalis contrarium. Consequenter dicit Amplius si quidem dat tertiam rationem ad idem et est. Si anima movetur sursum modo simpliciter aut medio modo Quod oportet si moveatur per se et non quod causatum movetur anima est aliquod unum elementorum ut si moveatur simpliciter sursum est ignis Si simpliciter deorsum terra. si medio modo est aliquid mediorum Sed ipsam esse aliquod elementorum est impossibile ergo impossibile est ipsam moveri per se et quia forte aliquis non haberet pro inconvenienti animam esse aliquod elementorum sciendum quod non potest dici ipsam esse aliquod elementum. Si enim esset ignis tunc violentia detineretur in corpore moto ab ipsa et tamen suo motu moveat corpus solum movebit corpus secundum exigentiam ignis hoc est in sursum quod non videmus. Videmus enim animam movere corpus in partes diversas et similiter esset si esset aliquod elementorum aliorum. Consequenter cum dicit. Quartam autem dat quartam rationem ad idem et est si anima movetur per se conveniens est ut moveatur eodem motu quo movet corpus cum igitur anima moveat corpus secundum locum movebitur et ipsa secundum locum et si hoc potest anima exire a corpore et sic mortificabitur corpus et iterum introire Et sic ipsum vivificare et ita possibile esset omnia mortua resurgere quod non videtur verum esse nec primum de hiis dicunt quod dicit conveniens esse si anima moveatur per se moveri eodem motu quo movet corpus videtur dubium et videtur instantia in adamante movente secundum locum per attractionem ipsum tamen manet immota secundum locum propter hoc sciendum quod illa propositio non videtur est vera [illegible] ut vult commentator Sed sumit eam [illegible] ex concessione adversariorum suorum

**Motus autem et cetera.** Ostenso ex anima non movetur per se et hoc per naturam motus sive moti hic ostendit idem per naturam moventis et dividitur in duas partes. In prima ostendit animam non moveri per se ab alio movente secundo ut ibi At vero. ostendit quod non movetur per se a se ipsa Primum sic si anima movetur et non movetur ab aliquo nisi per accidens sicut animal motum per se et ex se movetur ab alio violentia et ita per accidens non est enim illud quod movetur per se moveri ab alio nisi secundum accidens sicut illud quod est per se bonum dicimus propter aliud per se bonum aut per se acceptabile non indiget ut sit bonum et acceptabile nisi per accidens ut si illud quod est per se bonum faciat aliud bonum dicimus illud esse bonum propter aliud sed per accidens cum igitur anima ex ypotesi per se et secundum suam substantiam moveat se ipsam si moveatur ab alio hoc non nisi per accidens. et ita ab alio per se movente non movetur Et ne propter hoc putetur ex anima indivisibiliter se habeat ad quodcumque movens extrinsecum et quocumque motu ut hoc removeat subiungit cum dicit. Maxime autem Quod si possit dici animam moveri ab aliquo extrinseco movente maxime conveniens est dicere eam moveri a sensibilibus et eo motu quo moventur sensibilia sensus id est licet moveantur a sensibilibus tamen estimantur movere et moveri ab eis similiter ut dicit commentator. Consequenter cum dicit At vero. probat animam non moveri per se a se ipsa si enim movet se ipsam tunc idem esset movens et motum cum igitur omne motum per se ab aliquo differat ab eo secundum substantiam et diffinitionem ut habetur ex libro physicorum anima differret a se ipsa secundum substantiam cum ponatur moveri per se et non per accidens. hoc autem est impossibile ergo anima per se a se ipsa non movebitur sicut ab alio ut prius ostensum est. et ita omnino per se non movetur. Et intelligendum quod movens per se et motum differre secundum substantiam et diffinitionem quamvis sit manifestum in animalibus motis ex se tamen non est ita manifestum in gravi et levi motis per se secundum locum cum enim leve movetur sursum et hoc naturaliter movetur a principio intrinseco per dispositionem nature. hoc autem principium tamen cum non tamen tamen de se non motiva sit secundum locum videtur quod sit forma eius adhuc cum tamen non moveatur eo quod non est corpus illud quod movetur autem erit compositum ex materia et forma aut est forma et ita aut forma erit motum aut pars moti Sed prius habitum est quod forma est movens ergo ut videtur movens et motum in talibus non differunt secundum substantiam et diffinitionem et potest ad hoc intelligi secundum averroys super octavum physicorum quod in talibus indiget movens per se aliquo ab ipso gravi et levi scilicet medio ex per se moveatur ab ipso medio quo movent se ipsa. unde huiusmodi corpora gravia et levia dicuntur moveri ex se sed non per se sed per accidens et causa illius indigentie medii quod in talibus non est reperire unum quod possit movere et velum ex possit

moveri differentia secundum substantiam et diffinitionem. Et propter hoc sentit moveri tur in pleno et non in vacuo. In aliis autem ex moventes et motum differunt et diffinitione ad motum ipsorum non est indigentia medii est contrarium ad necessitatem motus. Unde possent animalia moveri in vacuo et dico contrarium ad necessitatem motus quia secundum quosdam naturales non induraverit per aliquod tempus cum in vacuo non sit quod inspiretur aut expiretur. Alii autem intellexerunt quandam positionem predictam volentes quod omnis forma substantialis existens in materia duplicem habet esse unum scilicet magis simile et alterum magis in simile et ponunt quod forma gravis aut levis secundum esse suum simile et movet grave aut leve. Secundum autem esse in simile movetur et ita secundum eos est hec propositio universalis omne quod movetur per se et motum differunt. Sed in animalibus secundum substantiam et diffinitionem in gravi et levi sed diffinitione tantum

Quidam et movere animam dicunt et c. Iam dedit auctor rationes ostendentes animam non moveri per se. Hic descendit ad quasdam opiniones contrarium ostendentes et dividitur ista pars in tres. In quarum prima descendit ad opinionem democriti secundo ut ibi Eodem autem modo ad opinionem platonis tertio ut ibi Et animam quidem. Et ad unam opinionem duabus predictas non minorem. In prima parte sic procedit. Primo ponit opinionem democriti que supponit oppositum positioni. Secundo ut ibi Quosdam autem destruit illam opinionem tangens duas rationes ad ipsam destruendam quarum prima est si anima sic movetur ut ipse dixit et motu suo movet corpus tunc si quereretur a democrito utrum anima sit similiter causa quietis animalium impossibile esset ei respondere qualiter possit esse causa quietis immo secundum ipsum movebit anima cum substantiale et de eius contrario sit movere est oppositum videmus. Secundo cum dicit Omnino autem non sic. Ponit secundam rationem ad idem et est si anima movet corpus sicut vivum argentum statuam tunc non movet ipsum secundum voluntatem et intellectum sed immo naturaliter et sic ipsum moveret non per apprehensionem cum igitur manifestum sit quod anima movere corpus sed non voluntatem et intellectum immo naturaliter et sic ipsum moveret autem non ut ipse dicit. Eodem autem modo descendit ad opinionem platonis. Ubi sic procedit primo ponit eam secundo cum dicit Omnino quidem destruit ipsam opinio ipsam quod plato dixit in thimeo animam moveri per se et et ipsam esse mixtam corpori et quod ideo dixit ipsam movere corpus. Et in hoc similiter dixit democrito. Adhuc autem posuit ipsam ex elementis esse mundi ex quibus dixit ipsam componi compositione musicali et consonantie armonicam qua componitur compositione armonica hoc autem modo dixit eam componi propter duo scilicet ut cognosceret res cognitione convenienti et secundo ut movet corpus secundum motus convenientes talis enim nature secundum ipsum sunt corpora celestia sunt enim composita secundum ipsum compositione armonica et tertio figura ipsorum sperica est qualem ponit figuram anime quia enim anima secundum ipsum non agit aut intelligit nisi secundum quod est circularis propter hoc dixit plato creatorem anime cum crearet eam ex elementis mundi primo creasse eam in magnitudinem rectam et postea ut intelligeret curvam lineam vel magnitudinem circularem in circulum quem circulum primo divisit in duos circulos. Quorum unus secundum ipsum in vii circulos scilicet orbes stellarum erraticarum tanquam motus anime et motus corporum supra celestium sicut idem et forte plato intellexit creationem anime primo in magnitudine recta scilicet aspectum ipsius inquantum aspicit sensibilia separata et adhuc scilicet quod confundit vel alias a se illam a magnitudinem circularem ponit creatorem curvare in circulum quod dedit anime potestatem convertendi se supra se et sic intelligere se ipsam propter hoc autem sicut vult commentator assimilatur actio intellectus circulo secundum platonem quia revertitur supra se et intelligit se. Istum autem circulum ulterius divisit modo simili quod anima inflexa supra se cognoscit vel alias. Si enim perfecte cognosceret se ipsam cognosceret omnia alia. Est enim quodammodo omnia. Et tertio principia similitudo prime cause in qua relucent et existunt omnia creata minus quam in se ipsis. Consequenter cum dicit Primum quidem destruit illam opinionem et dividitur in duas partes. In quarum prima destruit eam per id quod est primum in secunda ibi Illud autem magis destruit eam per id quod est gravius ei et multis aliis. Prima dividitur in duas. In prima destruit eam quia ex ea sequuntur impossibilia. In secunda ut ibi Inmanifesta autem destruit eam quia secundum eam de apparentibus non potest reddi causa et quia ipsa opinio nititur supposit sed quod anima est magnitudo et quod est circulata et quod est mota et quod est corpori commixta propter hoc dividitur prima pars in quattuor particulas. In prima destruit primum. In secunda ut ibi Necesse autem secundum. In tertia ibi Adhuc autem tertium In quarta ibi Laboriosum quartum. Primum sic intellectus non est magnitudo. Anima et intellectus secundum platonem sunt idem ergo et cetera. Huius rationis primo ponit conclusionem secundo minorem cum sua probatione tertio probat maiorem quod patet secundo cum dicit Omnis ponit minorem quam probat cum dicit Non est enim sic motus sive actio virtutis sensitive secundum platonem non est circulatio nec motus sive actio virtutis appetitive sive vegetative quamvis cum alie virtutes anime sint secundum ipsum erit ut tamen

intellectiue cum igitur intendat de anima motum et actionem ipsius esse circularem anima patet sic intendit de ipsa eadem est et intellectu. ¶ Consequenter cum dicit. Intellectus autem probat maiorem et hoc per duas rationes quarum prima est ostensiua secunda est ad impossibile. Prima talis est intellectus prio non intellectum est sic unus et continuus sicut actio ipsius et e contrario sicut res intellecte hec enim consecuntur se adinuicem cum igitur res intellecte non habeant unitatem aut continuitatem sicut magnitudo sed magis sicut numerus intellectus non est continuus sicut magnitudo sed erit omnino indiuisibilis. Consequenter cum dicit Qualiter dat rationem ad impossibile ad idem et est si anima esset magnitudo tunc continue intelligeret rem tangendo ipsam ut erit opinio platonis aut intelligeret ipsam secundum se totam aut secundum partem suam et si secundum partem aut sui partem diuisibilem aut indiuisibilem sed unumquodque istorum est impossibile ergo primum. ¶ In hac ratione sic procedit primo innuit ipsam secundo ibi Si quidem igitur destruit consequens necessitas continue partem inde struendo consequens sic procedit primo ostendit quod si anima sit magnitudo non intelliget aliquid per partem suam secundo ut ibi Nec autem. Si autem nec. ostendit quod nec secundum se totam. In parte prima sic procedit primo ostendit quod non intelligit per partem suam indiuisibilem sic si intelligeret partem suam indiuisibilem ut per punctum et cum intellectus talis secundum ipsum fiat per tactum solum intelligeret rem intellectam imperfecto. quod cum puncta sint infinita in intellectu et infinita non contingit pertransire nunquam erit aliquid secundum se totum in intellectu quod est inconueniens. Secundo cum dicit. Si uero secundum partem probat quod non intelligit secundum partem suam diuisibilem sic si intelligeret secundum aliquam partem suam que esset magnitudo indiuisibilis continue girando se quousque tangeret per illam partem omnes partes rei intellecte multotiens aut infinities intelligeret antequam intelligeret aliquid secundum se totum hoc autem est impossibile videmus enim possibile rem totam simul et in eadem hora intelligi et quod posset aliquis dicere quod quelibet pars anime sufficit ad intelligendum totum intellectum intelligendo quamcumque partem rei intellecte siue diuisibilem siue indiuisibilem ad intellectum totum sic non oporteret animam habere magnitudinem circularem siue omnino aliquam magnitudinem contra quod tamen oppositum posuit plato. Consequenter cum dicit. Si autem utrumque ostendit quod anima si fuerit magnitudo non intelliget secundum se totam ad quod dat duas rationes quarum prima talis est. Si anima existens magnitudo intelliget rem secundum se totam tunc non indigeret ut secundum suas partes tangeret partes rei intellecte eas intelligendo contra quod oppositum posuit plato posuit enim animam secundum suas partes tangere partes rei intellecte. Et sic eas intelligere. Consequenter cum dicit. Amplius autem. dat secundam rationem supponendo positionem platonis pro ypotesi scilicet quod anima secundum suas partes intelligat totam rem intellectam et secundum suas partes partes rei intellecte tunc partes anime aut erunt diuisibiles aut indiuisibiles. Si autem fuerint diuisibiles quo modo secundum illas intelligeret partes rei diuisibiles quasi diceret nullo modo cum intellectus secundum ipsum fiat per contactum et tangens debet esse suppositum tacto quod non est possibile uno existente diuisibili et reliquo indiuisibili et ita quocumque modo dicatur animam intelligere non intelliget omnia et omnia ista inconuenientia ut uult contradictor contingunt et ideo relinquitur quod ex uult intellectus intellectus habere partes et quod non intelligit nisi intangendo. ¶

¶ Necessarium autem et cetera. ¶ Habito quod anima non est magnitudo ostendit hic quod non est circulata et ostendit de intellectu ipsum non esse circulatum dans idem intelligere de anima quod ostendit de intellectu quod intellectus et anima secundum ipsum sunt idem quod autem intellectus secundum ipsum non sit circulatus ostendit per duas rationes quarum prima talis est si actio intellectus que est intellectiua est circulatio quod oportet si intellectus sit circulatus tunc cum circulatio sit actio circuli siue corporis circularis et intellectus circulus siue corpus circulare et e contrario si intellectus est circulus actio eius est circulatio secundum eos perpetua sicut patet in corpore supra celesti tunc intellectus est perpetuus et infinitus et semper intelligens quod est impossibile. hanc rationem primo ponit secundo ut ibi Practicorum quidem. Destruit consequens scilicet actionem intellectus aut intellectum esse perpetuum ostendens primo quod actio intellectus practici est finita et sine circulo secundo quod actio intellectus speculatiui. Primum sic omnis actio intellectus practica est finita et sine circulo secundo quod actio intellectus speculatiui. Primum sic. omnis actio intellectus practici est propter aliquem finem quo acquisito non amplius est actio sed quies sicut patet in actione intellectus carpentarii et aliorum uniuersaliter. Ex quo patet manifeste quod actio intellectus practici finita est et sine circulo cum fine adquisito propter quem est actio non fiat reditus ad illam actionem sed fit quies. hanc rationem primo ponit consequentiam secundo cum dicit Omne enim tangit medium quod cum dicit. Speculatiui autem. ostendit quod actio intellectus speculatiui est finita et sine circulo sic omnis diffinitio et omnis demonstratio est finita et sine circulo. omnis actio intellectus speculatiui consistit circa rationem que est diffinitio aut

demonstratio quia actio omnis intellectus speculativi finita est et sine circulo. Hec ratio in primo ponit conclusionem et post secundo cum dicit Ratio autem ponit minorem que talis est. Si enim intellectus cum speculativus aut considerat completum aut incompletum. Si completum tunc per demonstrationem. Si incompletum tunc per diffinitionem. Ex quo patet minor. Tertio cum dicit Demonstrationes autem probat maiorem ostendens primo quod demonstratio finita est et sine circulo, secundo quod diffinitio finita. Primum sic. Omnis demonstratio habet principium a quo accipitur, scilicet propositiones, et habet finem ad quem est, scilicet conclusionem, ex quo patet quod omnis demonstratio sit finita. Adhuc autem si conclusio non fuit per se cognita per propositiones non sit redditus ad propositiones a conclusione ut per eam fiant cognite sicut est in circulari sillogismo. Sed si queratur alius terminus inter medium et ultimum quousque complete probentur propositiones sicut patet in prosillogismis et talis est motus secundum rectitudinem et non secundum circulum. Circulatio enim est cum sit reflexus a conclusione ad principales propositiones eas notificando per ipsam. Ex quo patet quod demonstratio est finita sine circulo et est finita. Consequenter cum dicit Diffinitiones autem intendit ostendere diffinitionem esse finitam et sine circulo et quia non multum indiget probatione solum ponit conclusionem que est manifesta; manifestissimum enim est omnium diffinitionem esse finitam cum omnis diffinitio sit ex principiis finitis. Consimiliter tamen verificat eam per hoc quod dicit diffinitiones enim perficiuntur per intellectum sunt finite sicut et res quarum sunt diffinitiones finite sunt, que quidem res indigent cognosci et certificari per diffinitiones. Intelligendum est non revertitur in diffinitionibus et diffinitis circulariter sicut non revertitur in demonstrationibus circulariter ut predictum est. Et in hoc completur prima ratio. De hoc autem quod ultimum actionem intellectus esse finitam intelligendum est hoc esse verum de actione intellectus secundum quod coniunctus est corpori et non simpliciter. Est enim aliquis intellectus separatus cuius sua substantia est sua actio. Unde sicut sua substantia perpetua est similiter sua actio que est intelligere perpetua est, sicut enim de substantia lucis est lucere et non potest intelligi lux quin luceat, similiter de substantia anime ad minimum anime separate est semper intelligere nec potest intelligi quin intelligat. De hoc autem quod dicit diffinitiones esse finitas et demonstrationes illud posset esse dubium cum dicat in elenchis quod forte scientie sunt infinite et demonstrationes infinite erunt. Similiter cum figure sint infinite et de unaquaque figura sit diffinitio ut videtur diffinitiones infinite erunt. Ad quod intelligendum est quod tam diffinitiones quam demonstrationes sunt finite secundum quod hic intellexit de finito; intellexit enim illud esse finitum quod facit cognitionem que habet principium

a quo incipit et finem ad quem terminatur (?) sine reflexione. Huiusmodi est tam diffinitio quam demonstratio nec propter hoc negat tam diffinitiones quam demonstrationes esse infinitas secundum numerum et hoc modo intelligendum est quod obiectum est. Consequenter cum dicit Amplius si quidem dat secundam rationem per quam ostendit intellectum non esse continuum suum circularem et est sic. Continuatio est per revolutionem multotiens super idem. Tunc intellectus cum sit circularis multotiens intelligit idem. Hoc autem non est necesse, simul vel semel potest intelligere idem secundum totum. Ergo intellectus circularis non est. Adhuc autem intellectus ostendit quod intellectus non est motus secundum suam substantiam et intelligendum est de anima. Ratio sua hec est. Actio intellectus perfectior est et facilior apud quietem, imperfectior autem est et difficilior apud motum ut habetur alibi ex [illegible] prudentes. Illud autem quod non est de facili aptum natum alicui inesse non inest ei secundum naturam sed secundum violentiam. Cum igitur motus non de facili natus sit inesse ipsi intellectui, si intellectus moveatur non movebitur per se et secundum suam substantiam sed secundum violentiam solum, et ita per accidens. Et hec ratio fundatur supra duas propositiones quas primo ponit et patent. Secundo cum dicit Si autem est motus Ex ipsis infert quod intendit.

Laboriosum autem etc. Intendit hic intellectum ostendere non esse corpori mixtum et hoc primo per rationem, secundo per auctoritatem. Per rationem sic. Moveri non convenit intellectui secundum substantiam suam sed magis per violentiam et secundum accidens si eis contingat ut probatum est; tunc difficile est et quasi impossibile videre animam esse mixtam corpori et in quo moveatur nec posse ab ipso separari; ergo non est ponendum intellectum esse corpori mixtum. Consequenter cum dicit Et adhuc confirmat idem per auctoritatem dicentem dicens fugiendum intellectum esse miseri cum corpore cum melius sit ipsum esse separatum a corpore quam corpori mixtum sed quod consuetum est dici a multis et multis videtur. In manifesto (?) est. Iam destruxit opinionem Platonis quia ex ea sequuntur impossibilia. Hic destruxit eam quia per ipsam de apparentibus non potest reddi causa. Plato enim per illam positionem non potest reddere causam propinquam quare celum continue movetur motu circulari. Secundo enim potest substantia anime esse causa huius cum substantia anime secundum ipsum non sit nisi aliquid extra (?) per rectitudinem et cum motus circularis sit ei accidentalis quia creator anime incurvavit ipsam a rectitudine in circulationem. Quare cum motus circularis sit ei accidentalis secundum eos non potest esse causa quare celum continue movetur motu circulari nec potest dicere corpus

esse cum talis motus cum propinqui se habeat anima ut sit eadem quam corpus et anima secundum ipsum non potest adhuc autem non sufficit dicere deum fecisse animam moveri motu circulari quam motu alio et propter hoc ipsum sibi movere celum motu circulari licet enim melius esset sic esse non tamen sufficit hoc dicere immo oportet causam reddere et ex considerare propter quid melius est celum moveri quam quiescere et ipsum magis circulariter quam recte magis proprium est prime philosophie quam naturalis propter hoc subiungit cum dicit. Quam autem. consideratione de hoc hic esse relinquendam.

## Illud autem inconveniens et cetera

Destructa opinione platonis per illud quod est ei proprium hic destruit per illud quod est commune platoni et pluribus aliis loquentibus de anima sive ponant ipsam esse corpus sive non. corpus dicunt eam copulari corpori et ponunt ipsam existere in corpore nullam rationem assignantes ex parte anime neque ex parte corporis que sit dispositio corporis ex qua ad aptitudinem ut ligetur cum ea cum tamen necesse habeant hoc determinare. In omnibus enim rebus sicut ex agens et patiens sive movens et motum aliquam habent comparationem ad invicem aliter enim ageret quodlibet in quodlibet et pateretur quodlibet a quolibet et ita non habentium cognationem ad invicem non est unum agens et reliquum patiens aut unum movens et reliquum motum cum igitur anima moveat corpus et uniatur ei necesse habuerunt determinare comparationem anime ad corpus et causam unionis eorum ad invicem ex non fecerunt immo quidam ipsorum nituntur determinare de anima secundum substantiam quid sit et cetera. de natura autem corporis ei proprium nichil determinantes tanquam esset possibile ut fabulantur pytagorica quamcumque animam indifferenter quodcumque corpus ingredi et quodcumque corpus indifferenter se habere ad quamcumque animam nunc autem non est sic immo unumquodque aliud habet animam propriam et corpus animalis proprium quod est valde manifestum inspicientibus animalis membra cum leonis ut in sit comitator non distinctum a membris cervi nisi propter diversitatem anime cum ad animam leonis et sic possibile esset ut anima leonis existens in corpore cervi tunc natura ociose ageret et hoc manifestum est ut dicit in diversis eiusdem speciei et propter hoc diversi sunt mores in ipsis ad hunc autem dicere sicut ipsi dicebant simile est ac si aliquis diceret artem carpentatoriam uti musicis instrumentis quod est inconveniens et hoc ex oportet artem uti instrumentis ei propriis et sic animam uti proprio corpore sicut instrumento est enim corpus anime instrumentum et ideo corpora animalium sunt convenientia animalibus eorum percipiunt gratia omnis cum loqui

tes de anima non dixerunt de corporis natura ex propria

## Est. Et alia autem et cetera

In precedenti parte descendit primo ad opinionem democriti secundo ad opinionem platonis. In hac parte tertia descendit ad opinionem non procedens duabus ante viis et quam sic procedit primo ponit ipsam secundo ibi. Et cum armonia. eam destruit imponendo eam sic procedit primo ponit ipsam dicens adhuc aliam esse opinionem traditam de anima que valde probabilis videtur multis que et videtur esse minoris probabilitatis aliqua duarum opinionum precedentium que quidem opinio videtur confirmari per rationes rectas communes et hec est opinio de anima ex anima est armonia quedam secundo cum dicit. Et siquidem dat rationem istius opinionis et est quod armonia ut dicitur est admixtio et compositio contrariorum ipsi et ponunt corpus componi ex contrariis quod ergo illa armonia sit continens corpus in esse et anima sit illud quod continet corpus ponebant animam esse armoniam consequenter cum dicit et est armonia. destruit istam opinionem sic armonia est quedam proportio compositionis contrariorum ut est cum corpus componitur ex minimis elementis secundum complexionem aut est armonia ipsa compositio contrariorum ut est cum in aliquo est compositio elementorum et non commixtio cuiusmodi dicimus esse compositionem domus ex lapidibus et lateribus. Sed anima neutro istorum modorum est armonia ergo anima simpliciter armonia non est hic non solum ponit maiorem et minorem cum sua probatione et primo maiorem secundo cum dicit Anima autem minorem tertio cum dicit Anima movere probat minorem ubi sic procedit primo probat partes minoris coniunctim secundo cum dicit Amplius autem probat eas divisim In prima parte sic procedit primo dat duas rationes quarum prima est armonie quocumque modo dicatur non convenit esse motivum ergo anima armonia non est quocumque modo dicatur armonia consequenter cum dicit convenit autem dat aliam rationem ad idem et est formas corporales possumus diversificari secundum actionem et passionem penes diversam complexionem ipsorum que quidem compositio aut proportio dicitur armonia possumus enim dicere actionem carnis esse aliam ab actione ossis ex caro mollis et humida os autem durum et siccum. In formis autem anime non possumus diversificare actionem et passionem penes proportionem predictam sive compositionem que armonia magis debet dici aliqua forma corporalis quam debeat dici anima aut aliqua forma corporis que sit inanimata et hoc quocumque modo dicatur armonia. scilicet sive fuerit compositio sive proportio compositionis agens mixtionem et complexionem consequenter cum dicit Amplius autem si dicimus per

bat partes predicte minoris divisionis ubi sic procedit primo enim distinguit modos armonie secundo cum dicit Neuter quidem ostendit quod anima nullo aliorum modorum est armonia. In prima parte distinguit ipsos modos armonie quorum primus et maximus et proprius est in magnitudinibus habentibus motum et situm et compositionem ita scilicet quod inter eas non intercidat medium aliquod eiusdem generis compositio non talium magnitudinum dicitur armonia et potest dici secundum armonia in cordis cithare facientibus sonum. Secundus potest dici compositio carnis et ossis et aliorum ad invicem secundum modum armonie dat et dicit Alius autem Qui est extractus a primo et est proportio quam habent miscibilia ad invicem antequam misceantur. Consequenter cum dicit Neutro quidem etc. Ostendit quod anima neutro istorum modorum dici potest armonia anima et primo enim quod non potest dici armonia primo modo secundo quod nec secundo. Primum sic intelligatis compositiones diversarum partium facilis est et manifesta et sensui manifestum enim est in membris corporis quod diversorum membrorum sunt compositiones diverse secundum quam compositionem animetur intellectus et secundum quam sensus aut alia virtus anime non est assignare ex quo relinquitur quod anima armonia non est illo modo. Et sciendum quod ista ostensio differt a proxima ubi removit animam non esse armoniam quia illa processit penes actionem propriam anime que non potuit diversificari per armoniam hec autem penes istas partium. consequenter cum dicit. Similiter autem. ostendit animam non esse armoniam secundo modo quia si sic tunc cum proportio mixtionis elementorum secundum quod ex eis est caro sit alia a proportione mixtionis ipsorum secundum quod ex ipsis est os aut nervus aut aliud contingeret multas animas esse in eodem corpore Cum omnes partes corporis sint ex commixtione elementorum ita quod diverse ex commixtione diversa armonia que ex ypotesi est anima sic proportio illius mixtionis hoc autem est impossibile ergo et primum. Et quia iam monstratum est quod anima nullo modo est armonia et opinio empedoclis fuit quod forma cuiuslibet membri in corpore est solum aliquam proportionem que est apud compositionem elementorum et hec opinio est propinqua opinioni iam destructe propter hoc subiungit consequenter cum dicit.

Investigabit autem aliquis Quod querendum est ab empedocle cum sic ponat ut dictum est utrum illa proportio quam dixit esse formam membri sit anima aut aliud ab anima Si enim esset anima tunc essent multe anime eiusdem ut predictum est Si autem sit aliud ab anima tunc deberet dixisse quid aliud ex tamen ex sermone suo non habetur cum amicitia et lis sint cause agentes secundum ipsum et amicitia sit causa proportionis illius secundum ipsum quod posuit formam membri Querendum est ab ipso utrum amicitia sit causa cuiuslibet mixtionis ipsorum miscibilium aut non Sed solum illius que est secundum proportionem. Si enim amicitia esset causa cuiuslibet mixtionis tunc sicut secundum ipsum amicitia in una mixtione causaret animam in omni et ita adhuc plures erunt anime eiusdem ut prius. Si enim amicitia solum sit causa mixtionis que est secundum proportionem tunc deberet dixisse quomodo est causa eius et si quam proportionem quod tamen non dixit Adhuc et querendum est ab ipso empedocle utrum amicitia sit illa proportio quam posuit formam membri in corpore an sit aliud. Si autem sit aliud tunc deberet dixisse diversitatem earum quod non fecit. Nec potest esse eadem illi quia secundum ipsum amicitia est causa mixtionis et motus ad quem consequitur illa proportio quam dixit esse formam membri hec ergo inconvenientia et dubitationes contra ipsum accidunt. empedocli ex sua opinione prius destructa et quia opinio prius destructa scilicet que voluit animam esse armoniam. valde videtur sufficiens multas et maximam difficultatem habere dicentibus oppositum contrarium ad quasdam partes anime sensitivam et vegetativam propter hoc inducit rationes pro illa opinione. consequenter cum dicit. Si vero alterum dat duas rationes prima ratio est si anima non sit armonia qualiter est hoc quod ipsa corrumpitur cum corrumpitur compositio partium animalis ut carnis et ossis et huiusmodi cum compositio dicatur armonia ac si diceret quod difficile est reddere causam huius. secundam rationem dat cum dicit Adhuc autem et si non est unam quamque partem corporis habere animam quod tamen sequitur ex illa opinione aut si anima non sit armonia ut vult illa opinio qualiter est tale quod corpus corrumpitur et alie partes corporis cum corrumpitur anima ac si diceret difficile est assignare causam. Et intelligendum est quod hoc dicit de anima sensitiva et vegetativa que corrumpitur corrupto corpore et ad quarum corruptionem sequitur corpus corrumpi. consequenter cum dicit Quod quidem est de epilogo concludit ex predictis quod anima non est armonia quod et motum circularem non est. ei essentiale. sicut est essentiale corporibus celestibus quod tamen voluit plato. Sed solum est possibile movere seipsam nec est possibile ipsam seipsam movere nisi secundum accidens et hoc videtur in motu corporis in quo est. per se secundum locum per accidens movet seipsam nec est possibile ipsam aliter moveri secundum locum quam per accidens et sic terminatur illa pars in qua ostendit quod impossibile est animam

moueri per se.

Rationabilius autem et cetera. Cum ostendisset quod anima non mouetur per se hic tollit quandam dubitationem super hoc existentem et quam sic procedit primo ponit ipsam et non etiam dicimus animam gaudere et tristari et confidere et huiusmodi et hec attribuimus anime per se quare cum omnia hec sint motus uidetur quod anima mouetur per se secundo cum dicit hoc autem non est soluit illam dubitationem quod primo facit secundo ut ibi Dicere enim confirmat suam solutionem. Intencio sue solutionis est quod quamuis gaudere et tristari et huiusmodi sint motus quorum habet quilibet suum cui inest per se ut timere et irasci per se inest motui cordis et intelligere si sit motus per se inest alicui membro et sic est de aliis motibus anime quod unumquodque eorum inest alicui parti per se corporis et quod per se mouetur et corpus cum nichil moueatur nisi corpus illa est per se. Quedam illarum mouentur secundum locum et quedam secundum alterationem utputa que sunt huiusmodi membra que mouentur in uno quoque istorum motuum et quo modo non habet hic determinari solum enim necesse est quantum ad istum locum ut unumquodque et diuisibile ut probatum est in vi physicorum ubi enim ibi habetur necesse est omne quod mouetur corpus esse et diuisibile ex quo patet quod quamuis predicta uere sint motus non tamen propter hoc sequitur animam per se moueri quia non sunt in anima ut in subiecto sed in membris corporeis. Consequenter cum dicit Dicere irasci. Confirmat istam solutionem sic quod dicere animam irasci aut gaudere aut aliquid huiusmodi simile est ac si dicat ipsam texere uel edificare nullis enim est difficile ut uult commentator nisi quod membra per que irascitur aut gaudet sunt interiora et nobis innata membra autem per que dicitur texere uel edificare sunt exteriora cum igitur non dicatur anima moueri per se in istis operationibus similiter dicetur per se moueri in illis et propter hoc melius est ut dicatur animam non addiscere aut misereri aut aliquid consimile sed hominem per animam et hec quare huiusmodi motus non sunt in anima tamquam in subiecto sed fiunt ad illam et ab illa ad illam ut motus sensus qui fit ab ipsis sensibilibus ad animam ab illa ut motus rememorationis qui fit ab anima et quandoque peruenit ad instrumentum uirtutis rememoratiue et non pertransit ad aliud quandoque autem tantum sit motus ad instrumentum sensuum et ad motus qui sunt in organis sensibilibus ea transeundo et in hoc soluta est predicta dubitatio.

Set intellectus uidetur etc. Cum ostendisset in parte precedenti quod anima non mouetur per se et remota quadam dubitatione circa hoc. In hac parte ostendit quod anima secundum quandam partem sui non mouetur per accidens scilicet secundum partem intellectiuam immo quod secundum illam partem est ingenita et incorruptibilis et omnino immobilis et procedit sic primo ponit conclusionem quam intendit secundo cum dicit Maxime autem probat eam sic si anima quantum ad partem intellectiuam esset corruptibilis aut omnino transmutabilis maxime accideret hoc ipsi apud debilitatem senectutis que inducit corruptionem ipsius sed intellectum corrumpi apud illam debilitatem in senectute est impossibile ergo ipsum esse corruptibilem aut aliquo modo transmutabilem est impossibile ergo ipsum esse corruptibile et cetera sed accensus et intelligendum est hoc secundum suam substantiam. In hac ratione sic procedit primo ponit ipsam secundo ibi aut in sensibus destruit quare quod propter locum annotorum probans quod intellectus non corrumpitur propter debilitatem in senectute quia uirtus sensitiua de qua magis uidetur apud senectutem non debilitatur quod patet per hoc quod si senex haberet oculum iuuenis uideret adeo bene sicut et iuuenis ex quo patet quod anima per suam naturam non sustinet aliquam passionem aut debilitatem sed accidit passio et debilitas instrumento illud in quo est anima debilitatur et patitur apud senectutem sicut est in infirmitatibus et ebrietatibus quod anima non debilitatur aut patitur sed solum corpus cum igitur anima sensitiua non patiatur corruptionem aut debilitatem in senectute de qua magis uidetur multo fortius anima intellectiua nullam corruptionem patietur. Aliter tamen potest exponi littera non ut intelligat animam sensitiuam non debilitari apud senium uel sensus sed solum quod anima intellectiua sit huiusmodi et satis concordat cum translatione et nichil destructum est. Consequenter cum dicit Et intelligere quod ante destructo infert oppositum antecedentis. Quod est intentum et est quod quamuis actio ipsius intellectus sit corruptibilis per corruptionem alicuius existentis intrinsecus in corpore ut per corruptionem fantasmatis tamen ipsum secundum suam substantiam esse corruptibilem est impossibile actiones enim ipsius intellectus huiusmodi est intelligere et amare et odire non sunt passiones ipsius anime siue intellectus per se sed coniuncti scilicet hominis habentis animam et cetera huiusmodi propter quod coniuncto corrupto non sunt ille actiones anime. Intellectus autem quare secundum suam substantiam diuinum aliquid est et non transmutabilis per mixtionem cum materia uel non secundum suam substantiam incorruptibilis est et omnino immobilis et per se uel per accidens. Ultimo cum dicit Quod quidem igitur epilogat dicens manifestum est ergo ex predictis quod impossibile est animam moueri sed omnem partem suam sed intellectiuam non mouetur per se nec per accidens secundum autem alias partes eius moueatur accidentaliter essentialiter tamen non mouetur et cum omnino sit immobilis manifestum est quod anima ipsa non mouetur cuius oppositum supposuerunt opiniones predicte de hoc autem quod intendit animam non moueri per accidens quantum ad partem suam intellectiuam sciendum quod intellectum intellexit non moueri secundum accidens ita scilicet ut sit actus alicuius corporis moti per se cuius corporis natura

attingat substantiam ipsius intellectus. Sic enim esset corruptibilis sicut et alie virtutes anime. De hoc autem quod nunc amare et odire et huiusmodi actiones ipsius esse ipsius coniuncti et corrumpi aliquo interius corrupto et ita ut videtur nullum istorum erit anime separate. Sciendum quod intelligere amare et rememorari inerunt anime separate sicut et nunc. Sed non eodem modo secundum quod hic indigent aliquo intrinseco ut fantasmate quo corrupto corrumpentur iste actiones. Secundum quod inerunt anime separate erunt ei sine omni indigentia fantasmatis quia secundum suam substantiam ubi enim intelliget suam animam primam et intelligendo eam omnia intelliget primam et intellectum eius summe amabit et in ea summe delectabitur in quo consistit [illegible] sua beatitudo

Multum autem etc. In parte precedenti destructe sunt opiniones considerantium de anima penes motum. Hic autem destruit opiniones de anima penes numerum et motum dicentium ipsam esse numerum seipsum moventem quia considerare de ea sicut consideraverunt predicti scilicet penes motum tantum. Accidunt etiam eis plura inconvenientia eo quod ponunt ipsam numerum sive per naturam numeri. Secundo ibi Quomodo enim congruat incipit destruere illam opinionem et dividitur in duas. In prima destruit illam opinionem quod diffinitio anime data secundum ipsum non convenit substantie anime. In secunda ibi complebitur destruit eam quod diffinitio data secundum ipsum non convenit actionibus sive actionibus et passionibus eius. Prima in duas. In prima destruit illam opinionem ducendo ad ipsam inconveniens. In secunda ibi Accidunt autem destruit eam ducendo ad inconvenientia communia ei et opinionibus quorundam aliorum. Prima adhuc habet duas quod intentio est ostendere animam non esse numerum se ipsum moventem. Et hic in prima parte ostendit animam ipsam non esse radicem numeri motam scilicet unitatem motam. In secunda ibi Amplius autem numero ostendit animam non esse numerum aggregatum ex unitatibus quibus consonis sufficienter probatur intentum. Quod autem anima non sit unitas mota ostendit per duas rationes quarum prima est. Unitas nec est mota ab aliquo nec a se ipsa. Non ab alio cum sit indivisibilis et omne motum est divisibile ut probatum est in vi° phisicorum. Sed cum omne motum ex se dividatur in duo quorum unum est primo movens et reliquum primo motum sicut ibidem probatur et ita unitas omnino non movetur. Quod animam esse unitatem motam est impossibile. Secundam ponit cum dicit Amplius autem quoniam dicunt dat secundam rationem ad idem et est. Mathematici dicunt quod ex fluxu sive ex motu linee fit superficies et ex motu puncti linea. Cum ergo unitas positionem habens sit punctus et anima si esset unitas mota illa unitas positionem haberet cum esset mota sit positionem habens illa unitas punctus esset et si hoc ex motu illius unitatis fieret linea et ita anima secundum suam substantiam cum sit illa unitas ex ypothesi anima esset linea sive lineatione situm habens quod est impossibile. Non enim est dicere ut videtur aut unitas que ponitur esse anima positionem habeat relinquitur quod anima unitas mota non est. Ex quo posset concludi ulterius preter rationes subsequentes quod anima omnino numerus non est. Numerus enim nichil substantie addit supra unitatem sed solum multitudinem et replicationem unitatis. Consequenter cum dicit Amplius autem animo dat rationes duas concludentes animam non esse numerum et habet illa pars duas partes. In quarum prima dat rationes ad hoc per naturam unitatum simpliciter. In secunda ut ibi Contingit autem per naturam unitatum contractarum. In prima parte dat duas rationes quarum prima est talis. Ita est quod a quocumque numero auferatur unitas aut numerus aliquis non remanet numerus eiusdem speciei. Sed a divisis plantis autem et etiam in quibusdam animalibus cuiusmodi est anguilla quorum perfectio et anima ita est quod si ab ipsis auferatur aliqua pars sicut flos et ablatum nec etiam a quo aufertur diversificatur secundum speciem immo cum aliqua pars ablata ab aliquo maneat vivens eandem habet animam specie quam et totum. Ex quo patet manifeste quod anima numerus non est. Consequenter cum dicit Videbitur autem nichil dat secundam rationem ad idem et est nichil differt dicere animam esse unitates moventes se sive numerum aggregatum ex talibus unitatibus et dicere ipsam esse corpora parva moventia se sicut Democritus qui posuit speras parvas quas propter suam parvitatem dixit esse puncta necesse habent dicere ponere illas speras corpora parva cum possint moveri et nichil movetur nisi corpus. Et enim quod sunt corpora cum ponantur moventia et mota non enim ponuntur moventia et mota quod sunt magna et parva sed quia sunt quanta et continua ut est corpus et ita qui ponunt animam esse unitates moventes se ponunt ipsam esse corpora parva moventia se. Sicut igitur in corpore moto est aliud movens et motum similiter in unitatibus moventibus se erit aliud movens et motum quod est in animalibus motis ex se. Illud quod est movens ex se est anima in animato ex se sive in unitatibus moventibus se illud quod est movens illas unitates erit anima quare anima non erit movens et mota ut vult illa opinio sed movens solum et ita non erit ipse unitates nec numerus aggregatus ex ipsis unitatibus. Consequenter cum dicit Contingit autem ostendit animam non esse numerum per naturam unitatum contractarum et dat unam rationem ducentem ad duo impossibilia. Primum est quod omne corpus erit

animatum. secundum est quod anima erit inseparabilis a corpore
et est sua ratio talis. Si anima esset unitates moventes
se aut numerus aggregatus ex talibus unitatibus oporteret unita-
tes anime differre ab unitatibus mathematicalibus simpliciter aliter enim esset
numerus simpliciter et animatus et si hoc cum illo differentia non possit
esse nisi in habendo positionem et non habendo erunt unitates anime
unitates positionem habentes cum igitur unitates anime eo quod
positionem habentes sint in corpore erunt in eodem loco cum
punctis ipsius corporis unitas enim ipsius anime cum sit
indivisibilis obtinebit locum puncti quod similiter in-
divisibile et sic unitas anime potest esse in eodem loco
cum puncto corporis similiter et infinite cum omnes sint in-
divisibiles et ita unitates anime eedem erunt cum punc-
tis corporis cum enim locus eorum sit idem et indivisibilis
et ipsa erunt eadem et indivisibilia. ergo anima sive numerus
qui est anima aut erunt puncta que sunt in corpore
aut ex ipsis punctis cum igitur in quolibet sint puncta et
et puncta infinita in quolibet corpore erit anima et ita
omne corpus erit animatum quod est primum inconveniens
Ad secundum autem ducit ex eadem ratione. amplius autem
Si enim anima aut sit puncta corporis aut ex ipsis et
puncta sunt inseparabilia a linea a linea et linea a su-
perficie et superficies a corpore. anima inseparabilis erit a
corpore. Et ita nichil morietur quod est impossibile et est
notandum ex hiis hic arguit pro inconvenienti animam
esse inseparabilem a corpore de hoc est quod dixit in
principio huius rationis ex si unitas anime differt ab unita-
te naturali mathematicali simpliciter quod est in habendo positionem et
non habendo. sciendum quod hoc verum est secundum illam opinio-
nem ex enim vult illa opinio unitates anime esse
motas propter si differant ab aliis unitatibus hoc oportet e-
rit in habendo positionem. cum habere positionem proprie conveniat
rebus ma[teria]libus unitates tamen mathematicales ab invicem a-
lio modo possunt differre quorum differentia ad invicem
non attenditur in situ et radice sed solum penes replica-
tionem et multiplicationem sic eamdem speciem igitur cum dicit
accidentale autem destruit opinionem predictam du-
cendo ad inconvenientia cum opinionibus aliorum conco-
mitancia. ubi sic procedit primo modo dicit ex uno
modo accidit simile inconveniens opinioni predicte et opi-
nioni ponentium animam esse corpus subtile alio
autem modo accidit simile inconveniens illi opinioni
et opinioni democriti. Secundo cum dicit Siquidem est
hoc probat et primo quod predicte opinioni et opinioni po-
nentium animam corpus subtile. accidit simile incon-
veniens. Si enim anima sit corpus subtile ut illi
dicunt primo et anima sit in omni parte corporis se-

sibilis sed se totum sequitur duo corpora esse in eodem loco. scilicet cor-
pus quod est anima et corpus subtile ex quo est anima. similiter autem
animam dicentibus esse numerum se ipsum moventem accidit multa
puncta esse in loco unius puncti. quoniam unitates anime sunt
habentes situm puncta sunt et puncta ipsius corporis ut ex
ex prehabitis et hoc accidit adhuc autem omne corpus esset
animatum ut prehabitum est ut ponamus ex numerus unita-
tum ex quibus est anima sit alius a numero punctorum
qui sunt in corpore et illud non videtur posse poni secundum illam
opinionem de hoc quod habet pro inconvenienti duo corpora
esse in eodem loco. scilicet ex corpus animatum et corpus subtile
ex quo est anima quamvis dicat possibile hoc esse impossibile cum unum
sit spirituale reliquum autem non. secundum Augustinum videtur esse hoc impossibile
cum lux. ipsum ipsum corpus sit et possibile est lucem et a-
erem esse simul vel aerem illuminatum esse in eodem loco quare
usque sic possit opinari tamen sciendum simpliciter quod impossibile
est duo corpora esse in eodem loco licet est instancia de luce
lux enim quamvis natura corporea sit ut vult Augustinus con-
tra in veritate non est immo intensio et forma est corporis lumi-
nosi verum ut voluit quidam sit intensio coloris in me-
dio non est vere color licet tamen est aliud a colore sive lux quia
sit intensio corporis luminosi nec est vere corpus licet a-
liud a corpore propter quod licet lux in eodem loco possit esse
cum aere non tamen sunt duo corpora in eodem loco hoc fa-
cit primo secundo cum dicit. Accidit quoque corpori ostendit
secundum. scilicet quod predicte opinioni et opinioni democriti ac-
cidit simile inconveniens sicut enim secundum positionem democriti
corpora sperica inquantum moventur movent animal sic
secundum opinionem istam unitates mote inquantum mo-
ventur movent corpus nichil enim differt athho-
mos spericos moveri et motu suo movere corpus ut di-
xit democritus et dicere unitates quascumque maximas
scilicet aut parvas aut unitates universaliter moveri et motu
suo movere corpus secundum enim utramque opinionem
animal aut corpus moveri in eo quod unitates aut atho-
mi moventur et intendit quod sicut accidit incon-
veniens democrito ex sua positione et simile inconveniens acci-
dit isti opinioni

Tribus autem traditis etc. In parte
precedente destructe sunt opiniones considerantium de
anima penes motum ad quarum destructionem reducit
destructionem opinionis ponentium animam esse corpus sub-
tile sive subtili eo contineri. In hac parte intendit
destruere opiniones considerantium de anima penes cog-
nitionem sive sensum et procedit sic primo continuando
dicta dicendis de quo in parte precedente. considerandum est

et de quo in hac parte considerandum est et in hac dat intentionem
huius partis dicens quod cum tria sint secundum que diffinitur
anima apud illos scilicet vel secundum motum dicendo animam esse
maxime motivam et movere se ipsam aut secundum corpus
subtile dicendo animam esse corpus subtile sive illud quod minimum
habet de corporeitate aut secundum cognitionem dicendo animam esse omnia
cognoscentem et propter hoc esse ex elementis omnium et in parte
precedente determinata sunt inconvenientia sequentia ex du
obus modis prioribus remanet nunc considerare de tertio scilicet
de opinione dicentium animam esse ex elementis ut cognoscat
et sentiat ea que sunt. Et intelligendum est quod opi
nio dicentium animam esse corpus subtile destructa est
in destruendo animam esse motam aut in destruendo
animam esse armoniam sive complexionem elementorum ut insi
nuatum est propter quod supponit in parte precedente consideratum
esse de illa opinione sicut de opinionibus considerantium
de anima penes motum. Sed cum dicit Reliquum est autem
accidere. incipit considerare de opinionibus considerantium de
anima penes cognitionem et primo sic considerantes de ipsa
dixerunt eam esse ex elementis quorum quidam posuerunt
ita ipsam esse ex elementis quod non forma ipsorum. Qui
dam autem dixerunt eam esse ex elementis et esse in
ipsis sicut forma perfectiva ipsorum propter hoc dividitur hec
pars in duas. In quarum prima destruit opinionem pri
morum secunda ut ibi Et si in toto destruit opinionem
aliorum. prima pars adhuc dividitur in duas. In quarum prima
destruit opinionem simul in secunda ut ibi Inconveniens
autem sigillatim et divisim disputat contra singulas par
tes illius opinionis vel posset dici in prima parte dispu
tat contra ipsam in se in secunda parte contra radicem et fun
damenta ipsius et non multum refert. In prima parte
dat duas rationes ad destructionem illius opinionis scilicet
quod anima quia omnia cognoscit et non cognoscitur nisi
simile a simili propter hoc est ex elementis omnium et est prima
ratio hec si simile non cognoscatur nisi a suo simili et
anima sit ex elementis ut vult illa opinio cum non omnia
que sunt sint elementa immo ultra sunt alia et sunt infinita
composita ex elementis non est possibile animam omnia cogno
scere. quia compositum ex elementis non totaliter cognosceret
quia formam compositi non cognoscet cum ipsa non sit ele
mentum neque ex elementis immo est super omnia elementa
et est compositio proportionata vel proportio determinata unius compositi
elementi non enim quocumque modo composita et proportionata ve
niunt ad eius constitutionem sed compositione proportionata et proportione de
terminata verbi gratia composito quod pro exemplo dicente
duas partes de numero octo partium ex quibus dixit consta

re ossa esse terreas que assimilantur nigredini et pallori
quatuor autem ipsius ossis dixit esse igneas que assimilan
tur albedini propter suam claritatem duas autem partes residu
as attribuebat aliis elementis et quia ponit unam partes
ossis igneas ideo dixit ossa esse facta alba propter habundanti
am albedinis et claritatis in ipsis patet ergo quod forma
compositi non est elementum nec ex elementis sed est supra elementa
superaddita compositio proportionata et proportio determinata qua unumque
que est id quod est ergo non sufficit animam constare ex ele
mentis solum ad hoc ut intelligat compositum totaliter immo oportet
esse in ipsa anima proportiones determinatas et compositiones proportionatas
ad hoc ut cognoscat hominem compositum totaliter et
non cognoscatur simile nisi per suum simile et ita ad hoc
ut cognoscat hominem oportet formas ipsorum quibus sunt in
esse ipsi anime quare et homo et os in ipsa anima erunt
quod est impossibile esse manifestum nullius autem dubitat
quod homo aut lapis aut huiusmodi res non sunt in anima
immo solum rationes sive intentiones rerum sunt in
anima et ita cum huiusmodi impossibile sequatur ex predicta
opinione relinquitur ipsam esse impossibilem. consequenter cum dicit
Amplius autem secundam dat rationem ad idem et est
cum ea que sunt aut sint substantie aut quantitates
aut qualitates et cetera. si anima quia cognoscit omnia sit
ex elementis omnium tunc est dubium utrum sit ex
elementis tantum substantiarum quam accidentium si accidentia habue
rint elementa propria preter elementa substantie aut non sed solum ex
elementis substantie aut ex elementis accidentium solum non enim
sunt principia communia et universalia substantie et accidentium ex quibus
cum sit anima possit omnia cognoscere oportet ergo aut ipsam
esse ex principiis solius substantie et tunc ut videtur non cogno
scet accidentia et propter hoc dat intelligere conversam huius scilicet quod
si fuerit ex principiis propriis accidentium non cognoscet substantiam
cum ex ypotesi non cognoscatur nisi simili simile aut
si dicatur quod ex utrisque generibus scilicet tam predicamenti substantie quam aliorum
sunt principia propria et animam constare ex ipsis tunc a
nima secundum partem sui erit quantitas et secundum aliam erit
qualitas secundum quam cognoscet qualitates et sic de
substantia et de aliis cum principia non substantie sint non substantie et principia quanti
tatis sint non quantitates et sic de aliis et ita nullius generis
per principia alterius potest cognosci cum ergo hoc sit im
possibile et opinio ipsa erit impossibilis consequenter cum dicit
Dicentibus autem epylogat et patet

**Inconveniens autem et cetera.** Cum iam
destruxit opinionem predictam simul hic sigillatim
et divisim disputat contra unamquamque partem ipsius et

supponit h' opinio tertia · s. quod simile non cognoscitur nisi
per simile h' est primum et propter hoc quod anima est ex e
lementis hoc est secundum et hoc cum ipsa cognoscat hoc est
tertium vel secundum hoc dividitur hec pars in tres partes · in quarum
prima disputat contra primum in fine ibi Dubitabit autem
aliquis · in secunda contra secundum in tertia ibi omnis autem ex eo contra tertium
In prima parte dat · iiii. rationes quarum prima est dicendo
ad impossibile ipsos ex sua positione sic si simile non cognoscatur
nisi a suo simili cum sentire et cognoscere et intelligere
re sit aliquid pati ut ipsi ponunt tunc erit pati similis
a simili cuius oppositum posuerunt ipsi posuerunt enim ni
chil pati nisi a contrario consequenter cum dicit multas autem
dat secundam rationem ad idem et est in corporibus animali
um ita est quod partes que magis vicinantur terre et
in quibus terra maxime habundat · eiusmodi sunt ossa pi
li nervi et huiusmodi nichil videntur cognoscere neque sen
tire ergo huiusmodi partes sibi similia non cognoscunt cer
tum in sentiunt omnino videntur carere sensu quod
tamen oportet esset non simile cognosci a sibi simili ut
voluit illa opinio consequenter cum dicit · amplius autem et
cetera · Dat tertiam rationem ad idem et est ducens ad hoc
inconveniens ex numero principiorum ex quibus est anima
cum sit cognoscens secundum illam opinionem plura
erit ignorans et intelligens cum non cognoscit
simile nisi a simili tunc solum cognoscit principium
vel unius nature quia s. sunt ex illo principio et omnia
alia ignorabit · ex quo sequitur quod ipsa anima cum
sit constat ex principiis plus ignorabit quam cognos
cet ad huc autem accidit aliud inconveniens cuius ne
cesse · ii. habet secundum suam positionem supposita positione deum
insipientissimum omnium cum solus deus de numero
vi elementorum quod posuit empedocles · tunc cognoscat · v. s. iiii
elementa ... et amiciciam eo quod ex ipsis constituitur
secundum ipsum litem autem non cognoscit cum non constet
ex lite cum lis sit causa corruptionis · mortalia autem
omnia sex elementa cognoscunt · cum constent ex omnibus
et simile secundum ipsum cognoscat suum simile et ita
insipientior deus quam mortalia quod est inconveni
ens et intelligit ut vult consecutor empedocles · per deum volu
it esse compositum ex iiii elementis orbem celestem opi
natur enim orbes esse deos et compositos ex iiii ele
mentis et ex amicicia et propter hoc putabat empedocles or
bes esse inmortales cum sola lis sit causa corrup
tionis Consequenter cum dicit omnino autem propter quam causam
dat quartam rationem ad idem et est si simile cognos
cat sibi simile tunc cum anima constet ex elementis secundum

illam opinionem aut est elementum aut ex elementis
omne ex est aliquid cognoscit enim unum si fuit ex una
vel ex uno aut plura si fuerit ex pluribus et ita
omne ex animatum erit quod est impossibile consequenter cum
dicit Dubitabit autem aliquis opponit contra secundam
partem premissarum ipsius opinionis que est animam esse
ex elementis sic cum elementa sint contraria adinvicem
et sic de re nata adinvicem cum ipsa proportionentur
materie oportet aliquid esse congregatum et uniens ipsa e
lementa adinvicem Quod quidem dignius est et no
bilius ipsis elementis sed in animato nichil est melius et no
bilius anima et maxime intellectiva anima in perfec
cionalitate et nobilitate licet elementa precedant ipsam tem
pore ergo si anima ex elementis non erit sed magis continuans
erit et aggregans ipsa elementa tamquam finis eorum et
perfectio includuntur sunt in animato · consequenter cum dicit
omnia ex eo opponit contra partem tertiam predicte opi
nionis que est cum anima cognoscat res constat ex
elementis earum et habet hec pars duas partes in quarum
prima disputat contra hanc partem illud quod est commune
isti opinioni et illi destruende s. opinioni considan
tium de anima penes motum in secunda ut ibi hoc
autem latuit disputat contra illam opinionem pro 1°
quod est proprium huic opinioni · in quarum prima sic
procedit primo dicit ex universaliter considerantes de anima
sive penes motum non locuti de anima universaliter
sed particulariter · quod tamen facere non debent · secundo cum
dicit · neque enim et cetera · hoc probat et primo ex consideran
tes de anima penes motum non locuntur de anima
universaliter Et h' ex multa sunt animata et anima sensitiva
que non moventur secundum sensum locum immo manent
inmotum localiter ut sunt quedam animalia marina ut spongi
a maris ostrea et huiusmodi cum tamen primum sit anime hoc
motu movere corpus secundo cum dicit Similiter autem ostendit
quod considerantes de anima penes cognitionem et sensum
non locuntur de omni anima Et hoc quia plura sunt animata
ut plante que sic non moventur secundum locum similiter
sic moventur · se autem cognoscunt multa et sunt ani
malia que carent · cognitione adminus intellectiva
unde patet quod sicut ad huc considerantes de anima non
considerant de anima universaliter ad huc quamvis concedatur
eis omne animal esse intelligens et ita intellectum
esse idem et sensum adhuc considerantes de anima pe
nes cognitionem et sensum non considerant · de anima u
niversaliter · considerantes de anima penes motum cum ali
a sit natura cognitionis et motus immo considerant

ipsi de anima in suis carminibus qui dixit ipsam ingredi corpus ex toto aere per respirationem ipse enim non locutus est de omni anima quoniam non de anima plantarum cum plante non respirant eo quod non habent anhelitum ex quibus habeant animam. Nec etiam locutus est de anima omnium animalium cum non omnia animalia respirent ex carentia sanguinis non habentia unde et respirantia et alia ambulantia et sanguinem habentia ut vult Aristoteles ut dictum est in de animalibus. Quinto cum dicit

disputat contra tertiam partem predicte opinionis per id quod est primum illi opinioni. Sic licet concedatur animam omnia cognoscere non tamen necesse habuerunt ponere illam constare ex omnibus elementis neque ex omnibus elementis immo si ponatur esse ex elementis que sunt habitus et forma sufficiens est ad cognoscendum reliqua elementa illis contraria que sunt quasi privationes respectu istorum. Altera enim pars contrarietatis que scilicet est habitus sufficiens est ad cognoscendum iudicandum de ipsa et suo opposito sicut nos videmus per rectum ipsum et obliquum quoniam rectum est iudex sui et obliqui per obliquum enim non cognoscimus obliquum neque rectum et causa est secundum commentatorem quia non debemus iudicare aliquid nisi per formam quod est primum.

**Et si in toto quidem et cetera.** In hac parte ponit opinionem ponentium animam esse ex elementis tamquam formam perfectivam ipsorum ubi sic procedit primo dicit quod licet quidam posuerunt animam esse mixtam ex omnibus elementis aliqui tamen ut Melissus et sui dixerunt ipsam esse in elementis tamquam formam perfectivam ipsorum et unde dedit ipsam opinionem. Secundo cum dicit hoc autem habet et cetera destruit ipsam opinionem et dividitur illa pars in duas in quarum prima destruit illam opinionem in se in secunda ut ibi opinari autem destruit rationem ducentem ad hanc opinionem. Quam opinionem destruit sic si anima sit forma perfectiva ipsorum elementorum ut posuit Melissus tunc dubium est propter quid anima non facit ipsa esse alia elementa sicut facit mixta alia sive animatum cum est ipsorum perfectio et videtur quod magis debeat facere in elementis quam in mixtis et hoc quia si anima esset in elementis esset melior et nobilior quam in mixtis in elementis cum essent incorruptibilia cum ipsa sit incorruptibilis secundum se tota in mixtis autem esset corruptibilis cum ipsa corruptibilia sint utrobique. Quare accidit inconveniens scilicet dicere elementa esse animalia et dicere ipsam animam esse nobiliorem esse quam mixta et non esse animalia inconveniens enim est dicere ipsa esse animalia cum non sentiant nec comprehendant cum non sint animata meliori anima et nobiliori. Quid sit animalia mixta enim videtur ratio quare habeant meliorem et nobiliorem nisi ipsa anima posset facere ea animalia con-

sequitur cum dicit opinari destruit rationem ducentem ad hanc opinionem ubi sic procedit primo ponit illam rationem et est quod Melissus et sui opinantur aliquid esse animal aut animatum nisi quia aliqua pars aeris sit animata cum ipso quod putabant quia videbant aerem esse necessarium ad respirationem in pluribus animalibus ad salutem sine quo non viverent propter quod putabant aliquam partem aeris esse animatam quare cum eadem sit natura partis et totius invenerunt animam ponebant totum aera esse animatum et eadem ratione posuerunt reliqua elementa habere animam hoc facit primo. Secundo cum dicit Si autem aer destruit illam rationem sic si totus aer est animatus et quelibet pars aeris est animata secundum eos cum eadem sit natura totius et partis sed eadem natura anime totius et partis anime contrarium posuerunt ipsi posuerunt enim animam totius esse incorruptibilem sicut et aer secundum se totum est incorruptibilis animam autem partis corruptibilem posuerunt sicut et ipsa corruptibilis est sicut igitur non concedunt ipsi quamvis eadem sit natura totius et partis animam totius et animam partis esse eiusdem nature similiter nec est concedendum eis in sua ratione licet quelibet pars aeris esset animata quod tamen falsum est totus aer esset animatus unde videntur ipsi in sua ratione sibi ipsis esse contrarii. Consequenter cum dicit cum igitur epilogat principaliter intenta fere a principio huius libri et partem istam terminat illa pars in qua determinat de opinionibus aliorum circa totam animam.

**Quoniam autem cognoscere et cetera.** In hac parte intendit de opinionibus aliorum circa partes anime et sistit sua determinatio in prosecutione cuiusdam questionis ubi sic procedit primo movet ipsam questionem et est cum anima diversas habeat actiones et passiones quedam enim ut vult commentator quinque quarum una est scire sive intelligere vel distinguere secunda est sentire tertia est desiderare et velle quarta movere secundum locum quinta augeri et diminui et nutriri et sic diversificat eas commentator. Cum ita sit questio est utrum omnes ille attribuantur anime secundum se totam scilicet ita quod secundum se totam intelligat et secundum se totam sentiat et sic de aliis an secundum diversas partes sui in diversis membris existentes diversas faciat operationes ut scilicet per unam partem sui in uno membro existentem intelligat et secundum aliam in alio membro existentem sentiat et sic de aliis adhuc querit ulterius si secundum diversas partes sui in diversis membris existentes diversas faciat operationes tunc est questio adhuc utrum ab una illarum partium tantum insit vita aliis aut a pluribus aut ab omnibus hoc enim est querere utrum quelibet pars anime vivificet suum membrum in quo est aut tantum

ista tamen est principalis secundum quosdam alios intelligitur ita scilicet ut
intendat aliquis querere utrum anima cum sit una et
eadem secundum substantiam et radicem habeat operationes diversas
an diversificatur substantia ita scilicet quod substantia vegetative sit alia
alia substantia sensitive et substantia sensitive sit alia alia intelle-
ctive sicut operationes diverse sunt. Ista tamen questio non pertinet ad primum
translationem sed ad aliam unde pretendi consequitur cum di-
cit Dicunt autem quidam Prosequitur primam duarum
questionum primo tactarum. secundam autem non prosequitur quia
fundatur super falsam partem prime questionis ad ipsum inter
secundo autem primam questionem sic procedit primo dat opini-
onem aliorum circa ipsam secundo cum dicit Quid igitur destruit
opinionem aliorum circa ipsam ex cuius destructione relinquit opi-
nionem suam dat igitur aliorum opinionem scilicet platonis et
suorum ad dictam questionem et intendit quod secundum eos anima
est divisibilis essentialiter secundum divisionem membrorum corpo-
ris ita scilicet quod secundum unam partem sui in uno membro exis-
tentem intelligit sed aliam in alio membro existentem sen-
tit et sic de aliis opinatur enim plato quod pars intelle-
ctiva anime est in cerebro tantum pars autem desiderans in
corde et pars nutriens in epate tamen contra eum dicit Quid igitur
destruit istam opinionem ad quam destruendam ponit
tres rationes quarum prima hec est si anima secundum diversas
partes sui in diversis corporibus facit operationes diversas que
ipsa potest esse in uno quod individuo sit tamen anima una ex sumi-
tur a corpore tunc querendum est a platone Quid est continens
et uniens suas continuans diversas partes anime non anima
to ipso non potest dici quod corpus contineat ipsas anima non
magis continet corpus quam corpus contineat animam
quod patet per hoc quod anima cum egreditur a corpore statim mar-
cessit et dividit corpus cum igitur continens partes anime
sit aliud a corpore illud continens maxime erit anima
de illa tunc anima similiter est querendum ut prius utrum
dividatur secundum partes diversas diversis membris existentes
ut sit indivisa tunc in principio eadem ratione ponendum
est animam esse indivisam secundum substantiam et sic habetur propositum
et hoc cum in uno individuo sit tamen anima una si autem
divisa fuerit modo predicto tunc adhuc de anima continente
et uniente partes eius querendum est ut prius et sic erit
processus in infinitum Quod est inconveniens ergo necesse
est stare in principio et concedere animam omnino indivisam
esse secundum substantiam modo predicto consequenter cum dicit Dubitabit
autem aliquis dat secundam rationem ad idem et est si
tota anima continet et perficit totum corpus tunc
si fuerit divisa secundum partes modo predicto quelibet pars eius
continebit et perficiet aliquam partem corporis hoc autem est in-

possibile nulla enim est pars corporis quam contineat aut perficiat pars anime
intellectiva nec est inolenti fingere talem partem est possibile
cum si sic esset intellectus secundum suam substantiam corporalis sic
et forme materiales aliquod membrum perficeret impossibile est animam
predicto modo divisam esse consequenter cum dicit Videntur
autem plante dat tertiam rationem que est in plantis et in
quibusdam animalibus ita est quod partes a toto videntur in-
vivere et habere animam eamdem specie quam habet totum
licet non numero et et videntur ei inesse omnes operationes
ipsius anime per aliquod tempus ergo sentit et movet secundum
locum per aliquod tempus hoc autem non esset possibile si anima
esset divisa cum toto per diversas partes in diversis membris ex-
istentes immo si sic esset tunc illa pars in qua esset sentire
si abscinderetur tantum sentiret et non moveretur secundum lo-
cum nec alia operatio anime ei conveniret et similiter illa pars
in qua in toto fuit virtus motiva secundum locum post
abscisionem tantum moveretur secundum locum et non conveniret
ei alia operatio anime Cum igitur omnes operationes insint
parti decise cum est sit eadem anima specie partis et totius
licet est sed non numero. manifestum est quod prius in toto
non fuit divisa modo predicto in omni parte sunt omnes actiones
ipsius anime quia est putatur aliquis partes diversas non esse
animatas aut non habere animam cum non perficiantur ab
ipsa solvit cum dicit Si autem non perficiunt quia non
est inconveniens dicere singulas partes divisas habere a-
nimam totam quamvis illa anima non perficiat animatum
et hoc quia hee partes non habent instrumenta quibus sal-
vetur eorum natura habent tamen omnes operationes anime
per aliquod tempus et est animam totam que eiusdem est
substantia est in omnibus licet non numero et intelligendum est
quod cum dicit totum et partes divisas habere animam si-
milem in specie illa similitudo est solum existentium in
potentia et non in actu Cum enim totum est in actu
tunc sunt partes solum in potentia cum autem totum di-
viditur non amplius manet totum et tunc solum partes
in actu totum autem in potentia Consequenter cum dicit
Videtur autem et in plantis addit quandam partem inciden-
tem intra ultimam rationem quia enim illa ratio non probat
nisi supponendo plantam habere animam propter hoc
intendit illud probare scilicet quod plante habent animam
sic plante et animalia habent in principio vite quod est
potentia vegetativa sine qua non manet virtus sensitiva
hec autem sine sensitiva bene potest esse cum igitur hec potentia
vegetativa que est principium et radix vite sit in plantis
manifestum est animam aliquam esse in plantis
scilicet vegetativam et hic completur iste primus liber et cetera

minatur de anima secundum opiniones aliorum.

Cum iam manifestum sit secundum intencionem Aristotilis in hac ultima parte quod anima est indivisa secundum situm et secundum formam, et non videtur esse determinatum ab ipso utrum sit indivisa secundum situm et secundum formam similiter sit indivisa per substantiam, ideo hoc esse hic est dubitandum.

Qones

Et est questio utrum in anima hominis sit eadem substantia intellective sensitive et vegetative, an sint substantie diverse. Et quod sit una et eadem substantia videtur, cum quod unius una est perfectio; quare cum homo sit unum, anima que est perfectio eius, ut videtur, secundum suam substantiam una erit. Cum quod ex duobus in actu non fit unum in actu, unum anima hominis cum sit una necesse est, videlicet indivisum esse. Tunc unam animam videtur quod substantia eius sit una et non alia et alia. Ad hoc si essent substantie diverse queratur quid unit eas in anima una. Corpus non, immo magis econverso. Si autem anima sit unitiva earum, utrum illa anima sit indivisa secundum substantiam aut non. Si sic, habeo propositum; si non, tunc queram quid sit univens eam, et sic in infinitum, quod ut videtur impossibile est; ideo oportet stare et concedere animam esse indivisam secundum substantiam. Ad hoc si essent substantie diverse qualiter sint simul in una anima nec videtur posse dici. Ad hoc videtur quod anima intellectiva in homine sit perficiens ipsam animam sensitivam et sensitiva vegetativam, sicut forma que est differentia perficit et complet corporis formam generis et differentie, cum igitur eadem sit substantia generis et differentie non differens nisi sicut completum et incompletum, videtur quod eadem sit substantia anime intellective et sensitive et vegetative solum differens secundum completionem et incompletionem. Ad oppositum huius videtur, tunc quod substantia anime intellective incorruptibilis est, substantia autem vegetative et sensitive corruptibilis, ut vult Aristotiles. Iuxta hoc quod omnis virtutes anime preter intellectivam et secundum substantiam et secundum operationem virtutis; tunc intellectiva et sic corruptibilis sit secundum operationem secundum neutram substantiam est incorruptibilis; cum igitur non sit eadem substantia simul et semel corruptibilis et incorruptibilis, sic non erit eadem substantia anime intellective et aliarum. Quod anima intellectiva divinum quid est creata penitus ab extrinseco adveniens, secundum Aristotilem; vegetativa autem et sensitiva ab intrinseco et educte de principiis. Adhuc ut vult Aristotiles in libro de animalibus, cum semine sive cum spermate de casu est potentia formans et figurans membra intrinsecus quod patet per hoc quod disponit membra in medio sive in profundo que eidem potentia postea fit actus sive forma et est anima vegetativa; hec autem anima et naturalis

corporis est; et in semine quidem infunditur ibi anima sensitiva vel intellectiva. Ad hoc autem in eodem semine prius est operatio anime sensitive quam infundatur anima intellectiva, sicut enim prius est animal quam sit equus, similiter natura et tempore prius sentit quam intelligat; quare patet quod substantia anime intellective alia est a substantia vegetative et sensitive. Ad hoc si anima est ultimum per quod est natura cum ultimum in quod potest natura sit anima vegetativa et sensitiva, has enim de principiis materie potest educere, intellectivam autem non, erit intellectiva ab aliquo alio quam a natura. Et si hoc cum creator anime intellective non solum creet eam sed suas operationes sed secundum suam substantiam erit substantia eius alia a substantiis aliarum.

Cgo

Et potest dici ad hoc quod hoc verum est et quod rationes ad hoc procedunt, sicut voluerunt quidam quod eadem est substantia intellective vegetative et sensitive in homine, dico eadem essentia, differens solum secundum esse et inclinationem ad opus, sicut color in existens in substantia diversificatur secundum has diffusiones congregatum et dissolutum in comparatione ad materias diversas corporum, dum illa substantia est sub actu vegetative et sensitive habet esse incompletum, sub actu autem intellective completum esse separatur et substantia ab esse sensitive et vegetative, ab esse autem intellective non. Sed qualiter possint respondere cum essent ad rationes in oppositum et ad plures alias forte fortiores non videtur manifestum. Et potest quod ut dictum est voluerunt quidam quod substantia anime intellective in homine sit alia a substantia vegetative et sensitive, iste autem substantie diverse sunt una anima et una perfectio, sicut patet quod in radio solis et ignis sunt calor et splendor que diversa sunt secundum substantiam et unus est radius unus. Unde potest dici ad obiecta in contrarium quod iste substantie licet sint diverse, iste sunt tamen anima una et perfectio una et sic patet primum. Conclusio ad secundum patebit post. ~~ad secundum dici potest~~ Ad tertium dici potest quod simul sunt sed sunt substantie diverse sicut duo lumina duarum candelarum simul sunt in aere, et quod sint illud duo lumina patet per hoc quod corpus positum inter duas candelas respectu utriusque reddit umbram; vel potest dici et forte convenientius sicut tenere propositum quod simul sunt sicut calor et splendor simul in uno medio radio. Ad quartum potest dici quod se ipsis uniuntur et non indigent alio uniente sicut forma et materia. Est enim anima intellectiva actus et perfectio aliquo modo sensitive et sensitiva

vegetative illud enim quod prius est in animali est potentia vel
posterioris et aliquo modo perfectibile ab ipso. Et quod
virtus sensitiva sit in potentia respectu intellective patet
per hoc quod ymaginatio que est ultima virtus sen-
sitiva perfectior est et magis in homine determina-
ta quam in aliis animalibus quod non esset nisi esset
in potentia respectu forme nobilioris et alicuius perfecti
ab ipsa. Ex hoc etiam potest sciri propter quid non est in-
tellectiva virtus vel virtus sensitive in aliis animalibus ab
homine quia virtus sensitiva in ipsis nullam habet
potentiam ad receptionem intellectus vel similitudinem.
¶ Et per hoc respondeo ad secundum obiectum quia duobus in exis-
tentibus actu quorum neutrum est in potentia ad alterum ali-
quo modo non fit unum in actu. ¶ Et propter quod ad ul-
timum respondeo quod non similiter se habet virtus intellectiva ad
alias sicut differentia completiva se habet ad genus dif-
ferentia enim nichil dicit adveniens ab extrinseco
sed solum actualitatem et perfectionem eiusdem quod
prius fuit imperfectum. ¶ De hoc autem quod secundo quod
plante divise et etiam quedam animalia videntur
vivere et habere eandem animam specie quam habuit to-
tum est dubium utrum hoc fiat per divisionem
anime aut fiat per eductionem de anima in potentia
ad animam in actu et videtur quod non per eductio-
nem eius quia prius non fuit quia nec per generationem nec
per creationem cum solum anime intellective debeatur
creatio nec per generationem quia in illa decisione
magis est corruptio quam generatio nec per divisionem
anime cum tam divisio per se quam divisio per
accidens debeatur quanto et anima nec per se nec per
accidens est quanta. ¶ Et potest dici quod anime
partium divisarum egrediuntur in esse per divisionem
anime totius per accidens que quidem divisibilis est
uno modo. Est enim dicere divisionem fieri per
se et per accidens. Per se cum ex uno fiunt duo aut
plura sicut linea dividitur in duas medietates
per accidens tamen non ex uno fiunt duo sed unum fit
duo aut plura. Et hoc modo dicitur anima dividi cum
dividuntur partes. Est enim una anima totius
numero et per divisionem partium fit. Sunt plu-
res anime numero licet una secundum speciem. Cuius ex-
emplum satis conveniens potest esse de divisione puncti
signati in puncto in medio linee et vocetur a. a punc-
tus dum linea est una et continua est idem punctus in medio
in duabus lineis est enim terminus utriusque linee divisione
autem facta secundum a iam fit a duo puncta divisa secundum

numerum non tamen similiter est de anima que una numero in uno corpore manere in diviso ipsi
quia in qualibet parte tota eius tamen una numero inequalis parte dico habente
continuationem ad unum membrum in quo principaliter exercet anima suam
virtutem in eo doloris quia exercet suam virtutem totaliter in aliis
partibus et autem fit divisio alicuius partis a toto fit illa anima
due aut plures secundum numerum partes divisas distinctas animan-
tes illud tamen non est verum in omnibus aliis sed in quibusdam et in
plantis quedam animalia habent membrum principale in quo fundatur
anima et secundum exercet suas virtutes per totum corpus se-
cundum longitudinem extensum et in quacumque parte talis animalis de-
cisa si maneat vel illud membrum principale secundum eandem figuram
sicut fit in toto remanet anima in utraque illarum partium animalis et unum si-
cut totum decisum et ideo animalia sicut anguille et ser-
pentes unde si anguilla decindatur ex transverso in qualibet parte
de illo membro principali et sufficit ad exigentiam anime secundum ad
tempus et secundum eandem figuram scilicet secundum longitudinem sicut fuit in
toto vivit utraque pars post decisionem in quibusdam autem
animalibus non sic est immo membrum principale in eis non est extensum
per unam partem corporis est et figure contrarius fere huiusmodi
est cor unde si tale animal dividatur aut non remanebit ad
illud membrum principale in utraque parte aut si remanserit non est eadem figure
in eo ut non videatur in eo quod anima in talibus partibus salvari
non potest nec suam virtutem exercere. Sed an quantum de partibus an-
guille decisis vere sint animalia animata et si sint utrum eiusdem
speciei animalis continentur quod omne quod est in genere utrum eiusdem speciei contin-
gentur. ¶ Potest dici quod sunt animalia quia sunt in eo quod sentiunt
et moventur secundum locum et eiusdem speciei potest dici secundum speciem logicam
quia in eadem specie includuntur sicut totum differt in a
suo toto eo quod totum fuit perfectum in sua specie decisum
autem est imperfectum et logici propter hoc non est distinguere inter
perfectum et imperfectum quia sub eadem specie habent ipsa ponere
methaphisice forte sic non diceret. Immo concederet animalia
decisa non esse contenta sub aliqua specie eo quod imperfecta sunt
et tamen diceret ea esse in aliquo genere sicut imperfec-
tum est in genere sicut concederet quod licet sint in
genere quia propter hoc continentur sub aliqua specie genus
enim in completionem dicit species autem completionem unde
licet aliquo modo possint in completa poni in genere
non tamen habent poni in specie.

¶ Explicit sententia supra primum
librum de anima

Hec quidem
a prioribus et cetera. In parte
precedenti fere a principio libri determinatum
est de anima secundum opiniones aliorum. In hac parte in-
cipit determinare de ipsa secundum opinionem propriam et procedit
sic: primo epilogat predeterminata et dat intentionem
suam super dicenda dicens quod tradita de anima in parte
precedente secundum opiniones aliorum sunt. Sed in ista parte vide-
ndum est tamquam a principio determinando de anima
quid sit et que sit propria eius diffinitio secundum
unamquamque partem ipsius. Consequenter cum dicit secundo
Dicimus igitur prosequitur ultimam intentionem et di-
viditur ista pars in duas in quarum prima determinat
quid sit anima investigando diffinitionem in totali-
tate sua sive diffinitionem eius communem, in secunda
parte ut ibi potentiarum autem etc. Intendit de anima
investigando propriam diffinitionem eius secundum unamquamque par-
tem eius. Prima adhuc in duas dividitur. In quarum prima
venatur anime diffinitionem per divisionem, in secunda ut
ibi Quoniam autem venatur ipsam per demonstrationem. Prima
pars adhuc duas habet partes in quarum prima venatur ipsam
diffinitionem per divisionem ut dictum est, in secunda ibi Secunda a-
ctus determinat ea que in ipsa diffinitione sunt mani-
festa. In prima parte sic procedit: primo venatur per di-
visionem elementa diffinitionis, secundo ibi Quare omne
corpus componendo elementa sic venata concludit ipsam dif-
finitionem. In prima parte dat unam distinctionem principi-
orum subdivisiones ita quod in unoquoque dat distinctiones
ex quibus eliciuntur elementa ipsam diffinitionem inte-
grantia. Ubi sic procedit: primo supposito genus ipsius anime
esse substantiam dat principalem distinctionem ipsius substantie tamen
brevem et est quod substantiarum alia est materia que secundum se
non est hoc aliquid, alia est forma per quam materia habet esse,
alia est compositum ex hiis, id est ex materia et forma, et expla-
nat quid intendat per materiam et formam dicens
quod materia est potentia, forma vero actus et perfectio, compositum non
explanat quia manifestum est sensui. Ex hac autem
divisione elicitur hoc elementum scilicet actus. Et est
notandum quod dicit quod materia est potentia pro hoc quia
videtur quod potentia sit de essentia materie, sustinens
tamen oppositum dicens quod est predicatio accidentalis cum
dicit materiam esse potentiam et illud cum dicit for-
mam esse actum. Intelligendum est quod hec substantie
divisio in materiam et formam et compositum non est divisio
generis in species nec totius in partes nec equivoce vocis in
significationes sed est divisio substantie secundum analogiam sive
secundum prius et posterius. Nomen enim substantie primo dicitur
de composito ut vult Aristoteles in libro predicamentorum et in septimo
philosophie prime, secundario autem uno modo dicitur de forma et
tertio modo de materia, alio modo equivoce scilicet secundario de materia
et tertio de forma. Si enim nomen substantie dicat quod datum absolute,
tunc per prius dicitur de forma quam de materia quia forma na-
turam dicat absolutam vel materie non inclinatur
forma ad materiam tamquam indigens ea ad suam perfectionem
sicut equivoce. Si autem dicatur substantia ab hoc actu substare,
tunc per prius dicitur de materia quam de forma quia materia
pluribus substat. Quam formam istum tamen ordinem non
concedunt quidam dicentes nomen substantie per prius dici de for-
ma, secundo de composito, tertio de materia, dicentes quod licet
dicat Aristoteles multotiens nomen substantie principaliter dici de composito
et secundum prius de forma, quod hoc est secundum famositatem et non
secundum veritatem ut videtur consentire velle in septimo se-
quenti. Sed hoc non videtur cum dicat hoc Aristoteles in philosophia
prima ubi magis sequitur veritatem quam famositatem.
Consequenter cum dicit Et hoc dupliciter dat secundam distinctio-
nem que est subdivisio alius membri quod est forma et est quod
substantia que est forma dicitur dupliciter: alia enim est sicut
scientia, id est sicut forma in actu non tamen exercens operationem
ad quam nata est, alia autem sicut considerare est, et hoc
est cum habet actualem usum sive operationis. Ex hac distinctio-
ne elicitur hoc elementum primus. Tertio cum dicit Substantie
autem dat tertiam distinctionem et est subdivisio substantie composite.
Per hoc enim quod dicit quod corpora maxime videntur
esse substantie innuit hanc distinctionem substantiarum compositarum:
alia est corpus, alia non est corpus, substantie id est incorporee
per primam aliquam habent compositionem, et ex hac distinctione
illud elementum corpus. Quarto cum dicit Et horum
dat quartam distinctionem que est subdivisio primi membri
similiter et est quod corporum quedam sunt physica, que-
dam non physica sive naturalia, quam distinctionem innuit
per hoc quod dicit Et horum physica. Que corpora ma-
xime intelligit esse corpora et substantias, quod probat cum
dicit hoc enim per hoc quod corpora physica sunt
principia corporum artificialium, unde priora sunt ipsis et
digniora ut sic substantie, et ex hac divisione elicitur
hoc elementum physicum. Quinto cum dicit Sed physica
dat quintam distinctionem et est subdivisio primi membri substantie
et est quod corporum physicorum quedam habent vitam et
quedam non. Et quod non est manifestum quid est esse vivum
sive habere vitam explanat hoc non per causam sed per effec-
tum et operationem cum dicit Vitam autem dicimus,
dicens quod vita determinatur in rebus per alimentum et aug-

initum et determinatum hec enim insunt omni viventi et que diu participant hec dicitur vita ibi. Cum autem non nequaquam Et ex hac divisione elicitur hoc etiam potentia vitam habens quibus elicitis collectis est hec anime diffinitio fere completa. anima est substantia que est actus corporis physici potentia vitam habentis et dico fere quia adhuc ad complementum diffinitionis investigabitur infra illud scilicet organicum super corpus physicum quo investigato erit hec completa diffinitio anime. scilicet actus corporis physici organici in potentia vitam habentis. Consequenter cum dicit quare omne corpus secundo dicta iam venata intendit concludere ipsam diffinitionem ad quam concludendam ordinat unam rationem et est omne corpus physicum habens vitam est substantia composita scilicet habente ex corpore vitam et ex anima prebente ei vitam et perfectionem sed anima non est ipsum corpus physicum habens vitam ergo anima est actus et perfectio ipsius corporis physici habentis vitam in potentia et hoc actus primus et corporis physici organici ut infra patebit. Circa hanc rationem sic procedit primo ponit maiorem cum sua probatione secundo minorem cum sua probatione. tertio infert conclusionem que est diffinitio inventa ponit ergo primo maiorem et probat et probat cum dicit Omne est corpus sic omne corpus est substantia sic composita omne corpus physicum habens vitam est habens corpus ergo omne corpus physicum habens vitam est substantia sic composita hec est maior huius rationis solum ponit maiorem quoniam cum dicit vitam autem ponit minorem probatione rationis et probat quam probat cum dicit. sto enim erit et cetera. sic corpus non est de numero eorum que sunt in subiecto sed magis est subiectum et materia. anima autem est incorporea ut in subiecto ergo anima non est corpus quia nec corpus vitam habens huius rationis solum ponit maiorem quoniam cum dicit Vitam autem ponit minorem probatione rationis et probat quam probat cum dicit sto enim erit et cetera. sic. corpus non est de numero eorum que sunt in subiecto sed magis est subiectum et materia anima autem est in corpore ut in subiecto ergo anima non est corpus quia nec corpus vitam habens. huius rationis solum ponit maiorem et intelligendum est ad intellectum minoris quia anima non est in corpore ut in subiecto sicut accidens in subiecto dicitur esse tamquam recipiens esse ex corpore. sed est e contrario tamquam dans ei esse et perfectionem equivoce. unde dicitur anima sive forma esse in subiecto et accidens in subiecto quam equivocationem et diversitatem ignorantes quidam putaverunt omnes formas substantiales esse et in hoc erraverunt. ex hoc est quod hic dicitur probari potest et perfecte ut ulterius commentator quia anima non est substantia secundum materiam tantum non est substantia secundum quod est subiectum anima autem forma quod in subiecto consequenter cum dicit. sic est hec infert conclusionem que est diffinitio inventa et probata

## Substancia autem actus et cetera

Venata diffinitione anime per divisionem hic determinat ea que que in divisione sunt inventa et sunt quattuor. unde secundum hoc dividitur hec pars in quattuor particulas in quarum prima ostendit cuiusmodi est actus in anima ostendens quod est actus primus in secunda parte ibi huiusmodi. Determinat cuius corporis vitam habentis est que est anima actus determinans quia organicum in tertia ibi Universaliter quidem et cetera. Quia suppositum est supra quod substantia est genus anime et ita quia anima est forma que est substantia in quarta ibi Est autem non abiciens Determinat quod sua prius accepta est tale diffinitione ista. n. dubitationem possent habere circa predictam diffinitionem. In prima parte sic procedit primo dicit quod anima est substantia que est actus et hoc actus corporis naturalis habentis vitam in potentia. secundum quod perficitur per animam secundo cum dicit hoc autem dupliciter dividit actum sive formam eodem modo quo prius dicens quod actus dicitur dupliciter aliud enim est ut scientia aliud ut considerare tertio cum dicit manifestum est autem determinat cuiusmodi actus est anima ostendens quod actus sit primus. actus ut scientia est actus primus anima est actus ut scientia ergo anima est actus primus huius rationis primo ponit minorem cum sua probatione secundo ponit maiorem tertio infert conclusionem minor probat quam probat cum dicit In eo enim sic anima est in animali vigilante et dormiente et est in animali moto et quiescente sed vigilia similis est actuali considerationi ipsius anime. sompnus autem similis habitui et non actuali operationi cuiusmodi est scientia ergo anima non semper sit considerans semper autem sit sciens eo autem quod actualiter considerare supponit scire et tamen sit anime ut sit actus ut scientia quam ut considerare ergo quoniam cum dicit Prior ergo generatione ponit maiorem que est quod actus ut scientia est actus primus in eodem et dicit in eodem quia considerare simpliciter prius est ut simul ut est prima causa considerare non differt a suo scire in eo scilicet et tempore actu considerat et scit ultimo cum dicit Unde anima infert conclusionem quoniam cum dicit huiusmodi autem determinat cuiusmodi corpus vitam habentis cuius anima est actus declarans quia organicum et quia illud est magis manifestum in animalibus quam in plantis manifestat hoc in plantis partes enim plantarum sunt organa licet sint multiplicia vel simplicia quia tamen ad unum opus ordinata scilicet ad vegetare. Folia enim sunt in plantis ad cooperiendum corticem et fructum sicut est cooperimentum in animalibus radices etiam in plantis sunt similes ori in animalibus quia sicut os attrahit nutrimentum per hos sic et planta per radices cum ergo organa sint in plantis multo fortius erunt ibi magis manifesta sunt scilicet in animalibus

et ita omne corpus habens vitam et anima est perfectio corporis organici ex quo concludit consequenter cum dicit · *Si autem aliquid* quod sit aliquod diffinire · est communis omnis anime erit illa iam venata et dicit sine dubio ut vult commentator quod perfectio in anima rationali et in aliis virtutibus anime fere dicitur equivoce pura anima enim rationalis aut omnino perfectio non est aut alio modo quam alie virtutes anime consequenter cum dicit · Unde non oportet infert quoddam corrollarium ex diffinitione iam venata quod cum ut probatum est anima est actus corporis ex hoc concludit quod non oportet querere utrum ex anima et corpore fiat vere unum et qualiter sicut non oportet querere utrum cera et figura sint unum nec utrum materia et forma sint vere unum et causa et hoc quia cum ens et unum dicantur multipliciter scilicet potentia et actu forma est illud quod vere est eius actu et vere unum materia autem est in potentia et propter hoc quia materia et forma fit vere unum cum materia sit potentia et forma sit actus per actum vere eius et neutrum aliquo modo in potentia ex ipsis non fieret vere unum · ¶ Consequenter cum dicit · *Universaliter Quidem* declarat quod anima est forma et est substantia et hoc per duas rationes quarum prima hec est Si aliquod corpus artificiale esset corpus physicum ut dolabrum esset acumen dolabre quod est sua forma substantia qua dolabra esset hoc quod est esse separata et hac forma a dolabra non amplius maneret dolabra secundum suam substantiam sed solum equivoce similiter autem quia dolabra est corpus artificiale non sic est immo licet corrumpatur forma eius que est acumen remanet dolabra secundum suam substantiam et huius ratio cuius causa est secundum commentatorem quia in rebus naturalibus non est individuum hoc aliquid nisi per suam formam in rebus autem artificialibus nullum est hoc aliquid nisi per suam materiam unde eodem modo est in artificialibus et in naturalibus Sed anima non est actus et perfectio corporis artificialis sed corporis physici habentis in se principium motus et quietis ergo anima est substantia corporis physici qua ipsum est hoc quod est · et ita anima est forma que est substantia et non accidens ¶ Consequenter cum dicit · *Considerare autem* · dat secundam rationem ad hoc idem et est in partibus anime ita est quod ablata qualicumque parte aufertur nomen et substantia illius partis cuius erat perfectio nec manet pars nisi equivoce ut si auferatur visus suum visio que est perfectio oculi non remanet oculus nisi lapideus vel depictus cum igitur sicut sic cum igitur sicut sit in tota anima et in partibus eius similiter · i · se habet pars anime ad partem corporis quam perficit et tota anima ad totum corpus cum ita sit erit similiter in tota anima ad totum corpus scilicet quod ablata tota anima aufertur nomen et substantia totius corporis nec remanebit nisi equivoce

ex quo patet quod anima substantia est ipsius corporis et ita forma est substantia et non accidens · ¶ Consequenter cum dicit · *Est autem non abiciens* Ostendit que potentia accepta est in diffinitione anime cum dicitur potentia vitam habentis dicens quod non dicitur potentia animam habere sed quod hic sumitur potentia quod non habet animam quia non potest agere aut pati nec non exerceat suam operationem quando · dicitur semen autem fructus habere animam in potentia · Sed cum habere animam sive formam in actu dicatur dupliciter aut · scilicet ut habens actum exercentem suam operationem sicut secare et aspicere dicuntur forme et perfectiones et vigilare dicitur esse perfectio aut secundum quod est forma in actu in potentia tamen ad actualem usum et exercitium ad operationem et ad quam nata est sicut dicitur visus in dormiente hoc secundo modo dicitur potentia sive intelligitur in diffinitione anime et sic anima est actus corporis potentia vitam habentis corpus autem est illud quod est per hanc potentiam sicut enim oculus est per suam formam et per suam materiam que sunt pupilla et visus similiter est animal per suam materiam et formam que sunt corpus et anima que quidem anima potens est agere vel pati in hiis verificantur ea que in diffinitione posita fuerunt in manifesta consequenter cum dicit *Quod quidem* removet quandam cavillationem circa predictam diffinitionem quia cum anima est actus corporis posset aliquis putare quod putavit Alexander quod anima omnino nec secundum se tota nec secundum aliquam partem sui sit separabilis a corpore hoc removet dicens manifestum est quod anima aut secundum se tota aut secundum quasdam partes sui si fuerit divisibilis non est separabilis a corpore quia quidem partes eius sunt actus quarumdam partium corporis secundum enim partes quasdam sui cuiusmodi est intellectiva separabilis et hoc quia illa pars nullius partis corporis est actus aut sicut actus alicuius corporis hoc solum est per gubernationem sicut nauta est actus et perfectio navis per gubernationem huiusmodi autem actus separabilis est quare anima secundum partem intellectivam separabilis est a corpore ¶ Consequenter cum dicit · *Figuraliter quidem* epilogat dicens iam determinatum esse de anima figuraliter quia non per descriptionem certam et est notandum quod satis aperte videtur per hanc litteram velle animam intellectivam divisam esse secundum substantiam a sensitiva et vegetativa quia autem intelligit istam separationem de qua hic loquitur de virtutibus ipsis aut de subiecto virtutum non de ipsis virtutibus sed operationibus qua non sic est anima intellectiva separabilis sicut nec vegetativa nec sensitiva vel nisi · i · quod vult animam intellectivam secundum suam substantiam separari a corpore substantiam autem vegetative et sensitive non per quod patet quod non

et ead' sunt sz alia et alia

**Quoniam autem ex incertis etc.**

Venata diffinitione anime per divisionem hic venatur eam per demonstrationem. Cuius continuatio non sic introducat hanc partem secundum in continuatione hic incipit determinare de anima penes eius quattuor diffinitiones secundum partes ipsius assignandas. Sz quod in predictis debeat introduci vz per epilogum istius terne huius partis. Procedit in hac parte sic. Primo ostendit quod oportet venari diffinitionem anime per demonstrationem. Secundo ibi *dicamus igitur* incipit venari ipsam. Primum autem ostendit sic. Omnis diffinitio que est conclusio demonstrationis, quam quidem diffinitio dicit quid est diffinitum et eam quiditatis non ostendit, indiget causa demonstrante. Diffinitio anime assignata est huiusmodi. Est enim similis diffinitioni que est conclusio in demonstratione. Dicit enim quid est diffinitum et eam quiditatis non ostendit. Ergo diffinitio anime assignata indiget causa demonstrante. Ex quo oportet eam adhuc venari demonstratione sive per demonstrationem. In hac parte sic procedit. Primo ponit conclusionem dicens quod est demonstratio eorum que sunt incerta et ignota per certiora ipsis temptandum est iterum venari diffinitionem anime assignatam magis per certitudinem et demonstrationem. Secundo cum dicit *non enim solum* ponit maiorem. Tertio cum dicit *verum autem* innuit suam minorem. Quarto cum dicit *ut quid tetragonismus* exemplificat de ipsa minore in mathematicis sic. Sz aliquis diffiniat quadratum sic. Quadratum est superficies iiii angulorum rectorum et iiii laterum equalium simile oblongo sive figure altera parte longiori. Quid est quadratum dicit sz eam quiditatis non ostendit. Qui autem sic diffinit quadratum dicens quod est media inventio rei, id est quod est figura constituta super lineam medio loco proportionalem inter latera oblongi, quid est dicit et eam quiditatis ostendit. Et dicit ergo quadratum ex linea super quam fundatur est medio loco proportionalis inter latera oblongi propter hoc illud quod provenit ex ductu istius linee oblongi in alius ex est figura oblonga sicut patet in numeris quod si fuerint vel iiii continue proportionales sive secundum duplam proportionem sive secundum triplam vel secundum quamcumque tunc quod provenit ex ductu medii unius in seipsum est equale ei quod provenit ex ductu primi in tertium. Exemplum eadem est proportio binarii ad unitatem et quaternarii ad binarium propter hoc quod provenit ex ductu binarii in se est equale ei quod provenit ex ductu unitatis in quaternarium. Utrobique enim est productum quatuor. Sicut inter duo et quatuor et octo. Et sic est in numeris sicut est in lineis ut habetur per xvii propositionem sexti libri euclidis. *Dicamus igitur* incipit venari diffinitionem anime assignatam per demonstrationem et dividitur in duas partes in duas. In quarum prima ostendit per demonstrationem quod anima est forma corporis phisici potentia vitam habentis. In secunda ibi *triplex enim* ostendit quod est actus huiusmodi corporis. Primum ostendit sic. Illud quod primo modo corpus phisicum potentia vitam habens est vivum corporis huiusmodi aut forma. Sz anima est illud quod primo corpus phisicum etc. Ergo anima aut est vivum corporis phisici potentia vitam habentis aut forma. Sz non est vivum. Ergo forma. In hac ratione sic procedit. Primo ponit minorem usque ad illum locum *Quoniam autem quo vivimus*. Ibi autem probat maiorem et coniungit ei minorem et ex ipsis infert conclusionem. Prima adhuc habet duas partes. In quarum prima ostendit in diversis differentiis anime quod anima principium motus quo primo moventur corpora phisica etc. In secunda ibi *utrum autem horum* movet quasdam dubitationes super quattuor differentias et determinat. In prima parte sic procedit. Primo dividit animatum ab inanimato per vivere dicens quod ex quo ita est quod oportet diffinitionem assignatam venari per eam sive per demonstrationem ut ostensum est. Videndo qualiter debeamus venari sumendo tamquam principium huius intentionis distinguendo sive dividere animatum ab inanimato. Et hoc quod est vivere. Secundo cum dicit *multipliciter autem dicto* dividit ipsum vivere penes operationes ipsius dicens quod cum vivere dicatur multipliciter, hoc est secundum multas actiones que sunt in eo. Cuiusmodi sunt intelligere sentire motus et quies secundum locum et huiusmodi. In quocumque participatur unum istorum dicuntur ipsum vivere. Et propter hoc vegetativa videntur vivere cum in eis participatur ista actio vite que est augmentum et diminutionis et etiam animalia. Continuatur cum dicit *videtur enim* incipit suam declarationem ostendens primo quod anima vegetativa est principium motus quo primo moventur vegetativa et animalia motu nutrimenti. Secundo ibi *animal autem* ostendit quod anima sensitiva est principium motus quo moventur primo animalia motibus animalium primum. Sic vegetativa videntur habere in se principium motus quo primo moventur motu augmenti et diminutionis secundum omnes dimensiones. Quod quidem principium est aliqua potentia etc. anime. Sz vegetativa inanimatum huiusmodi solum habent animam vegetativam. Igitur ~~anima vite~~ anima vegetativa est causa vite et motus vitam continuum sive vegetativa huius rationis primo ponit maiorem et innuit probationem ipsius dupliciter. Tamen per que augmentur et diminuuntur in plantis sunt in partes contrarias quod

manifestum est quod principium illius motus nec est forma alicuius
corporis simplicis nec mixti quia sic esset tantum in unam partem
tem quia quodlibet mixtum moveatur per naturam elementi do
minantis in ipso. oportet igitur ut illud principium sit aliqua
pars anime tamen quia quelibet habet principium motus ali
menti vivunt quamdiu possunt recipere alimentum ex
quo relinquitur quod illud principium aliud ab anima non est
cum nullum inanimatum sit vivens. Secundo cum dicit Se
parari autem innuit intentionem per hoc quod anima
vegetativa separata est in plantis a sensitiva et intelle
ctiva. intellectiva autem et sensitiva a vegetativa in ingenerabilibus
et corruptibilibus separari non possunt quamvis intellectiva
in incorruptibilibus ab ipsa possit separari ut in intelligentiis
et in corporibus supercelestibus. manifestum est enim ut dicit
corpora supercelestia moveri et intelligere sed non vi
vere nec sentire. cum ita sit patet quod vegetativa in rebus
huiusmodi solum habent animam vegetativam tantum dicitur
vivere. Propter hoc igitur et cetera. Iuxta conclusionem consequenter
dicit. Animal autem propter sensum et cetera. Ostendit quod anima sensi
tiva est principium motus sic animal est animal et movetur
motibus animalis primo et principaliter per sensum. igitur anima
sensitiva est principium motus huiusmodi scilicet in animalibus
quo primo moventur motibus animalium in rationis [illegible]
dat medium. Secundo cum dicit Etenim que. dat causam
medii et est quod quedam que non moventur nec mutantur
secundum locum dummodo habeant sensum dicuntur animalia esse
et non solum vivere sicut plante. Sed animari animalis
et moveri motibus ipsorum animalium quia animal primo et principaliter
est hoc quod est per sensum et per ipsum movetur motibus a
nimalis hanc causam primo dat. Secundo cum dicit. Dicuntur
autem dat causam illius cause et est quod multa animalia di
cuntur non moveri secundum locum que tamen habent sensum et hunc
sensum primum qui est tactus. tactus enim est sensus
qui primo inest animalibus sicut enim virtus vegetativa
separabilis est a tactu et ab omni sensu sic tactus se
parabilis est et universaliter a sensu sic tactus separabilis
est ab aliis sensibus omnia enim animalia habent sensum tac
tus sed non omnia habent alios sensus sed solum animalia
perfecta. propter quam vegetativa separabilis est ab aliis partibus anime
et tactus ab aliis sensibus non est nunc determinandum quia
inferius determinabitur. Sed sufficiat hoc quantum in
tentum est quod anima est principium diversorum motuum si
ve actionum vivere quorum huiusmodi sunt vegetare
sentire et huiusmodi. de hoc autem quod vult tactum se
parabilem esse ab aliis sensibus intelligendum est
ipsum comprehendere gustum sub tactu est enim gustus tac
tus quidam ut habetur inferius. de hoc autem quod vult quedam

animalia non moveri secundum locum potest esse dubium cum omne
animal habeat virtutem apprehensivam propter quam apprehendit
delectabile vel frustra inest apprehensio delectabilis nisi
possit moveri secundum locum ad ipsum consequendum et potest dici ad hoc
quod huiusmodi animalia non apprehendunt delectabile per medium
extrinsecum propter hoc non apprehendunt nisi delectabile coniunc
tum et ideo non indigent moveri secundum locum ut ipsum conse
quantur. Sed dicet aliquis quamvis enim ita sit cum tamen huiusmo
di animalia apprehendant nocivum sive contrarium indigent
moveri secundum locum ut ipsum fugiant et potest dici ad
hoc quod non est hoc quia huiusmodi animalia non apprehendunt mo
ultam varietatem delectabilium sed solum delectabilia
consueta et nociva sive contraria aut non quoque apprehen
dunt aut sunt eis tamquam indifferentia propter quod non indi
gent secundum locum moveri ut fugiant.

## Utrum autem et cetera.

Manifesta
to in differentiis anime diversis quod anima est principium mo
tus. In hac parte movet quasdam dubitationes circa ipsas diffe
rentias et determinat. ubi sic procedit primo movet ipsas
dubitationes et sunt due quarum prima est utrum unaquaque
predictarum differentiarum scilicet vegetativa et sensitiva et intelle
ctiva sit anima secundum se aut sit pars anime. secunda est
dato quod unaquaque ipsarum sit pars anime utrum
sint indifferentes tantum secundum rationem aut adinvicem secundum
locum et secundum rationem. aut sint differentes secundum rationem
tamen indifferentes autem secundum locum. Tertium videlicet utrum non
est dicere scilicet quod tamen sint differentes secundum locum quia necesse est
eas differre secundum rationem et diffinitionem. Secundo cum dicit
De quibusdam enim. prosequitur istas questiones determinando
secundam ipsarum primam vero non determinat quia supponit al
teram partem ipsius quasi veram super quam fundatur
secunda. illa autem pars in qua determinat secundam dividitur
in duas in quarum prima dicit quod alie partes anime ab in
tellectiva sint inseparabiles secundum locum. In secunda autem
ibi Rationem autem probat quod quamvis sint insepa
rabiles secundum locum sunt tamen separabiles secundum rationem
et diffinitionem. In prima parte procedit sic primo de quibusdam
partibus anime aliis scilicet ab intellectiva non est difficile vi
dere. Quin sint inseparabiles secundum locum intellectum autem
habet dubitationem. Secundo cum dicit Sicut enim. hoc probat
sic sicut est in plantis quod planta divisa per partes vi
dentur ille partes divise adinvicem vivere tamquam
habentes actu eandem animam specie quam habet totum
plures tamen in potentia. sic fit de toto sicut est de qui
busdam animalibus anulosis que dividuntur videntur
habere actu eandem animam specie quam habet totum

cum habeant sensum et motum secundum locum et cetera. ea que consequuntur sensum ut ymaginationem et desiderium ubi enim est sensus ibi leticia et tristicia cum apprehensione delectabilis sensibilis et nocivi et ubi sunt hec necesse est desiderium ad gaudium vel ad fugiendum et cetera. non dum habet ex desiderat tactu in necesse ei ymaginatio illius sic quod inquantum est parte animal est tota anima cum omnibus operationibus suis et cetera manifestum est quod cum in animali bruto sint omnes partes anime alie ab intellectiva quod ipse sunt inseparabiles secundum locum et non separabiles sicut posuit plato de parte autem intellectiva non est manifestum ipsam esse inseparabilem secundum locum ab aliis. immo magis videtur ad genus anime ab ipsis et separari ab aliis sicut incorruptibile a corruptibili et ita videtur hoc ab aliis secundum locum differre. Et notandum quod vult commentator animam dici equivoce de intellectiva et de aliis quod satis innuit actor per hoc quod intellectivum est aliud genus anime ab aliis considerandum est et cetera. secundum ipsum super hoc quod dicit ymaginationem inesse partibus animalis decisis quod differens est ymaginatio in ipsis et in animalibus perfectis. in ipsis enim solum est ymaginatio dum sensibile est presens in animalibus enim perfectis invenitur ymaginatio absentibus sensibilibus quantum autem cum dicit Ratione autem altera ostendit quod partes anime alie ab intellectiva quamvis non sint separabiles secundum locum sunt tamen separabiles secundum diffinitionem et esse et dat duas rationes quarum prima est operationes illarum partium ut sentire operari nutrire et huiusmodi sunt diversa secundum rationem quare et partes anime quarum diverse operationes erunt. secundum rationem ad minus et videtur per hanc rationem posse ostendi vegetativam sensitivam et intellectivam secundum substantiam differre cum illarum substantiarum virtutes sint diverse et opera ab ipsis egredientia virtutibus diversa dico secundum genus ut vult avicenna non secundum fortitudinem aut velocitatem aut secundum tarditatem aut secundum firmitatem et separationem quamvis sint diverse ab invicem non tamen oportet substantiam que sunt iste operationes diversificari secundum substantiam sed solum secundum esse consequenter cum dicit quod autem dat secundam rationem ad idem et est ea quorum alie partes ab intellectiva sunt per rationes differunt ab invicem secundum rationem ut plante ab animalibus et cetera adhuc ab animali quod ipsas partes ad invicem differre in habendo omnes partes anime aut quasdam et similis est differentia eorum penes sensus incidenter subiungit cum dicit Similiter autem ex sibi differunt animalia ab invicem penes sensus quedam enim habent omnes non animalia perfecta. quedam non et quedam ut talpa quedam unum solum. scilicet tactum ut conchamaris secundum commentatorem quantum

autem dicit cum autem ut nunc probat maiorem ipsius et subiungit ei minorem ex quibus infert conclusionem principalem et primo innuit probationem maioris sic sicut illud quo scimus et sanamur dicitur est unum scilicet ut materia ut cum scimus anima et sanamur membro aliud ut forma ut cum scimus scientia et sanamur sanitate similiter illud quo vivimus et sentimus et alia opera anime facimus duplex est unum scilicet ut materia et alterum ut forma ex quo extrahitur maior propositio principalis rationis et est ex illud quo primo movetur corpus physicum et cetera aut est materia aut forma quia probata coniungit ei minorem prius probatam cum dicit anima autem. Ex quibus infert conclusionem principalem cum dicit quare erit.

## Triplicater enim dicta substantia et cetera.

Monstrato quod anima est forma corporis physici et cetera. hic intendit ostendere quod est actus corporis physici et cetera. sic cum substantia dicatur tripliciter ut dictum est scilicet materia et forma et compositum de numero quorum materia est potentia forma actus compositum animatum. Ex hiis ostensum est in precedenti parte animam esse formam erit anima necessario actus corporis physici et cetera. et non corpus actus anime quantum est dicitur et propter hoc infert quandam correlarium ex eo quod iam conclusum est. animam esse actum corporis manifestum est quia anima est actus corporis propter hoc bene dixerunt animam dicentes non esse corpus nec separabilem a corpore. corpus enim non potest esse cum corpus non sit actus corporis nec separari cum actus et perfectio. semper exigat esse cum eo cuius est actus et perfectio in quantum huiusmodi non quod est anima corpus neque separabilis a corpore sed est actus corporis et quia est actus corporis ideo exigit corpus proprium sibi cuius est actus et non est de ipsa. sic ponebant quidam dicentes animam esse actum corporis non determinantes cuiusmodi corpus natum sit. ut anima sit eius perfectio. quod tamen debent determinasse cum non cuiuslibet anima sit perfectio cuius cuiuslibet corporis immo quelibet anima est actus proprius unius corporis ita quod non alterius vel. vel non est actus aptus natus est in corpore quod est impotentia ad ipsum et tamen materia propria quantum est cum dicit Quod quidem igitur et cetera. epilogat et per epilogum patet intentum ab illa parte cum autem ex mentis et eandem diffinitionem anime quam hic epilogat dat avicenna quamvis non omnino sub eisdem verbis dicens quod anima quam invenimus in animali et vegetabili est perfectio prima corporis naturalis instrumentalis habentis vitam et cetera.

## Potenciarum autem anime et cetera.

In parte precedenti investigabat diffinitionem anime in universalitate sua communem partibus eius. In hac

parte intendit inquirere propriam diffinitionem eius secundum unam-
quamque partem secundum propriam eius diffinitionem Et dividitur hec
pars in duas partes. In quarum prima ostendit quod non sufficit
dare unam diffinitionem communem in omnibus partibus eius sed ne-
cesse est dare diffinitionem unicuique parti eius appropriatam In secunda
ibi necessarium autem est. Incipit inquirere de unaquaque anime
parte secundum propriam eius diffinitionem. Primum ostendit sic
una diffinitio anime communis est omnibus eius et nulli ap-
propriata ergo oportet dare eius propriam diffinitionem unicuique parti
anime et hoc si debeamus cognoscere quod sic communis e-
nim diffinitio completam certitudinem non dicit de aliquo in
speciali. Hec rationis primo probat pertinentiam sive antecedens
secundo ibi ridiculosum ex ipso probato infert quod. autem sic
probat. una diffinitio figure communis est omnibus partibus figure
una diffinitio anime est sicut una diffinitio figure ergo
una diffinitio anime est communis omnibus partibus anime
contra hanc rationem sic procedit primo probat minorem
secundo ibi fiet autem ponit maiorem tertio ibi similiter in-
fert conclusionem. minorem probat sic. partes anime sunt
continue se habentes et priores posterioribus semper inherentes
Similiter autem est de figuris. partes figure sunt continue se
habentes et priores posterioribus inherentes ergo una diffinitio
anime est sicut una diffinitio figure. hec ratio fun-
datur super duas propositiones contra quas sic procedit primo ve-
rificat eam Et ex ea infert conclusionem secundo ibi. sic
ex enim ponit secundam primam autem propositionem quam verificat est
hec partes anime sunt continue se habentes et priores posterio-
ribus inherentes ad quam verificandam sic procedit primo
dicit quod cum plures sint partes sive potentie anime
quibusdam insunt omnes iste partes. Quibusdam due quibusdam
vero una sola ut satis patebit in exemplis infra
et dividit partes anime sive potentias in vegetativam appetitivam
et sensitivam secundum locum et intellectivam secundo cum dicit
inest autem Incipit declarare ex iste partes sint continue
se habentes et priores posterioribus inherentes ubi sic pro-
cedit primo dicit quod vegetativum est in sensitivo et
non convertitur secundo cum dicit ibi Si autem sensitivum decla-
rat ex appetitivum est in sensitivo tertio ibi de fanta-
sia autem. dicit vel dat dubium esse utrum predicte
potentie scilicet vegetativum appetitivum sensitivum sint
in ymaginatione Quarto ibi Quibusdam autem determinat
quod potentie predicte sunt in motivo secundum locum quinto et
ultimo cum dicit alteris autem determinat ex omnia hec
sunt in intellectivo quod est in hominibus quo dicto pla-
num erit quod predicte partes sive potentie sunt continue
se habentes etc. primum propositum satis enim manifestum est
ex predictis propter hoc solum dicit sic esse secundum facit cum
dicit Si autem sensitivum hic declarat ex appeti-
tivum est in sensitivo ubi sic procedit primo dicit sic

esse et tunc dat suam conclusionem Secundo cum dicit appetitus
quidem eam probat ad cuius probationem ordinat duo media
primo primum per hoc quod dicit appetitus secundo secundum per hoc quod
dicit animalia et patet hoc facit primo secundo autem cum
dicit cui autem sensus pertractat illa duo media ordi-
secundum quod dat duas rationes ad conclusionem suam quarum prima est hec
Quibuscumque insunt leticia et tristicia inest appetitus est
enim appetitus delectabilis ad consequendum in quo leta-
tur et nocivi ad fugiendum in quo tristatur Sed quibus-
cumque inest sensus insunt leticia et tristicia cum omne ha-
bens sensum apprehendat et apprehendendo quedam delectatur
quedam tristatur ergo quibuscumque inest sensus inest appetitus
et ita appetitivum est in sensitivo Hec rationis primo po-
nit. minorem secundo ibi Quibus autem ponit maiorem et de-
clarationem tamen per hoc quod dicit diversis enim conclusio cum
dicit. adhuc alteram dat secundam rationem ad idem et est
appetitus est alimenti omne habens sensum habet sensum alimen-
ti ergo omne habens sensum habet appetitum et ita ut prius
appetitivum est in sensitivo hec rationis primo ponit
minorem et eam probat secundo cum dicit Esuries autem
ponit maiorem primo ergo ponit minorem et post quam
probat cum dicit tactus enim sic tactus est sensus ali-
menti omne habens sensum habet sensum tactus ergo omne
habens sensum habet sensum alimenti hec rationis solum po-
nit maiorem cum sua probatione primo ponens ipsam maio-
rem secundo cum dicit siccis enim Eam probat sic siccis
et humidis et calidis et frigidis per se aluntur viventia sensi-
bilibus autem non nisi per accidens sonus enim aut color et odor
nichil faciunt ad alimentum neque sapor nisi ad delectati-
onem Sed tactus sensus humidi et sicci etc. quibus per se
aluntur viventia ergo tactus est sensus alimenti hec
rationis primo ponit maiorem in parte continuam scilicet ad illa
sensibilia que per se conferunt ad alimentum secundo cum dicit
horum autem sensus ponit minorem tertio cum dicit Sed
aliorum et cetera complet maiorem continuum ad sensibilia que non
nisi per accidens faciunt ad alimentum et sic probatur predicta
minor consequenter cum dicit esuries autem ponit maiorem
hanc scilicet appetitus est alimenti et ex esuries est appetitus
quidam ut calidi et sicci sitis autem est appetitus alio-
rum ut frigidi et humidi sapor autem est quedam dulcedo
sive delectamentum istorum de quibus plenius infra cer-
tificabitur et etiam in libro de sensu et sensato ex contrario
ad istum locum non exigitur de istis nisi ex hec animalia
de quibuscumque habentibus tactum et aliquem sensum in
sit appetitus quarto cum dicit de fantasia autem dicit
dubium esse utrum predicte potentie anime scilicet vegetativa etc.
sint in ymaginativo utrum tamen sit sic vel non. posterius osten-
detur et forte relinquitur hic sub dubitatione omnia quibusdam
animalibus ita et ut predixit quoniam ex intrinsecis non est yma-
ginatio

n ad presentiam sensi[t] Consequenter cum dicit. Quibusdam autem
dicit quod omnes potentie sunt preter potentiam intellectivam quod et hominibus
super quod dicit commentator quod ponendum est pro ma
nifesto quod virtus cognoscitiva et intellectiva sunt in mo
dis aliis animalium que non sunt homines et quod ipse sunt
in aliquo genere ut in hominibus aut in tali genere. si demonstratio sur
gat quod sicut animalia huiusmodi et hoc erit si fuerint equa
les hominibus aut meliores eis. forte dicit propter corpora ce
lestia que habent intellectum non tamen illud quod alie potentie sunt
preter potentiam intellectivam sed tantum quod dicit. dicuntur corpora celestia ha
bere intellectum corpora. n. celestia ut infra dicet commentator
non habent de virtutibus anime nisi concupiscibilem et intellectum et
sic probatur prima propositio super quas fundabatur ratio quod
quam infert infert conclusionem cum dicit. manifestum igitur
quod una diffinitio anime est sicut una diffinitio figure
consequenter cum dicit. Semper enim addit secundam propositionem que
est quod partes figure sunt consequenter se habentes et priores
posterioribus inherentes et propter minorem propositionem improbando primam
propositionem simul innuit ipsam primam propositionem per hoc quod
dicit Semper hoc Et in hoc probatur minor primi silli[gismi] con
sequenter cum dicit fiat autem probat minorem eiusdem pro
silli[gismi] et probat quod quibus infert conclusionem que est principalis
rationis cum dicit. Similiter autem. hoc probato infert con
sequens quod est conclusio principalis intenta cum dicit
unde ridiculum est quod quia patet una diffinitio anime est
communis omnibus partibus eius et nulli propria ut iam osten
sum est. Ridiculum et inconveniens est querere diffinitio
nem anime communem que nulli parti anime est propria et obmit
tere proprias diffinitiones singularum partium illud enim
est inconveniens et in anima et in aliis quorum diffini
tionem habemus ut in figura et quod iam dictum est quod similiter
est in figuris et in partibus anime determinat modum illius
similitudinis consequenter cum dicit. Similiter autem se habent di
cens quod similiter est in figuris et in partibus anime et
hoc quia utrobique semper est illud quod prius est potentialiter
in eo quod consequens est ut trigonum in tetragono et tetra
gonum in pentagono in potentia et sic deinceps in fi
guris semper prius potentialiter est in posteriori. In partibus vero anime
similiter est enim vegetativum potentialiter in sensitivo sicut
trigonum potentialiter est in tetragono et ideo oportet inquirere uni
cuique partis anime propriam diffinitionem ut quid sit anima
plante et quid sit anima bruti et quid anima homi
nis complete cognoscitur. de partibus tamen anime propter quam causam consequenter
se habent modo predicto. oportet considerare ipse tamen de his non consi
derat nisi narrando quod sensitiva non potest esse sine ve
getativa vegetativa autem sine sensitiva esse potest
ut in plantis et sic est de aliis partibus anime quod semper
priores sunt in posterioribus sine quibus non sunt posterio

res. Similiter dicit esse in sensibus. scilicet quod nullus aliorum sensuum
potest esse sine tactu tactus autem sine aliis esse potest et
forte sub tactu comprehendit gustum quamvis aliter exponat
commentator et sic dictum est sensitivam non esse sine vegetativa
Similiter dicit quod motivum in loco non est sine sensitiva sensitivum tamen
in quibusdam animalibus est sine motu secundum locum ultimum
autem est quod et sicut complementum et finis est animus sive
mens sive potentia intellectiva quam quidem completionem
habet homo aut quodque aliud si fuerit tale in quo fuerint
predicte virtutes complete. unde virtus intellectiva tristis
corruptibilibus et generabilibus esse non potuit sine omnibus aliis potentiis
anime prenominatis non tamen oportet econverso in quibus sunt a
lie potentie ut intellectus insit illis Sed et ymaginatio qui
dam n. animalia vivunt per illas potencias anime que
sunt sub ymaginatione et priores ea quod dicit propter ea anima
lia que solum utuntur ymaginatione ad presentiam sen
sus sic igitur est quod non est necesse ubi sunt potentie anime
priores intellectum ibi esse immo intellectus aliam habet rationem
ab aliis partibus anime videlicet n. ut subdit commentator
propter suam nobilitatem quod intellectus speculativus sed sit alia
nec pars anime sed virtus nobilior et est valde nota
bile consequenter cum dicit Quod quidem igitur epylogat di
cens manifestum esse quod predeterminatis quod inquirere propri
am diffinitionem unius cuiusque partis anime magis est conveniens in
considerando de anima quam solum inquirere diffinitionem
communem diffinitiones proprias obmittendo propter quod oportet
diffinitiones proprias inquirere de hoc autem quod dictum est
in hac parte ultima quod anima vegetativa potuit esse in
sensitiva posset esse dubium utrum sit in ea in potentia essen
tiali aut accidentali non in essentiali potentia quod sic indi
geret aliquo essentialiter transmutante ad hoc quod esset in
actu et compleret suas operationes quod non est verum Si autem
fuit in potentia accidentali aut igitur sic miscibilia sunt in
mixto aut sic ut est in potentia ad formas primo modo est
est dicere animam vegetativam esse in potentia in sensitiva quia
si sic indigeret ad hunc aliquo removente prohibens ad
hoc quod esset in actu et possit suas operationes exercere quod
non videtur omnino immo semper est actualiter operans ad minus
in quibusdam animalibus et dico hoc quia forte quedam sunt
animalia ut vult commentator ut rane magne et quedam
serpentes que in uno thesaurizant cum utuntur in hye
me unde in illis non videtur virtus nutritiva semper operari in
actu quod in hyeme non. cum non nutriantur propter hoc vero potest
dici quod vegetativa est in potencia in sensitiva sicut
non est in potentia ad formam est enim sicut non est ipsum
sed propter hoc est necesse concedere eandem esse potentiam vege
tative et sensitive sicut non est eadem substantia trigoni et te
tragoni et tamen quod trigono existente in potentia in tetrago

no et ex tetragono est una figura. Similiter non est eadem secundum trinarium et quaternarium, et tamen trinarius et tamen trinarius et quaternarius existens in quo sunt unus numerus. Similiter igitur potest dici de anima vegetativa et sensitiva. De hoc autem quod dicit sensum tactum esse sine aliis sensibus notandum est, sed commentator uno modo exponit: intellexit per hoc gustum non distingui a tactu. Vel aliter quod sicut quidam alii habent sensum tactus et nutriuntur suis radicibus sicut nutriuntur plante, ut dicitur de spongia maris. Aliud autem habent sensum tactus sine gustu, et dicit commentator quod aliqua forte inveniuntur in hoc loco, forte huiusmodi locos modos animalium. Omne enim aliud huius habet aliquem gustum ut dicit. ¶ Super hoc autem quod dicit potentiam intellectivam anime esse complementum et finem, vult commentator exponere complementum et finem aliorum animalium et finis eorum que intendebantur in generatione, quorum natura potuit pertingere, est modus animalium habens virtutem speculativam et cognitivam, scilicet intellectivam.

¶ **Necessarium autem et cetera.** ¶ Hoc ex predictis habetur intentio in hac parte est inquirere de unaquaque parte anime secundum propriam eius diffinitionem et dividitur ista pars in duas inquisitiones: prima dat modum agendi et removet quandam dubitationem nascentem ex quodam dicto, tandem dando modum agendi in secunda ibi: *Quoniam autem hec potentia*. Incipit inquirere. Prima pars adhuc habet duas inquisitiones: prima dat modum agendi, in secunda ut ibi *Est autem anima* tollit ipsam dubitationem. Modum agendi dat dicens quod intendens de partibus anime primo debet inquirere de unaquaque ipsarum quid sit, postea vero de consequentibus videlicet ipsarum, scilicet utrum sint separabiles vel non, scilicet circa potentiam intellectivam utrum possit abstrahi an non. Adhuc autem requirendo de unaquaque partium quid sit prius oportet inquirere de operationibus ipsarum quam de ipsis partibus sive potentiis, et ex hoc ipsi actus et operationes priores sunt et primi secundum cognitionem, tamen quam sint ipse potentie ex natura et nobis ista a prioribus et notioribus quo ad nos in priora et notiora nature est; de ipsis operationibus prius est intendendum quam de potentiis. ¶ Adhuc autem eadem ratione prius est intendendum de obiectis operum quam de ipsis operibus, priora enim sunt et notiora quo ad nos, et sic intendendum est de ipsis obiectis ut ipsa prius est de ipsis obiectis potentie vegetative, et hoc quia vegetativa potentia in est aliis potentiis anime et est prior ipsis. Sed similiter et maxime communis, quod est causa vite omnibus viventibus, huiusmodi potentia videlicet est opera eius quod sunt nutrire et generare, et quod generare sit opus potentie vegetative probat per hoc quod generare inest omnibus viventibus perfectis sicut et potentia vegetativa imperfectis aut non. Ad hoc igitur quod aliquid generet

tres exiguntur conditiones ex parte secundum aliam translationem et secundum commentatorem, scilicet quod generans perveniat ad tempus completum et ex tunc non insit ei occasio impeditiva generationis. Adhuc autem ex ipsis generationis non generetur casu, quia conditiones in imperfectis non inveniuntur. Propter quod non dicit generare et post dicit imperfecta que generantur ex individuis diversarum specierum ut mulus, et ex hoc dixit generationem inesse omnibus perfectis determinat propter quam causam, et hoc est ei ut contineat divinum esse et ut participent ipsum. Sed quod positum sunt quod quidem omnia appetunt et eius causa agunt omnia naturaliter agentia, non dico tamquam illo quo existant ut per partem intellectum, sed tamquam cuius gratia fiunt consimiliter et convenienter esse sicut patet in exemplo quod quidem de vase continente aquam consuat, id est ipsam aquam et figuram eius per se inviolata a qua non est, et sic omnia appetunt esse divinum. Cum sollicitudo divina non potuit facere individuum generabile et corruptibile permanere, sed individuum instabile est ei ut dicit commentator mandando ei virtutem qua potest permanere in specie, scilicet virtutem generativam, ita quod licet non possit permanere unum numero, ut permaneat unum specie. Consequenter cum dicit *Est autem anima* tollit dubium quoddam, scilicet quoddam dico nascens ex eo: cum enim dictum est quod anima est principium generationis in ita videtur quod sit causa sufficiens eorum que generantur et in parte precedente determinatum est quod anima est actus corporis et per hoc contineret esse causa formalis, quis posset dubitare utrum anima posset sic cadere in diverso genere causarum. Hanc dubitationem removens ostendens quod anima cadit in triplex genus cause, formalis, scilicet et finalis et efficientis, ubi sic procedit: primo dicit quod cum anima sit causa et principium corporis viventis et causa et principium dicatur multipliciter, anima scilicet dicitur multipliciter, scilicet secundum tres modos causarum in secundo phisicorum determinatos. Est enim anima causa efficiens, finalis et formalis. Secundo cum dicit *Quod quidem sicut est* hoc probat, ostendens primo quod anima est causa formalis, secundo quod est causa finalis, tertio quod est causa efficiens. Ad primum vero dat duas rationes quarum prima hec est: causa formalis est causa que vere est id quod est; anima est causa esse omnibus viventibus, ergo anima est causa formalis. Huius rationis primo ponit conclusionem, secundo ibi *causa enim ipsius* ponit maiorem, tertio ibi *vivere autem* declarat minorem sic: vivere est esse omnibus viventibus, dicuntur enim vivunt dicuntur habere esse suum et non aliter; est causa vite omnibus viventibus. Huius rationis primo ponit maiorem, secundo cum dicit *causa autem* simul ponit minorem et innuit conclusionem, quod cum dicit *amplius eius quod* dat secundam rationem ad idem et est

anima ꝫ actus ꝛ pfcio eius quod ꝫ in poten̄ g° anima est et
forma sui causa formalis cum illud quod est in potentia
pficiatur ꝛ actu sit p suam formam h' rationis solū
dat medium gūr cum dicit · manifestum est aūt
Ostendit q̄ anima ꝫ causa finalis p unam ratione ꝛ
est sicut intellectus artificis ꝫ ꝓꝑ aliquid ut ꝓꝑ artifi
ciale sūi p formam artificii q̄ est finis in artificialibȝ
ꝛ sicut natura agit ꝓꝑ quid q̄ est finis eius quod qd
est anima ꝛ in animalibȝ ꝛ in aliis rebȝ naturalibus
sic · ii · dr̄ quantitor quemadmodum forma ꝫ finis artis in arti
ficialibȝ ita anima ꝫ finis nature i animalibȝ ꝛ in omnibȝ rebȝ
naturalibȝ est g° anima causa finalis · Circa hanc ꝑtem
sic pcedit pmo ponit q̄clonem secūdo ibi · Sicut enim dat
medium ad ipām tercio cū dicit ibi eū · omnia enī decla
rat ipm mediū sic · instrumentum est ꝓꝑ id q̄ est instru
m̄ tum omnia · ii · corpora naturalia sunt instrumentū aīe tā
in sensibilibȝ quā in vegetabilibȝ g° omnia corpora naturalia sunt ꝓꝑ
ipam ꝛ ita cum corpora naturalia sunt a natura sicut ꝓꝑ
animam agit ꝛ q̄ iam ostensum est animam esse
causam finalem ut scatur Quo m° ꝫ finis diuidit fine
cum dicit · dupliciter aūt dicens q̄ finis dr̄ dupliciter · s · c
gūa vel est · ꝛ ꝛ quo vel ꝫ id quod est ꝛ intelligit
q̄ anima utroq; modo dicitur finis est enī illud cuius causa
ꝫ sui ꝓꝑ quod ꝫ corpus phisicum ꝛ ꝛ illud quo corpus
phisicum est hoc quod ꝫ sicut ꝫ sic de omni fine · Sȝ
solum ꝫ verum de fine qui est forma quāter cum
dicit anima vero ostendit quod anima est causa
efficiens q̄ pbat p inductionem in diuersis gñibus mo
tus vbi sic pcedit pmo dicit animam esse causam
efficientem motus pcessiui p locū in quibusdam viuen
tibȝ quamuis nō in omnibȝ sicut · ii · omnia uiuentia mouent
motu pcessiuo nec adducit rationem ad hoc q̄ satis ꝫ
manifestum talis enī motus nō potest esse potest esse
a natura alicuius corporis q̄ si sic tunc esset in unam p
tem cuius oppositum videtur sicut potest esse motus
violentus cū nō habeat motum naturale de termina
tum ei contrarium cū ꝛ fiat a voluntate q̄ contradicat na
ture violenta erit g° motus voluntarius · ab anima
factus secūdo cū dicit sensus enī h' pbat ꝛ pmo de
alteratione secūdo in augmento quam alteratione sic sen
tire videtur esse quedam alterari · anima · ii · ꝫ causa senti
endi ita causa efficiens sensus g° anima est cau
sa alterandi ꝛ ita causa efficiens h' rationis pmo
ponit maiorem secūdo cum dicit Similiter aūt in
nuit minorem hic rōis cū dicit sicut aūt pbat
q̄ anima est causa efficiens augmenti ꝛ diuid' illa

q̄ in duas ptes in quarum pma pbat intentum in secūda ut ibi
Emped' aūt destruit opiniones quorundam dicentium contra
rium pbat intentum sic omne quod naturaliter augmentatur vel
diminuitur utitur nutrimento l' alimento · Sȝ omne nutrimentum a
limento quomuniceat nutrimentum ꝛ ita anima causante virtutem
alendi g° omne quod augmentatur aut diminuitur indiget
anima causante augmentum ꝛ diminutionem ꝛ ita anima vt
q̄ ꝫ causa efficiens h' rationis pmo ponit q̄clonem secūdo
cum dicit · nich' aūt destruit opiniones quorundam contra
rium dicentium ꝛ pmo opinionem empedoclis dicentis contra
rium secūdo ibi · vn aūt quibusdam destruit opiniones ali
orum quorundam contrarium dicentium circa opinionem empedoclis sic
pcedit pmo dicit · q̄ emped' nō bn̄ dixit · in dando causam
augmenti ꝛ tangit opinionem ipsius dixit enim q̄ ele
menta ꝓꝑ suos motus sunt causa augmenti ita quod terra
ꝓꝑ suam grauitatem est causa augmenti deorsum · ignis
aūt ꝫ causa augmenti sursum q̄ · s · terra mouet deorsum ꝛ
ignis sursum ꝛ h' dicit similiter in plantis ꝛ in anima
libus ꝛ in mundo secūdo cum dicit · sursum enī similium
repbat hanc opinionem ꝛ h' dupliciter pmo ex eo quod nō bn̄
accepit sursum ꝛ deorsum · secūdo ex eo · q̄ posuit elementa esse
causa augmenti pmo in repbat eam dicens quod emped'
nō bn̄ accepit sursum ꝛ deorsum nō distinguendo ipa
in rebus diuersis ꝛ h' cū nō sit idem sursum ꝛ deorsum i
omnibȝ rebus pticularibȝ ꝛ in mundo q̄ in plantis ꝛ animalibus
nō uno sit caput in animali dr̄ sursum esse similiter
radices in plantis ꝛ h' cū vere unstrā contrarie ꝛ distincte ad
inuicem sed quenientiam ꝛ distinctum in suis operationi
bȝ ꝛ ideo ut dicit quantitor sic caput in animali ꝛ ra
dix in planta abscindantur depeunt quāter cum dicit
adhuc aūt repbat opinionem pcedentem ex eo quod posuit
elementa esse causam augmenti cū enī elementa sunt in mixto nō
mouentur ꝓꝑiis motibȝ q̄ si sic euellerentur statim
ꝛ nō durarent quoponitum q̄ p suos motus nō ꝫ causa aug
menti ut voluit alia opinio uno est aliquid continens
in mixto ipa ad inuicem ne p suas naturas contrarias
euellantur · Quod quidem ꝫ anima que quidem ꝫ causa
augmenti ꝛ alimenti quāter cum dicit hoc aūt eē causa
Destruit istam rōm ubi sic pcedit pmo dicit q̄ ig
nis nō ꝫ simpliciter causa augmenti ꝛ alimenti Sȝ ꝛ est cū
causa anima · ii · magis dȝ dici causa simpliciter ꝛ in hoc
ponit q̄clonem quam intendit · secūdo cū dicit ignis
enī eam pbat sic omnium natura constancium est t
minus ꝛ ratio magnitudinis ꝛ augmenti ignis nec potest
esse terminus h'modi aūt ratio q̄ ignis est aug i
infinitum ꝛ augmentatus sumerit combustibile causa

quia anime secundum suas actiones convenit ratio et terminus et igni non, eo quod anima est forma et perfectio animati, igni cum magis non erit. At simpliciter principium augmenti et alimenti et non ignis. His rationibus primo ponit minorem, secundo maiorem cum dicit: Omnium natura constantium. Et quod sic ibi: Hoc autem anime est. Tangitur unificatio necessitatis conclusionis ex quibus relinquitur animam esse simpliciter. Ex anima reducit in triplex genus cause scilicet formalis efficientis et finalis, de quibus posset dubitari utrum hoc possit dici de eadem anima numero aut specie et genere. Et non de eadem anima numero cum idem numero non possit ut videtur esse principium efficiens generationis et terminus, quod patet ex eo: ex nichilo generat se ipsum ut infra habetur. Adhuc in secundo phisicorum vult Aristoteles quod efficiens idem specie sit cum forma et fine. Et non dicit quod sit idem numero. Idem etiam vult Avicenna. Et potest ad hoc dici quod efficiens extrinsecum non est idem numero cum forma et fine, sed solum specie. Efficiens vero intrinsecum potest esse idem cum ipsis numero, sed quod vult Aristoteles in libro de animalibus quod in semine deciso est principium movens transmutans et disponens in bruta animalis; ex eodem principio est sua anima vegetativa et idem principium animali completa actione perfectio sit forma et completio ipsius suum finis. Et hoc modo potest dici quod idem numero sit causa efficiens formalis et finalis.

**Quoniam autem hec potentia anime et cetera.** Dato modo agendi in determinando de partibus anime et remota quadam dubitatione super hoc, in hac parte incipit agere de unaquaque parte anime et dividitur hec pars in duas, in quarum prima agit de parte anime vivificativa sive vegetativa, in secunda cum dicit: Determinatis autem hiis de parte anime apprehensiva. In prima parte sic procedit: primo dat intentionem suam et modum procedendi cum sua causa, secundo ex consequenti ipsam dat. Ergo primo intentionem suam dicens quod cum vita pars anime de qua est primo intendendum in determinando de partibus anime sit anima vegetativa et generativa ut patet ex predictis determinando de ipsa, primo determinandum est de alimento quod est obiectum illius partis anime. Secundo cum dicit: Determinatum est, dat causam huius, et est quod anima vegetativa distinguitur ab aliis partibus anime per operationem suam in alimentum, et circa alimentum est eius obiectum. Oportet cum ab obiectis sit incipiendum ut predictum est, primo determinandum est de alimento. Quare cum dicit: Videtur autem esse, prosequitur intentionem et dividitur illa pars in duas, in quarum prima determinat de alimento quod est obiectum huius partis anime, in secunda ibi: Et huiusmodi anime principium, intendit de hac parte anime que est obiectum. Prima adhuc dividitur in duas, in quarum prima determinat de alimento secundum suam substantiam, secunda vero ut ibi: Quoniam autem ut nichil alit, determinat diversos modos alimenti secundum quos est obiectum diversarum potentiarum anime vegetative. Prima adhuc habet duas partes; in prima determinat de alimento per suam substantiam comparatum ad opinionem aliorum, in secunda ibi: Videtur autem aliquid, comparatum ad opinionem propriam. Opinio autem aliorum de substantia alimenti duplex est. Quidam enim dicebant alimentum esse simpliciter contrarium vel alende, alii autem simile simili. Circa quas opiniones sic procedit: primo ponit primam, secundo secundam cum sua causa, tertio repetit primam et dat rationes eam confirmantes ponentes. Ergo primo primam opinionem dicens alimentum videtur esse contrarium vel alende, sive ex contrario videtur esse quod alimentum suo contrario corruptum sic ponentes non ponebant universaliter esse contrarium alimentum suo contrario, sed talia que non solum generantur ex se invicem sed unum augmentatur per reliquum; talia enim generantur ex se invicem sed unum augmentatur per reliquum ut quorum unum augmentatur per reliquum, sed eos sic se habent ex unum indifferenter sit alimentum suo contrario. Dicebant quod aqua et ultimum humida sunt alimentum ignis et non econverso. Unde maxime dicebant in corporibus simpliciter elementaribus hoc esse verum quod contrarium est alimentum suo contrario. Secundo cum dicit: Opponentem autem hoc, dat secundam opinionem cum sua causa dicens ex opinione iam tacta habet opponentem secundum quosdam. Dicunt enim simile esse alimentum suo simili et ita alimentum oportet esse simile vel alende. Et causam innuit cum dicit: Sic augmentum est ex nichilo quod augetur augetur nisi per simile, et per idem augetur vel alitur illud quod alitur. Alitur per sibi simile et ita alimentum est simile vel alende. Quare cum dicit: Aliis autem, repetit opinionem primam et dat rationes ipsam confirmantes. Opinio patet ex predictis rationibus. Dat cum dicit: Alimentum autem, et dat duas quarum prima est: omnis mutatio est a contrario in contrarium. Cum autem alitur quod mutatur, alimentum a sua natura in naturam vel alende per decoctionem et transmutationem, ergo alimentum est contrarium vel alende. His rationibus primo ponit minorem, secundo maiorem cum dicit: Mutatio autem. Quare cum dicit: Adhuc patitur, dat secundam rationem ad idem, et est: alimentum patitur ab eo ex alitur et non econverso, sicut materia artificii patitur ab ipso artifice et non econverso; artifex enim non fit agens in patiendo a materia aliquid, sed solum per extremum ab otio in actum. Cum ergo nichil patiatur naturaliter nisi a suo contrario, est alimentum contrarium vel alende. His rationibus solum dat medium cum sua unificatione per simile, cum sit cum dicit: Utrum autem alimentum, determinat de substantia alimenti secundum opinionem propriam ex qua determinatione patet quod veritatis habet per

ne opiniones et quid falsitatis et est intentio illius partis
quod multum differt vocare alimentum post decoctionem comple
tam et digestionem aut non ante. Utroque tamen modo est dicere
alimentum, scilicet vel coctum vel etiam non coctum. Si ante
dicatur alimentum ante decoctionem hoc modo dicitur alimen
tum esse contrarium vel alende. Si autem post decoctio
nem dicitur esse ei simile. Ex quo patet quod utraque predicta
rum opinionum quodammodo verum dixit et quodammodo non
verum. Non dixit contrarium ad istam sive potius non verum contra
simpliciter dixit et sine distinctione. Quod est cum dicit
Quoniam autem nichil. Determinat diversos modos alimenti
secundum quos est obiectum diversarum potentiarum anime vegetative
ubi sic procedit. Primo ostendit quod alimentum per se est a
nimati. Secundo determinat illos diversos modos. Primum sic:
omne quod participat animam est animatum; omne recipi
ens alimentum indiget huiusmodi participat animam ergo
omne tale est animatum quare alimentum animati est per se et
non per accidens. Huius autem rationis primo ponit medium secundo
cum dicit Quare et alimentum minorem et conclusionem quod est cum di
Est autem alterum. Determinat modos illos predictos dicens
quod alimentum alterum est secundum quod est obiectum poten
tie nutritive augmentative et generative. Cuius ratio sit quia
secundum ipsum in alimentum sed quod est quantum augmentat
et sic est obiectum potentie augmentative. In quantum autem est
hoc aliquid et substantia sic alit et est obiectum potentie nutritive
secundum aliud autem esse scilicet secundum quod super istam alimenti cadit
decisio sive divisio est factum generationis et sic est
obiectum potentie generative non tamen generat illud quod primo
alitur quia ipsum iam est generatum et nichil generat seip
sum. Sed generatum in quantum potest salvat. Primo generat
illud quod est ut alitum scilicet simile ei in specie. Intelligendum
est quod solum proprie dicitur alimentum secundum quod est obiectum pote
tie nutritive. Quare et illam partem ab illo loco Videtur
autem esse alimentum dicentes quod Aristoteles intendit in
hac parte venari diffinitionem alimenti hanc scilicet quod ali
mentum est contrarium alendo per istam convertibile et non
convertens et hanc per animam et extrahunt omnes conditi
ones per ultimam a loco predeterminato usque ad illum
locum Quoniam autem nichil et ibi ut dicunt venatur
ultimam differentiam dicte diffinitionis usque ad illum
locum Est autem alterum. Et secundum eos ibi intendit de
operationibus anime vegetative. Unde dividunt illud tota
le capitulum in tres partes. In quarum prima determinat de
alimento secundum eos. In secunda ut ibi Est autem alterum
de operationibus anime vegetative. In tertia ut ibi Quoniam autem
anime de ipsa anima vegetativa in se et sanans ar
tificialiter procedit. Sed quod docuit Aristoteles in parte hac

dente complementum suam suam non videtur habere ex littera
nisi aliquantulum per extensionem

**Quare huiusmodi anime et cetera**

In hac parte intendit de anima vegetativa cuius obiectum
est alimentum duas concludens diffinitiones ipsius ex pre
dictis manifestas et primo concludit unam illarum et est quod hec
pars anime scilicet vegetativa est potentia anime potens salvare suum
subiectum et determinat mediante quo salvat ipsum quia mediante
alimento. Alimentum enim est illud per quod preparatur ad agen
dum ita quod privatum alimento non potest manere sub operatio
nibus anime nec sub eius perfectione et hoc quia ad existenti
am anime tria requiruntur scilicet alens quo alitur et quod
alitur. Alens autem est ipsa anima vegetativa quod autem alitur est
corpus habens hanc animam quo alitur est alimentum ex
quo patet quod illud quod caret alimento non potest permanere sub per
fectione anime vegetative et eius operationibus et ita patet
quod anima vegetativa per alimentum potest salvare suum subiectum
et hec idem modo contrarium ad virtutem nutritivam in se a
specie cum non potest nimio contrarium ad virtutem generativam
quod est cum dicit Quoniam autem dat aliam diffinitionem et
causam ipsius et est quod anima vegetativa est potentia anime
potens generare simile suo subiecto secundum speciem cuius causa est
quia finis anime vegetative est generare tale quale ip
sum est. Unde cum unumquodque a fine habeat denominari
maxime de anima penes hunc finem denominari et
diffiniri et nominari et hec est diffinitio supra penes
finem post autem penes principium et quia predixit quod
anima est alens ne videtur quod ipsa sit tamen alens distin
guit de alens quod est cum dicit Est autem quo alitur
unum scilicet quod cum moveri movetur et est calor naturalis a quo
cum movet non movetur et est anima vegetativa secundum non
sufficit unum agens quod est anima et hoc quia necesse est
decoqui alimentum quam decoctionem oportet fieri per calore
naturalem. Unde omne animatum habet calorem natura
lem et est anima agens ut artifex calor autem est
sicut instrumentum anime

**Determinatis autem hiis** In parte ex
xima precedente determinatum est de parte anime videlicet
de sensitiva et vegetativa sive vivificativa. In hac tota parte
sequente usque ad finem huius libri est intentio determina
re de parte anime apprehensiva et potest hec tota pars divi
di in duas partes primo. In quarum prima determinat de
apprehensiva parte anime que vocatum est apprehensiva
In secunda que incipit fere in fine huius libri ibi scilicet De
movente autem intendit de ipsa motivum post apprehen-

sionem et motiva secundum locum. prima adhuc dividitur in duas in
quarum prima determinat de parte anime apprehensiva deforis, in secunda
cuiusmodi est sensus, et terminatur ad tercium librum, scilicet ibi
*Quoniam autem duabus differentiis*. in secunda intendit de parte anime
apprehensiva intus cuiusmodi sunt intellectus et ymaginatio. prima
adhuc dividitur in duas. in quarum prima determinat de
omni sensu in generali, in secunda ut ibi *Universaliter autem secundum
unumquodque* determinat de sensu in speciali. prima pars
sic procedit: primo dat suam intentionem ex ex predictis determinatis
et determinandum sic dicens de omni sensu in generali
utrum scilicet sensus virtus passivus sit a sensibilibus aut acti-
vus, in prima sic supplet continuator istam intentionem secundo
ut ibi *Sensus autem* prosequitur intentionem et dividitur illa
pars in duas in quarum prima ostendit quod sensus est virtus
passiva. in secunda quod ibi incipit *Quoniam autem sentire* ex sen-
sus est virtus passiva et talis virtus est potentia et actus aliquo
modo et deducitur aliquid de potentia ad actum, ideo in illa
parte declarat ex sensus est potentia et actus et est cuiusmodi
actus et adhuc quot modis est sensus potentia et quot modis
est actus. primum ostendit per duas rationes quarum prima
est sensus videtur alteratio quedam a sentiente, ergo sensus est
virtus passiva cum alteratio passio sit. huius rationis pri-
mo ponit conclusionem, secundo cum dicit *Videtur* ut dat medi-
um, sed tercio tangit conclusionem cum dicit *Dicunt autem quidam et cetera*
tangit primo ponit divisionem passionis et est ex passio
uno modo a simili alio modo sit a contrario et tangit illam
divisionem dicens de terminatum est in libro de generatione
quomodo illa divisio est possibilis et quo non et hanc
divisionem tangit ex infra determinabitur quo illorum modorum
se habet sensus ad sensibile quod tangit cum dicit *Habet autem du-
bitationem* dat secundam rationem ad idem et est si sensus esset
virtus activa et non passiva posset exire in actum sine
indigentia alicuius extrinseci ut scilicet sensibilis sicut si com-
bustibile esset aliquid comburens se et non indigeret actu i-
gnis extrinseco comburente, cum ergo sensus indigeat alio
ad hoc quod fiat in actu manifestum est ex non est virtus
activa sed passiva tantum. huius rationis primo ponit medium
cum per modum dubitationis secundo ibi *manifestum igitur* infert
conclusionem tercio cum dicit *Unde sic combustibile* confirmat
suum medium per simile in combustibili et combustivo et patet
ex dictis. De hac tamen secunda ratione posset dubitari ex
videtur quod sicut virtus passiva indiget alio ad hoc quod
fiat in actu patiens scilicet agente, similiter ut videtur vir-
tus activa indiget alio ad hoc quod fiat actu agens
scilicet patiente, contrarium oppositum supponit hec ratio. supponit
enim quod si sensus esset virtus activa non indigeret
alio ad hoc quod fieret in actu. Ad primum ad hoc dicitur

ex virtus activa ad hoc ex fiat in actu in materia in qua
non est indiget alio in materia autem propria nequaquam sicut est
in igne. ignis enim ad hoc quod fiat in actu extra
materiam in qua est indiget combustibili susceptibili similitudinis
sue forme in materia tamen sua seipso est in actu sine indigen-
tia alterius in qua salvatur, cum non diu potest durare il-
la in similiter est in sensu ex si sensus sit virtus acti-
va in seipso esset actu sine indigentia alterius extra tamen
suam materiam nequaquam quod tangit cum dicit *Quoniam sensitivum*
ex hec secundam partem prius introductam que dividitur in tres
partes, in quarum prima ostendit quod sensus est potentia et ac-
tus, in secunda ut ibi *Primum quidem* ostendit cuiusmodi ac-
tus, in tercia ut ibi *Dividendum autem* ostendit quot
modis est sensus potentia et quot modis actus. primum sic
ostendit potentia audiens et potentia videns sicut est in dormi-
ente dicitur audire et videre actualiter et audiens et actu vi-
dens sicut est de vigilante actualiter audiente et vidente
dicitur et videre ex quo patet quod tam visus quam auditus
est potentia et actus, cum ergo hec sint sensus relinquitur quod
sensus est potentia et actus et sicut dicitur de sensu similiter dicitur
et de sentire scilicet quod est sentire potentia et actu. in hac ra-
tione sic procedit: primo ponit conclusionem quam intendit,
secundo ut ibi *potentia enim audiens* ponit suam rationem
cuius primo ponit medium, secundo ibi *dupliciter utique* ex ipso
infert conclusionem esse manifestam quod cum dicit *Primum*
igitur declarat cuiusmodi est iste actus ostendens ex est actus
sicut motus est actus et sicut moveri est agere motus
autem est actus imperfectus ut ostensum est in tercio phisicorum
omnia enim que movent patiuntur et moventur ab aliquo
agente in actu et ex sic patiuntur et moventur et hoc
ex carent eo ad quod moventur dicitur illa passio que
esse a simili ut scilicet cum iam passum est quod autem
a dissimili ut cum est in patiendo ergo si sensus sit
actus erit actus imperfectus sicut et motus. contrariter cum dicit
*Dividendum autem* determinat quot modis dicitur sensus actus
et quot modis potentia ubi sic procedit: primo dicit ex
dividendum est potentiam et actum et hoc quia quamvis locutio
sit de potentia et actu simpliciter nunc est loquendum de
ipsis specialiter secundo ut ibi *Est enim quid* incipit divide-
re potentiam et actum et habet illa pars tres particulas in
quarum prima facit divisionem primam et secundam et terciam
in secunda ut ibi *Sensitivum quidem* determinat quot sint
est eorum sensuum in tercia ut ibi *Differt quidem* dat
quandam differentiam inter secundam et terciam. Intentio in prima
parte est quod potentia est duplex scilicet essentialis et acci-
dentalis et actus duplex scilicet actus ut habitus et actus ut considerare
dividit pati dupliciter scilicet quorum unum est corrumpi a suo

contrario relinquitur aut amissio dispositionis sive actualitatis prius habite. Cum dicit que sic procedit. Primo dividit potentiam dicens quod uno modo dicitur potentia sicut puer est in potentia sciens et hec potentia essentialis; alio modo dicitur potentia sicut iam habens scientiam aut gramaticam non tamen considerans dicitur sciens et hec est potentia accidentalis. Secundo cum dicit · Utrique autem horum · comparat istas potentias adinvicem dicens quod non eodem modo dicitur potentia utrobique, immo sciens primo modo dicitur sciens quia talis est ut nunc possit habere scientiam multum tamen distans a suo actu. Sciens autem secundo modo dicitur sciens in potentia ita quod cum vult sit sciens actu nisi aliquid prohibeat. Sciens enim primo modo indiget essentiali transmutatione ut a doctore ad hoc quod fiat actu sciens. Sciens autem secundo modo solum indiget remotione prohibentis. Tertio cum dicit · Iam autem considerans · innuit divisionem actus et est quod est actus ut habitus et actus ut considerare, qui proprie dicitur actus. Cuius divisionis tamen ponit membrum, reliquum membrum non ponit quia potest haberi ex divisione potentie, idest est habere scientiam in potentia accidentali et actu qui est habitus. Quarto cum dicit · Hii autem utrique · complet distinctionem quam prius tetigit inter potentiam essentialem et accidentalem dicens quod et sciens primo modo scilicet qui est sciens in potentia essentiali alteratur per doctrinam et multotiens mutatur ab ignorantia in scientiam et econtrario, antequam complete adquisierit scientiam in actu ut considerare. Sciens autem secundo modo scilicet in potentia accidentali dicitur sciens in potentia quia habet scientiam, non tamen actu considerat, qui non alteratur ad hoc quod sit sciens in actu qui est considerare, et isti modi sunt diversi. Quinto cum dicit · Non est autem neque pati · dividit pati dicens quod sicut neque potentia neque actus dicitur tantum uno modo similiter neque pati, immo pati dicitur uno modo corrumpi a suo contrario ut calidum patitur a frigido, humidum a sicco. Alio modo dicitur pati quod aut est dispositione ad actualitatem prius habitam impeditum est in potentia ad illam quo modo se habet sciens in potentia accidentali ad sciens ut considerans, et istud pati magis salvat illud quod est quam corrumpat. Sexto cum dicit · Quod vero non est · et dictum est quod illud quod patitur isto secundo modo sicut sciens in potentia accidentali ad sciens in actu ut considerans, ne putetur quod exitus sive deductio istius passionis in actu esset alteratio, quia non dicitur est vere alteratio, aut si est alteratio hoc est aliud genus alterationis a vera alteratione. Et hoc quia huiusmodi patiens in se ipso habet ut inducat se in actum nisi aliquid prohibeat, eo quod est in potentia accidentali. Ex quo concludit cum dicit · Unde non bene · dicit quod non bene dicitur sciens in potentia accidentali alterari ad hoc quod fiat actu sciens ut considerans, sicut enim neque bene dicitur edificator cum fit ex ocio sive ex potentia edificante actu edificans. Ex quo concludit ulterius ad hoc cum dicit · In actu quidem · quod ille qui ducit scientiam in potentia accidentali in actum non meretur dici doctor, immo magis fit hoc per aliam virtutem ut per rememorationem quam per doctrinam. Sed ille qui ducit scientiam in potentia essentiali in actum ut est cum puer fit [sciens] sciens per magistrum meretur dici doctor. Ista enim deductio de potentia in actum aut non debet dici passio ad quam consequitur alteratio, sicut est illa de qua prius dictum est, aut oportet concedere duos esse modos alterationis, unam scilicet alterationem que est inter naturales contrarias qualitates quarum utraque est alterabilis corruptiva, aliam que est ad aliquam dispositionem in habitum et formam ad quam est illa dispositio, et hoc secundo modo potest dici alteratio cum ex puero sive ignorante fit sciens, licet sit contra hoc quod vult Aristoteles in septimo Physicorum quod solum fiat alteratio secundum qualitates sensibiles; ubi enim intendit de alteratione propria, hic autem non, sed ut communiter aut equivoce.

Sensitivum quidem et cetera. Iam dedit auctor communiter actus et potentie et scientie, hic determinat similiter esse de sensitivo intendens quod sensus est potentia et actu sicut et scientia. Et etiam potentia duplex scilicet essentialis et accidentalis. Est enim sensus in potentia essentiali ut est visus in catulo ante nonum diem aut sicut est sensus in animali incompleto. Sensus enim sic existens in potentia indiget generante essentialiter transmutante ad hoc quod fiat in actu, quod quidem generans non est virtus nisi celestis et potentia intrinseca operans, que potest esse anima vegetativa que disponit membra et figurat, imponit tamen generator ei, quod apparet illud agens esse intelligentiam agentem quod dicit declaratum esse in libro de animalibus. Et hec potentia assimilatur scientie que est in puero ad scientiam. Sensus etiam dicitur in potentia accidentali cum iam generatus est et existens in actu non tamen actualiter operans, tunc enim sentiret semper nisi aliquid impediat aut sensitiva non fuerint ei presentia. Et sensus hoc modo similis est scientie que est in sciente non tamen considerante, sicut qui non utitur scientia. Et sensus hoc modo dicitur aliquo modo esse actus quia actus ut habitus. Ad hoc autem dicitur sensus dupliciter sumptus secundo actum cum habens sensum actualiter sentit. Et sic hoc modo assimilatur scientie que est actus ut considerare. Ex quibus patet quod similiter est in sensu sicut prius dictum est in scientia. Et ut dicit commentator innuit in hac parte distinctionem inter primam perfectionem secundum in sensu et intellectu; opinatur enim quod prima perfectio sensus sit ab intelligentia agente ut declaratum est in libro de animalibus, secunda autem perfectio fit a sensibilibus. Quod cum dicit · Differt quidem et cetera · dat secundam differentiam inter sensum et

sciam ex quo differentia inter sensum existentem in potentia primo modo sive in potentia essentiali et inter sensum et sciam existentem in potentia secundo modo sive in potentia accidentali et est quod sensus cum est in potentia accidentali non fit in actu nisi per motorem extrinsecum scilicet per sensibilia et causa est quia sensus in actu necessario comprehendit sensibilia extra animam existentia propter quod similis in actu fieri non potest et hec est causa propter quam non sentimus quando volumus quia scilicet indigemus sensibilibus que extra sunt. sciam autem existens in potentia accidentali cum vult sciens fit in actu et quia sciam est universalium que supra sunt in anima intellectum scientia et propter hoc intelligimus cum volumus et adiungit quedam simile ei quod dictum est de sensu in potentia cum dicit

Similiter autem in scientiis sensibilium huiusmodi sciam proprie potest dici experimentum ut vult auctor in prima metha. sicut enim sensus in potentia accidentali non fit actu nisi per sensibilia similiter experimentum non fit nisi ex sensibilibus vel potest exponi sciam sensibilium de geometria et musica que sunt de sensibilibus talibus oportet ut sensibilia sentiantur ad hoc ut de ipsis habeatur sciam et quia de comprehensione sensibilis a sensu et intelligibilis ab intellectu infra plenius determinabitur subiungit cum dicit

Sed de hiis quod oportet alibi et alias certificare quare cum dicit

Nunc autem. recapitulat ea que sunt determinata de divisione potentie et sensus dicens nunc esse determinatum quod potentia non dicitur uno modo tantum sed dupliciter scilicet essentialiter et accidentaliter et exemplificavit de utroque et sic que de potentia similiter dictum esse de sensu propter istas divisiones potentie in sciam et sensu non sunt nomina determinata et propter hoc oportet nominibus quibus ipsa comprehendere ut scilicet per passionem diversificatam ipsis et per alterationem et passionem. dictum autem quod dictum est unam esse in anima potest intelligi quia non semper ibi in actu sed in potentia. in actu autem non nisi dum sit actu intellectus est enim unum in potentia intentio individualis comprehensa a virtute ymaginativa quam quidem abstrahit intellectus agens cum vult et facit actu universale et quia huiusmodi intentio individualis comprehensa a virtute ymaginativa est presens intellectui agenti et propter hoc ut dictum est intelligimus cum volumus differt enim ut vult commentator intentio universalis ab intentione ymaginativa notandum est etiam hic secundum commentatorem quod ad hoc quod fiat sensus in actu necesse est motorem extrinsecum esse aliud ab ipsis sensibilibus sic necesse est hoc in intellectu vult etiam quod potentia sensus que recipit sensibilia non est pura preparatio. sicut preparatio pueri ad recipiendum sciam. sed quod est aliquis actus sicut habens habitum dicitur habere actu quando non utitur suo habitu. notandum est etiam quod dicit quod movens scientiam de prima perfectione in secundam et ad complationem est anima complatione in esse

# Sensitivum potentia est

Quia in parte precedenti monstratum est principaliter quod sensus est virtus passiva et manifestatum est quantum ad quandam proprietatem ipsius in hac parte intendit dare quandam communem descriptionem sensus ad maiorem ipsius notificationem quam primo dat et est quod sensus est potentia ut sensibile in actu est .i. est illud quod natum est perfici per intentiones rerum sensibilium solam per ipsas res sensibiles quia si non tunc ut dicit commentator esse coloris in visu et in corpore esset idem et si ita esset tunc visus esse minuta non esset comprehensio quare cum dicit

patitur quidem probat hoc per signum scilicet quia sensus est illud quod est natum perfici per intentiones sensibiles et hoc quia sensus patitur a sensibili quando dum non assimilatur ei et cum passio perficitur tunc est ei simile ex quo patet per signum quod sensus natus est ad intentiones sensibilium cum perficitur passio tamen ad suam perfectionem sic igitur habetur quid est sensus in communi habetur etiam quod sensus est virtus passiva de quo intelligendum est quod sensus licet sit virtus passiva per se eo quod patitur a sensibilibus tamen per accidens potest esse virtus activa cum sit movens et non mota per accidens tamen potest dici virtus passiva cum aliquo modo patiatur passione sui instrumenti quod est calor naturalis et quia calor naturalis multotiens patiatur habetur in libro quod anima vegetativa sit virtus activa patet manifeste per commentatorem dicentem manifestum esse ex predictis quod nutritiva est de virtutibus activis

# Dicendum autem est et cetera

In parte precedenti determinatum est de sensu in communi. in hac parte intendit de unoquoque sensu in particulari et procedit sic primo dat intentionem suam et modum procedendi cum ipsam dicens quod determinandum est de unoquoque sensu in speciali modum procedendi dat et est quod primo determinandum est de ipsis sensibilibus sicut habitum est supra et hoc quia innata est nobis via a notioribus et certioribus nobis ad notiora et certiora nature et ipsa sensibilia sunt nobis notiora et certiora quam sint sensus. secundo autem cum dicit. Dicitur autem sensibile prosequitur intentionem suam et dividitur illa pars in duas partes in quarum prima determinat de ipsis sensibilibus in speciali ut ibi universaliter autem de omni de ipsis sensibilibus prima pars adhuc dividitur in duas in quarum prima determinat de ipsis sensibilibus in universali in secunda ut ibi Ergo est visus in speciali in prima parte sic procedit primo determinat quot modis est sensibile secundo unumquodque modum notificat determinat igitur primo quod sensibile dicitur tripliciter quoddam autem per se autem per accidens et sensibile per se autem est sensibile per

uni aut commune et sic in universo dicitur sensibile triplex scilicet sensibile
proprium et sensibile commune et sensibile per accidens. Secundo cum dicit
Dico autem proprium utrumque istorum modorum notificat. Et primo
sensibile proprium dicens quod sensibile proprium est alicui sensui
quod non contingit sentiri alio sensu proprio per se. Dico quod et circa
quod non errat sensus proprius quamvis contingat ipsum errare circa
quedam ipsi annexa ut visus non decipitur in colore utrum
sit albus vel niger, decipitur tamen utrum sit lac aut nix aut
huiusmodi. Similiter autem utrum sit siccus aut mixtus et similiter
est de aliis sensibus et sunt propria sensibilibus uniuscuiusque. Et sen-
sus plures habent differentias sui sensibilis circa quas non errat ut
visus album et nigrum, auditus acutum et grave in sono et
sic de aliis. Quecumque igitur sunt huiusmodi sensibilia que non sentiuntur
per se ab aliquo sensu proprio, sed circa que errat sensus proprius
sunt sensibilia propria illius sensus. Consequenter cum dicit Omnia
quidem notificat sensibile commune dicens que sunt sen-
sibilia communia et sunt illa sensibilia communia que nulli sensui par-
ticulari sunt appropriata sed omnibus communia et sunt cetera
huiusmodi scilicet motus, quies, numerus, figura, magnitudo. Et secundum
quosdam sunt alia que in perspectiva enumerantur de quibus
hic mentionem facit nisi intelligat illa ad hec
enumerata reduci. Secundum tamen commentatorem non sunt omnia hec
communia sensibilia communia omnibus sensibus particularibus sed solum
tria illorum scilicet motus, quies et numerus; magnitudo autem
et figura non nisi visui et tactui. Quarto cum dicit Secundum
accidens notificat sensibile per accidens et est illud quod a
sensu particulari sentitur non per se sed per accidens ut est
ut est Diarii filius vel aliud individuum. Si fuerit
album Diarii enim filius sentitur per accidens quia accidit
albo quod per se sentitur et quia non nisi per accidens sentitur propter
hoc non patitur sensus ab ipso inquantum huiusmodi. Sensibilia
enim a quibus patitur per se sensus sunt sensibilia propria
ad que natus est similiter uniuscuiusque sensus tangitur ad sui-
am perfectionem. Et est notandum quod vult super hoc
commentator quod sensus simul cum suo sensibili comprehen-
dit intentionem individualem ut intentionem huius hominis
individui et intentionem huius equi individualis et sic de
aliis ex predicamentis. Et hoc videtur esse proprium sensibus
hominis sensus tamen hominis cogitativa verum non compre-
hendit ut putabant aliqui, hoc enim est altius potentie
que dicitur intellectus. Notanda est consequenter quedam que-
stio quam querit commentator quomodo scilicet sensibilia communia non
sunt sensibilia per accidens sicut et alia que sunt obiecta
sensibilibus propriis ut Diarii filius et huiusmodi et solvit
dupliciter tum quia sensibilia communia magis necessario sunt con-
iuncta sensibilibus propriis quam illa intentio individualis,
necesse enim est album esse in magnitudine non autem
necesse est enim esse in Diarii filio. Tum quia sensibilia communia
sunt propria sensui communi sicut propria sensibilibus propriis, unde sic
sensibilia propria quamvis primo sentiantur a sensibus propriis et
secundario a sensu communi. Secundo enim hoc modo sumitur hic
per accidens. Similiter nec equivoce.

In hac parte intendit de sensibilibus
in particulari et habet partes quinque secundum divisionem quinque sensibi-
lium quarum prima est de sensibili visus. Et primo de hoc sensibili
quia et si omnis sensus circa sua sensibilia communiter habent
celebrem maxime tamen habundat illa virtus in visu et
suo obiecto. Unde propter suam nobilitatem potest esse quod primo de-
terminat de sensibili visus. In determinando autem de hoc
sensibili sic procedit. Primo dicit quod est sensibile visus et quot
modis. Secundo cum dicit hic autem secundum ipse persequitur illos modos.
Dicit igitur primo quod est sensibile sentit visus dicens ipsum
visibile quod idem visibile duobus modis est. Quoddam autem ut est
color aut aliquid simile colori ut sunt ea que in obscu-
ro videntur que quidem uno nomine non sunt nominata
sed nominantur sermone complexo ut sunt squame piscium et
secundo habetur quod duobus modis est sensibile visus quod manife-
stius patebit infra. Patebit et infra quod illud quod est
maxime visibile est color. Quarto cum dicit hoc autem
persequitur istos modos et dividitur illa pars in duas. In prima
determinat quo modo color est visibilis per se et in secunda per se
et quia ex illa parte quod color non videtur sine luce illumina-
te dyaphanum propter hoc in secunda parte determinat de luce
et lucido sive dyaphano. In prima parte sic procedit. Primo
dicit quod color est visibilis per se. Secundo cum dicit Secundum se
ipsum determinat quo modo per se dicens quod secundo modo
per se et non primo. Cum enim dicitur color est visibilis non dicitur
de colore tamquam illud quod illud quod cadit in diffinitione
coloris et est etiam coloris et ita non primo modo per se, sed tam-
quam illud in cuius diffinitione accipitur color et cuius causa
inscripta est in colore sicut causa per se passionis in subiecto
ut causa huius passionis habere tres angulos inscripta est in
triangulo et ita secundo modo per se et quod color sit visibi-
lis per se confirmat cum dicit. Omnis enim color per des-
criptionem coloris inquantum visibilis est sic omne quod
est motivum lucidi in potentia est actu lucidum est visi-
bile secundo modo per se; color est motivum lucidi in potentia
actu lucidum ergo et cetera. Huius rationis solum ponit medi-
um ex quo infert conclusionem cum dicit Unde quidem quod co-
lor non est visibilis sine luce quia enim color ad hoc quod indicatur
est motivus lucidi in potentia est actu lucidum quod non
potest esse nisi per lucem, ex hoc sequitur quod color non est vi-
sibilis sine luce propter quam lucem dyaphanum sive lucidum
in potentia fiat lucidum in actu et quia hoc de luce primo

est dicendum et ad hoc etiam quod determinet sufficienter de luce primo determinandum est de lucido et in hoc dedit intentionem contrariis se expectantis. De istis autem nominibus hic usitatis intelligendum quod id intellexit per lucem et lumen contrarium ad presentem intentionem ex parte. Propter hoc ubi una translatio habet lumen habet alia translatio lucem per totum similiter intelligit id per lucidum et dyaphanum. Unde ubi habet una translatio medium ibi alia habet dyaphanum intelligendum est et est secundum commentatorem de hoc quod dicit colorem esse visibilem non sine luce quod hoc non est quia color indigeat luce ad hoc quod sit color, vult enim quod sit color in actu in obscuro sed indiget luce ad disponendum et preparandum ipsum medium ad receptionem intentionis ipsius coloris ut scilicet dyaphanum in potentia fiat dyaphanum in actu hoc est actu lucidum. Color enim est ita [illegible] actionis quod nisi medium illuminaretur per actionem lucis non posset in ipsum medium suam intentionem multiplicare oportet ipsum medium totum illuminari. Propter hoc contingit quod aliquis simpliciter vel simul existens in tenebris videat aliquid existens in luce tamen totum medium ab obiecto ad visum oportet illuminari licet secundum magis et minus et quod color de se non indigeat luce ad hoc quod multiplicet suam speciem quamvis medium indigeat luce ad hoc quod disponatur ad susceptionem speciei patet secundum commentatorem per unum verbum quod dicit et est quod exponit Aristoteles scilicet quod simile ut opinatur est dicere colorem esse visibilem et hominem esse visibilem sicut enim de se nullo indiget extrinseco ad hoc quod videatur sic nullo indiget de se color extrinseco ad hoc ut videatur sive ut visibilis fuerit in actu. Hoc idem vult commentator infra dicens quod colores [illegible] non adquirunt [illegible] a luce [illegible] non est nisi habitum corporis dyaphani ex quo [illegible] potest [illegible] quod lux actu [illegible] aut [illegible] de se nisi illi est habitus scilicet medio. Quidam tamen non concedunt [illegible] dicunt quod color non est nisi extremitas perspicui terminato et contrarium de luce est in colore est in corpore et figura [illegible] et multi [illegible] suam speciem non debere colori nisi per naturam lucis dicunt quod lux est forma ipsius coloris eo quod figura non sufficit ad istam multiplicationem quod secundum quod est huiusmodi non potest facere se ex se [illegible] indiget luce extrinseca per quam ad minus lux forma excitata possit se multiplicare. Hoc tamen non videtur velle commentator. Quare cum dicit

Est autem lucidum agit de luce et lucido et dividitur illa pars in duas in quarum prima dat opinionem propriam esse hoc in secunda ibi Quod quidem lucidum manifestat intuentes esse hoc. Prima adhuc habet duas in quarum prima determinat quid lucidum in secunda ut ibi Lumen autem determinat quid sit lux sive lumen. Quod autem primo lucidum determinat dicens quod illud est lucidum quod non est visibile

per se id est per colorem proprium existentem in ipso sed per accidens id est propter colorem extraneum et quod non habet colorem proprium ideo est susceptivum omnibus coloris. Huiusmodi autem sunt multa corpora scilicet aer et aqua et multa solida quedam per suas naturas proprias lucida non sunt ut aer in se non est lucidus nec aqua in se aqua sed per quandam naturam communem inest omnia huiusmodi corpora generant cum corpore celesti que quidem natura communis potest dici dyaphaneitas. De hoc autem quod dicit illud esse lucidum quod est visibile non per se sed propter colorem extraneum intelligendum est quod non diffinit ibi lucidum secundum quod corpus celeste dicitur lucidum et hoc innuit per hoc quod dicit ut simpliciter est dicere ac si diceret non vult est verum lucidum esse visibile non per se corpus enim celeste per se visibile est et non per colorem extraneum et potest intelligi per colorem extraneum non color alterius corporis sed lux reflexa ad obstaculum que vere color non est sicut patet in radiis solis intrantibus per fenestram reflexis ad parietem vel ad aliud simile. Notari etiam potest hic ex eo quod dicit naturam communem esse communicatam ab omni corpore lucido inferiori et a corpore celesti quod est aliquid commune ipsis in quo radicatur illa natura et non videtur esse aliud quam materia ita quod celum habeat materiam. Quare cum dicit Lumen autem determinat quid sit lux sive lumen dicens quod lumen est accidens lucidi in quantum lucidum et quoniam hoc determinat quid est tenebra ei opposita dicens quod est illud in quo est lux in potentia et quod lux sit actus lucidi in quantum lucidum probat cum dicit Lumen autem sic sicut se habet color ad coloratum in quantum coloratum sic se habet lux sive lumen ad lucidum in quantum lucidum et hoc est in quantum est actu illuminatum ab aliquo corpore naturaliter lucido scilicet ab igne aut ab aliquo corpore superiori celesti sive supple corpore supracelestis dyaphaneitas que est illuminata cum ergo color sit actus colorati in quantum coloratum lumen erit actus lucidi in quantum lucidum hac ratione solum dat medium. Et est hic notandum secundum commentatorem et Aristotelem quod dyaphanum in istis inferioribus quandoque est dyaphanum in actu et quandoque in potentia. Dyaphanum autem in corporibus celestibus semper est dyaphanum in actu quia natura celestis que est illuminata. Consequenter cum dicit Quod quidem lucidum manifestat intuentes esse lumen sive lucem et lucidum et primo esse lumen secundo ibi Est autem coloris susceptivum esse lucidum in prima parte sic procedit primo ostendit esse iam dictum quid sit lucidum et quid lumen secundo cum dicit quod cum ignis dicit quod lumen non est quod cum opinabatur esse quod scilicet non corpus sed defluxus corporis in quo erubat intuentes esse lumen [illegible] cum dicit Esset enim hoc de clarum scilicet quod lumen necesse est corpus [illegible] defluxus cor

partis quod si sic esset aliquod corpus quod non est lumen fluere a corpore nisi corpus
sed corpus non est ut statim post hoc probabitur ergo non est de
fluxu corporis. Secundo cum dicit Neque enim probat quod non est
corpus ad quod dat duas rationes quarum prima est ad im-
possibile et est si lumen esset corpus essent duo corpora in eodem
loco scilicet lumen et dyaphanum quod est actus eius non maiorem
occupare locum dyaphanum illuminatum quam non illuminatum sed
consequens est impossibile ergo et antecedens. Secundam rationem ad idem dat cum
dicit Videtur autem et est lumen est contrarium tenebre sicut
habitus privationi sed tenebra est privatio intensionis lu-
cis in lucido ergo et lumen erit habitus eiusdem in lucido
quare lumen habitus corporis est et non corpus cum corporis
habitus non sit corpus ostensum est lumen non esse corpus
ex hoc infert conclusionem cum dicit Et non recte Empedocles
quasi dicat Empedocles non bene dixit nec aliquis alius dicens sic et
ipse scilicet quod lumen est corpus quod movetur in tempore per totum
medium et inter terram et continentiam sed illud latere nos
propter velocitatem sui motus et subtilitatem ipsius corporis
et imperceptibilitatem temporis [illegible] et si hoc esset verum
quod et posset latere nos per aliquantulum spacium tem-
porale [illegible] ut lateret nos ab oriente
in occidente propter magnitudinem spacii et sic patet ma-
nifeste secundum intensionem Aristotelis quod lux non est corpus verum
tamen utrum sit accidens vel non vult determinare de quo sciendum est
secundum quosdam quod lux non est substantia nec accidens et loquor de luce hic
recepta in medio non tamen est aliud alba immo est intensio
albe et sic intensio coloris recepta in medio non est
vere color nec aliud a colore sed idem secundum essentiam
cum colore sic lux recepta hic in medio secundum eos
nec est alba nec aliud ab alba sed est intensio albe cum intensio
lucis existentis in corpore luminoso quod alba est non est
inconveniens hoc modo ponere medium [illegible] et accidet
secundum Augustinum ut dicit est lux corpus sed dividitur corpus [illegible]
[illegible] vult habet penetrationem et non expulsionem sive na-
turam penetrandi et non expellendi aliud habet expulsi-
onem et penetrationem tertium habet expulsionem sed non pene-
trationem et primo modo dicitur lux corpus secundo modo ignis
et aer tertio modo corpora solida que solum apud vulgus
dicuntur corpora et primo modo et secundo non est inconveniens
duo corpora esse in eodem loco sed tertio modo hoc tamen
non intendit Aristoteles quando dicit. Est autem coloris
quidem susceptivum manifestat inconveniens quod dyapha-
num sive lucidum quod dicebant dyaphanum esse co-
loratum et hoc per duas rationes quarum prima est quod est suscep-
tivum omnibus coloris nullum habet in actu proprium sicut quod est
susceptivum omnibus soni nullum habet sonum proprium sed dyapha-
num sive lucidum est susceptivum omnibus coloris ergo nullum

habet colorem proprium huius rationis solum ponit suam dat medium
et videtur hec ratio peccare quia medium quod est aer suscipit omnes
differentias tangibiles contrarias et sic medium intrinsecum in tactu
quod est caro omnes suscipit differentias tangibiles et tamen non privatur
omnino differentiis tangibilibus. Velut quod dicit aer nullum habet
sonum est dubium quia infra videtur contrarium dicere ubi
vult quod in aure est aer connaturalis qui semper sonat et tamen
prohibet ubi sonus susceptionem differentiarum soni in illo aere. Et
ad primum difficile est reddere causam quare sic possit esse in
dyaphano sicut respectu differentiarum coloris sicut est in aere et
in carne respectu differentiarum tangibilium nisi dicamus quod dyaphanum
inquantum tale interminatum est et [illegible] esse non est nisi cor-
terminatum propter quod corpus dyaphanum colorem proprium ha-
bere non potest aut si dicamus quod natura non potuit
absolvere differentias tangibiles a carne nec ab aere quia sine
ipsis esse non possunt et tamen non prohibent receptionem
differentiarum tangibilium sed prohibent ut infra dicetur
susceptionem tangibilis excellentis. Dyaphanum autem sine (?)
quod est esse potest sine colore et ideo bene potuit natura
ipsum a differentiis coloris absolvere. Ad aliud potest
dici quod aer ingenitus aeri non habet sonum sed ingenitum aer
motus vel quod aer collateralis auri est in mo-
tu et sic non est contrarietas quantum ibi. Sine colore autem
Dat secundam rationem ad idem et est dyaphanum quod est non est
coloratum propter hoc aut est invisibile aut vix visibile
sicut est de omni tenebroso scilicet quod aut vix videtur aut non
videtur dyaphanum enim tenebrosum est sed hoc cum non est
actu illuminatum sed in potentia. Natura enim dyaphani est
quod potest aliquando esse illuminatum aliquando obscurum sed istud
non accidit ut ubi communiter nisi in dyaphano generabili et
corruptibili. Natura enim celestis non quod ut dicunt recipit obs-
curitatem nisi sic quod estimatur in luna in eclipsi et a-
pud diversitatem situum eius a sole. Vel si concessimus quod
natura lune sit ex naturis dyaphani non ex naturis
luminosi et dicitur forte quod luna est composita ex hiis
duabus naturis

## Non omnia autem visibilia et cetera

Cum in parte precedenti quomodo color est visibilis in hac
parte declarat quomodo alia visibilia sunt que videntur
in obscuro vel sic procedit primo ostendit quod isto modo
di visibilia videntur opposito modo colori dicens quod tamen
omnia visibilia sunt visibilia in luce sed tamen color proprius
ipsius visibilis. Quedam enim in luce non videntur sed in
tenebris videntur ut sunt illa quorum natura est ignea sive luminosa
hec autem non nominata sunt uno nomine et sunt hoc quercus
putrida etc. [illegible] et squamus (?) lumina talium cor-

porum videantur in tenebris propter quid tamen color ipsorum non videtur sine luce. Propter quam tamen causam lumina talium videntur in tenebris et proprius color non, non dicit esse determinandum set tamen commentator intelligendum est quod huiusmodi corpora videntur de nocte et non de die, ex lumine ipsorum prohibentur apparere de die propter maiorem lucem supervenientem, qua recedente ut in nocte apparent. Sic accidit de stellis que non apparent de die propter eandem causam set de nocte. Set si hoc tamen est dubium propter quid de nocte non sufficiat lumen talium ut proprius color videatur. Cuius causa potest esse quod lumen in talibus est in dyaphano male terminato et ita parum ligatum cum illo propter quod multum potens est multiplicare se extra se. Et ex hoc confundit colorem proprium et prohibet videri nisi per lucem extrinsecam maiorem supervenientem, et ex hoc patet propter quid non omnia corpora sunt huiusmodi, set quedam sic et quedam non, quia in illis talibus est male terminatum et ligatum cum illis in celebrata corporibus in quibus sic potest multiplicatio unum nisi a maiore luce superveniente impediatur potest videri. Istud tamen in celebratis corporibus est contrarium nature et accidit non ut in cerebro et in quercu putrida. In huiusmodi enim corporibus calore naturali exalante et humiditate evaporante exeunt partes terrestres et obscure et remanent partes luminose. Et ita in talibus illud quod offert se sensui lux est sive lumen, et quod lux videatur patet per commentatorem dicentem quod natura coloris alia est a natura lucis et lucidi. Lux enim visibilis est per se, color autem mediante luce. Hoc facit primo, secundo ibi Nunc autem tantum. Quia in principio prima acceptum est quod color proprius unicuique non videtur sine lumine intendit hic declarare hoc, ubi sic procedit. Primo ponit conclusionem quam intendit probare et patet, secundo ibi Hoc enim erat. Probat eam sic: color sicut determinatum est prius incisivum visibilis est motivus lucidi actu illuminati. Manifestum est quod color alicuius sine lumine non videtur. Huius rationis primo ponit maiorem, secundo ibi Perfectio autem dat minorem, tertio ibi Signum autem. Inducit quoddam signum ad verificationem maioris et est quod si habens colorem ponatur supra visum non videbitur color et hoc quia non sentitur per medium actu illuminatum, immo ad hoc quod color videatur oportet quod moveat ipsum lucidum scilicet ut aerem aut aquam et hoc ut visum moveat ab ipso lucido existente continuo a colore ad visum. Signum est ergo quod color incisivum visibilis motor est lucidi, ex quo infert conclusionem cum dicit. Non enim bene dicit quod propter hoc non bene dixit Democritus qui posuit vacuum esse tanto

melius fore visum, ita scilicet quod per maximam distantiam possit minimum videri nisi esset medium lucidum ut scilicet formica si esset in celo. Hoc enim impossibile est quod probat per hoc quod visus non fit nisi in patiendo, cum ergo omnis sensus existens in corpore non agit nisi secundum tactum ut vult commentator, impossibile est visum pati a colore multum distante ab ipso si nichil sit medium mediante quo possit tangere visum. Ex necesse est medium esse a quo patiatur visus et ita necesse est medium esse inter colorem et visum et ex non sit vacuum. Si enim vacuum esset medium non secundum certitudinem videretur aliquid nec etiam alio modo. Et potest hic notari secundum auctorem et commentatorem quod ad visum tria exiguntur scilicet visibile quod est tangens tantum tactum et medium tangens et tactum et visus tactus et non tangens, ex quo videtur aperte velle quod videmus intus suscipiendo et non extra mittendo. ¶ Et ad intelligendum quod si aliquid extra mittatur et videtur velle Augustinus et auctor perspective hoc non erit virtus visiva set radius aut aliquid huiusmodi natura lucis, de muliere autem patiente menstruum et de animali solo visu inficiente potest dici quod non extramittatur aliquid a corpore cum inficitur speculum a muliere aut inficitur aliquod animal a basilisco set aer contiguus instrumento videndi inficitur qui infectus inficit aerem sibi proximum et sic quousque inficiatur sibi ultimum. Consequenter ibi Propter quam igitur causam epylogat conclusionem ultimo probatam sive ostensam dicens dictum est propter quam causam necesse est colorem videri in lumine et quod ostensum est quod color proprius non videtur nisi in lumine et ignis set suum proprium colorem videtur et de die et de nocte. Et aliquis super hoc dubitare posset. Hanc dubitationem removet consequenter cum dicit Ignis autem etc. dicens quod ignis videtur et in tenebris et in luce et hoc quia ut vult commentator in eo congregatum est utrumque scilicet et quod est lucidum faciens medium dyaphanum in actu et movens ipsum secundum suum colorem et sic manifestum est quod color non videtur sine medio propter hoc consequenter cum dicit Eadem autem ratio ad hoc confirmandum dicit similiter esse in aliis sensibus scilicet quod non sentiuntur sine medio in sono et odore est hoc manifestum illis in ipsorum positum supra sensum sentitur, immo necesse est ab ipsis moveri medium et motum moveat sensum. De tactu et gustu est hoc unum quod non sentiunt sua sensibilia nisi per medium hoc tamen non est ita manifestum illis sicut in aliis, cuius causa infra patebit. Et quia dixit medium esse necessarium ad hoc quod sensibilia aliorum sensuum sentiantur

determinat eum dicit. medium autem etc. quod est medium in
illis sensibus in quibus manifestum est esse medium scilicet in
auditu et odoratu dicens quod aer est medium in audi
tu et dicit ut videtur quidam aerem esse medium in audi
tu et non aquam quamvis utrumque sit medium ex alia
quae sunt in aqua non videntur nisi per sonum plus generatum
in aere extra aquam apparet enim ut dicit ex vox
non fit ex percussione corporum in aqua consequenter cum
dicit odoris autem dicit quid est medium in olfactu
dicens primo ipsum esse innominatum quia est quaedam
passio communis aeri et aquae recipiens sicut dyaphanum
est commune aeri et aquae et quo recipitur color. et ex
illud quod medium sit passio communis probat cum dicit videntur
autem per hoc quod animalia aquatica quae non respirant o
dorant in aqua. et animalia respirantia ut homo et alia
pedibus ambulantia odorant in aere quod necesse est per
aliquam naturam communem aeri et aquae qua recipi
tur odor. propter quod cum quaedam animalia odorant respi
rando sive per anelitum et quaedam non dicetur infra
Sed nunc dictum est de sono ex quo obiectum auditus et de obiecto olfa
tus ex quo odor et tunc dat intensionem partis sequentis

## Est autem duplex sonus et cetera.

In parte praecedenti determinatum est de sensibili visus
in hac parte est intensio determinare de sensibili audi
tus scilicet de sono et patet causa ordinis per commentatorem dicen
tem ex ordinat considerationem de virtutibus sensus secundum
nobilitatem suam secundum naturam et propter hoc prius determina
tum est de sensibili visus. secundo de sensibili auditus et
deinde determinabit de sensibili olfactus dividitur ergo haec
pars in duas partes in quarum prima determinat de sono in
communi et de differentiis eius. in secunda in parte ut ibi vox
autem sonus quidam etc. determinat de quadam specie so
ni scilicet de voce prima. adhuc prima pars dividitur in duas in
quarum prima determinat de sono in communi in secunda ibi
differentiae autem de differentiis eius prima pars habet duas partes
in prima determinat unam naturam soni. in secunda ibi
utrum autem sonat movet quandam dubitationem supposita
in prima parte et solvit. prima adhuc habet duas in quarum
prima determinat de sono secundum sui generationem in
secunda ut ibi vacuum autem determinat de sono secundum
sui immutationem pars prima adhuc dividitur in duas in
quarum prima determinat generationem soni secundum suam
formam et similitudinem in secunda ut ibi echo autem determi
nat de generatione eius secundum quandam sui passionem
In prima parte sic procedit primo dividit sonum in so
num actu et sonum potentia sicut patet in campana cum ac

tu percutitur actu est ibi sonus cum vero non percutitur est
in ea sonus in potentia secundo cum dicit. alia enim quidem
ex secundum istos duos modos soni determinando principia utriusque
soni et primo determinat principia soni in potentia dicens
ex non omnia corpora habent potentiam ut ex ipsis generetur
sonus quia huiusmodi corpora ut spongia lana et similia sonum non faci
unt. sed quaedam corpora habent potentiam ad hoc ut sunt
corpora firma sive dura plana et levia haec enim habent
potentiam ut ex eis generetur sonus ex quibus fit so
nus in actu in aere et in auditu sic ergo patet quod
ad principia soni in potentia sunt levitas firmitudo et
planities hoc facit primo secundo cum dicit fit autem
secundum actum determinat principia soni in actu et
habet ista pars duas. in quarum prima ostendit quae sunt huius
modi principia. in secunda ut ibi Sicut autem diximus qua
lia sunt in prima parte sic procedit primo dicit quod prin
cipia soni in actu sunt tria scilicet percutiens et percussum
et medium in quo fit percussio secundo cum dicit percussio
autem hoc probat sic sonus vel sonans non fit sine percussi
one ergo non sufficit unum praedictorum ad hoc quod fiat
sonus in actu immo exiguntur omnia tria non. enim fit
percussio nisi a percutiente et ad percussum adhuc autem
cum percussio sit per tactum et percussio huiusmodi non est sine mo
tu locali indigetur ergo ad hoc ut fiat sonus in actu
motu locali. Cum ergo motus localis non fiat sine me
dio patet ex medium est necessarium tria ergo ex ista ta
sunt necessaria. scilicet a quo fiat sonus. scilicet percutiens et ad quod
ut percussum et medium in quo fiat. consequenter cum di
cit sicut autem diximus determinat. qualia sunt
principia soni in actu determinans primo quale debet
esse percutiens et percussum secundo ut ibi. amplius audiens
Quale debet esse medium quale autem debeat esse
percutiens et percussum determinat dicens ex non omnium
ad invicem percussorum indifferenter. est sonus quia pili
et consimilia corpora ut supra dictum est. si ad invicem per
cutiuntur nullum faciunt sonum Sed oportet ut tam percuti
ens quam percussum ex quibus debet fieri vel generari so
nus sit firmum adhuc autem ipsum percussum praeter hoc
ex est firmum. oportet quod sit leve aut concavum a cor
pore enim levi generatur sonus propter expulsionem aeris
a partibus eius equaliter a prima percussione quod expla
nat consequenter cum dicit per duo exempla quorum unum
est de radiis reflexis a corporibus duris et equa
libus et fortiter reflectuntur congregatur ex eis u
na actio. aliud est ex hominibus trahentibus aliquod
ponderosum ex si simul et equaliter trahant. actio
nes eorum congregantur in unam actionem sicut

est cum percussum fuerit firmum et leue acer in quo debet generari sonus expulsus ab ipso apud percussionem secundum omnes partes suas equaliter expellitur et sic congregantur omnes partes in unam actionem hoc est ad generationem unius soni oportet enim motum esse unum ad hoc quod generetur sonus unus sed motus unus non est nisi a superficie una cuiusmodi est superficies plana et lenis si enim fuerit superficies aspera cum talis superficies non sit una sed quasi multe ab illa superficie non fiet motus unus et ideo ita per illum motum aut non generabitur sonus aut minus bene quam a superficie plana et leni sic ergo patet quod oportet fieri sonum a corpore leni a cauo et similiter per reflexionem aeris frequentem que fit in partibus corporis concauitas ex aere intra tales partes prohibetur exire immo expellitur de parte ad partem sicut pila ab obiecto et intelligendum est sed continuatio ex sonus cum generatur in aere non fit in eo ita quod aer qui expellitur a percuciente moueatur secundum se diuisus ab aliis partibus aeris usque ad auditum sed uult quod illud quod fit in aere de percussione illorum corporum ad inuicem simile sit ei quod fit in aqua cum lapis proicitur in paruam decentatione (?) quia apud percussionem fit in aere figura sperica aut prope sperica cuius centrum est locus percussionis per expulsionem ab illo loco equaliter aut prope cuius signum est quod sonus generatus potest audiri in quolibet puncto aeris equaliter distante a prohibente et nulla remotio ut dicit est naturalis a qua remotione non possit audiri ille sonus et propter hoc omnis percussio habet speram determinatam et generatur sic omnis secundum echo et sic est de sono similiter et de odore et colore scilicet quod mouent aerem ex omnibus partibus secundum illam figuram spericam quod vero cum dicit amplius auditur determinat quale debet esse medium in quo habet sonus generari dicens quod huiusmodi medium potest esse aer aut aqua et tamen in aqua minus fortiter redditur sonus quam in aere et quamuis tam aer quam aqua possit esse medium in quo generatur sonus tamen aer et aqua non possunt esse principia ex quibus possit sonus generari immo oportet esse corpora firma que ad inuicem percussa aut ad aerem et aquam faciant sonum sed quod generetur sonus ex percussione alicuius corporis ad aerem oportet esse per fortem percussionem ita scilicet ut aer maneat continuus et insolutus cum enim sic est potest resistere corpori firmo ad generationem soni sicut patet cum virga aut corrigia fortiter mota in aere hoc autem non contingit nisi velocitas percucientis excellat diuisionem ipsius aeris illud autem patet tamquam per signum in illis que tinata sunt facere sonum cuiusmodi est cimulus hare-

ne cum enim velocitas percucientis excellit diuisionem partium ad inuicem est ibi resistentia et generatur sonus.

¶ Echo autem et cetera. ¶ Determinatum est de generatione soni secundum quoddam suum accidens siue secundum quandam suam passionem et est de generatione soni secundi qui assimilatur sono primo in figura et qualitate qui quidem sonus dicitur echo vel sic procedit simul determinat primo quid sit ille sonus et eius suam generationem dicens quod ubi sonus fit in aere uno tinnato et est incluso ab aliquo obiecto tinnante et prohibente ipsum ulterius expelli a quo quidem repellitur simili pulsione priori sicut pila depulsa ad parietem simili pulsione repellitur cum enim motus aeris a primo percuciente perficitur expellitur aer a lateribus eius a quo continetur et percutit ipsum secunda percussione simili prime que facit sonum et sic auditur sonus iteratus qui respondens primo qui sonus dicitur echo et auditur quasi iteratus quod inter illos duos motus intercidit quies et hoc facit primo secundo cum dicit. videtur autem innuit quandam diuisionem illius soni non simpliciter sed quo ad nos et est quod echo quandoque est certus quandoque non certus semper enim fit echo licet non semper fiat certus quia semper fit repercussio soni licet non semper appareat et quod ita sit probat per simile in luce cum dicit quod accidit similiter est enim quo ad hoc de sono sicut de luce lux enim semper reflectitur licet non semper faciat umbram quod nisi sic esset nusquam fieret lumen extra locum in quem dyametraliter cadunt radii patet ergo quod semper fit reflexio lucis sed non semper a corpore tali quod faciat umbram ex parte altera manifestam sed quandoque reflectitur a corporibus dyaphanis cuiusmodi sunt aer et aqua licet non appareat propter debilitatem illius reflexionis a corporibus debiliter resistentibus et sic patet quod duplex est reflexio lucis una fortis que facit umbram manifestam alia debilis que non apparet similiter est de sono quod semper fit repercussio soni sed quandoque ita fortis quod generatur sonus priori sono in equalitate et figura assimulatus quandoque autem non apparet quod vero cum dicit. vacuum autem recte intendit de sono secundum suam immutationem ¶ de quo accidit dubitatio supra cuius propter quod determinatum est de sono et secundum suam generationem et secundum suam immutationem cuius causa potest esse quod sensus non prius generatur quam immutetur immo statim cum generatur immutat medium et mediante ipso auditum immutat. unde non potuit cognosci sonus propter suam immutationem nisi cognosceretur secundum suam ge-

natorum. De colore non sic est. potest enim color esse in actu et
sine immutatione et quia intensio non est hic de sensibilibus nisi in quan-
tum immutant sensum. propter hoc supposita generatione colo-
ris solum determinat de ipso quantum ad suam immutatio-
nem. de generatione etiam saporis et aliorum sensibilium
determinatur ex intensione in libro de sensu et sensato. hic
autem ex intensione de eorum immutatione. ista autem pars di-
viditur in tres particulas in quarum prima determinat quid est
immutatum in secunda ibi sonantium etc. Determinat enim
quid est immutans et qualiter in tertia ut ibi ipsum quidem
sonus etc. Determinat per quam naturam illud quod immuta-
tur recipit immutationem. primum autem determinat di-
cens quod bene dicebant ponentes vacuum esse. proprium medium
immutatum medium esse quo fiebat auditus et hoc non quia
posuerunt vacuum sed quia dixerunt aerem esse vacuum
ex hiis relinquens quod aer est illud quod proprie recipit
immutationem factam in sono. aer enim immutatus fa-
cit auditum et hoc quando movetur continuus et unus ipse enim
de se quia fragilis est et facilis divisionis non facit so-
num nisi cum repercutiatur a corpore plano et leni cum enim
a tali repercutitur manet unus et continuus quia ipsa super-
ficies plana una est. unius enim corporis plani et lenis est
superficies una. huius gratia ex hoc quod aer est illud quod
proprie immutatur. consequenter cum dicit sonativum quidem
etc. monstrat quid est immutans et quo dicens quod
sonativum sive huius sonum est immutans et hoc est cum est
motivum unius aeris continui usque ad auditum
ita scilicet quod moveat primo aerem unum et contiguum qui
quidem existens contiguus cum aere connaturali ipsi
auri movet illum aerem connaturalem et ipse adhuc
motus moveat et immutet ipsum auditum et quia au-
ditus sic fit mediante aere cum naturali propter hoc non indif-
ferenter audit. aer secundum quamlibet partem sui unde aer im-
mutatus a sono indifferenter transit. in quamlibet partem
sed solum audit animal secundum illam partem sui in qua
edificatur ille aer connaturalis qui est pars auris con-
sequenter cum dicit ipsum quidem determinat per quam na-
turam aer recipit immutationem a sono intendens
quod propter hoc quod nullum habet sonum proprium actu sicut enim
dyaphanum eo quod nullum habet colorem recipit omnes
colores. similiter aer quia nullum habet proprium sonum est in
potentia ut immutetur ab omni sono et causam propter quam nullum
habet sonum dat cum dicit propter id etc. quia fragilis est
et facilis divisionis et hee conditiones repugnant nature
sonativi. Sumptum quamvis de se sit fragilis et faci-
lis divisionis et ita non habet sonum tamen per fortem

percussionem excellentem suam divisionem per quam prohibetur
sua divisio et corruptibilitas potest sonare ut patet ex for-
titudine cum resistit percutienti aut cum ipse aut cum corpora fir-
ma percutiantur ad invicem ex quorum forti percussione prohibetur
disgregatio aeris cum sic est movetur aer et sonat et hoc conti-
nue usque ad aerem connaturalem ipsi auri qui quidem
aer connaturalis est de se eo modo quo movetur aer exterior
et hic nec per fortem motum prohibeatur suscipere omnes so-
ni differentias quod autem audimus mediante huiusmodi aere connatu-
rali propter hoc audimus in aqua dum aer non ingreditur ipsum
aerem cum naturalem neque aurem ipsam eo quod tortuositates sunt
auris introitum aque prohibentes. ad corruptionem aeris
generalis cum etiam accidit quod aqua intret ad aerem
connaturalem et corrumpat ipsum non audiretur in aqua
sicut non videretur si pellis esset extensa in pupilla ad
huc. autem signum quod fit auditus mediante illo aere
connaturali est quod auris semper sonat sicut cornu quod
accidit quia aer connaturalis ipsi aeri mediante quo fit
auditus semper movetur quodam motu sibi proprio quamvis predictum
sit ipsum esse immobile de se quo movetur aer exterior
sonus enim exterius generatus non est eiusdem nec motus per
quem generatur sonus ille motu tamen proprium et sonum quem
prius semper videtur habere qui eisdem ita prius est. quod
non prohibet discretionem alterius soni exterioris et quia sic fit
auditus ut dictum est. mediante isto aere cum naturali
propter hoc dicebant quidam auditum fieri per vacuum estiman-
tes illum aerem connaturalem nichil esse nisi vacuum. consequenter
cum dicit utrum autem sonat movet quandam dubi-
tationem superius predictam et solvit dictum est in superioribus quod sonus
fit mediante percussione et percusso fit a percutiente et
ad percussum dubium posset esse utrum sonus fiat
a percutiente aut a percusso aut ab utroque. et determinat
quod ab utroque sed differenter etenim a percutiente sicut
ab agente et a percusso sicut a subiecto. quod probat per hoc quod so-
nus est. motus aeris. qui movetur a corpore percutientis
sive percussi. sicut quando movetur repercutitur a corpore levi sicut si-
cut aliquid movetur repercutitur a corpore levi ostendit per-
cussum sive aliud leve sicut gratia motus vel excussio a corpore
levi attribuitur percutienti ut agenti et percusso ut subiecto
ex quo concludit cum dicit. Non gratia. quod non omne percuti-
ens ad quodque percussum facit sonum ut quidam esti-
mabant. quoniam si acus obiciatur acui aut huiusmodi corpora ad
invicem percutiantur que plana et lenia non sunt. sonum
non faciunt. et hoc quia oportet illud. quod percutitur regulare esse
id est leve firmum et planum si debeat fieri sonus con-
sequenter cum dicit. Differentie autem Determinat de

differentias soni in communi declarans de ipsis quod non possunt comprehendi sine sono et tactu sic et dicit soni que sunt acutum et grave proportionantur acuto et gravi in tangibili sed in tangibili ita est quod non comprehenduntur acutum aut grave sine tangibili in tactu ergo in sono ita erit quod non comprehenduntur acutum et grave que sunt differentie proprie soni nisi in sono et in tactu. Circa hanc rationem sic procedit primo ponit conclusionem et confirmat eam per simile in colore et in lumine et sicut colores non comprehenduntur sine lumine in tactu sic differentie soni non comprehenduntur in sono tactu. Secundo cum dicit · hec enim dicuntur · dat medium rationis predicte scilicet quod acutum et grave in sono dicuntur secundum proportionem ad acutum et grave in tangibilibus. Tertio cum dicit acutum enim declarat illud medium sic acutum tam in sono quam in tangibili movet sensum in parvo tempore multum grave autem utrobique movet sensum in multo tempore parum ex quo patet quod acutum et grave hinc inde proportionantur et quia crederet quis ex hoc quod nunc dictum est acutum esse velox et grave tardum quod scilicet acutum in parvo tempore multum movet et grave in multo tempore parum removet hoc cum dicit · Neque tamen dico quod non proprie hoc dicitur acutum velox nec grave tardum proprie sed potest dici motus acuti sicut velocitas et motus gravis sicut tarditas · communiter loquendo non tamen velox acutum aut grave tardum velox enim et tardum proprie attribuuntur ipsi mobili acutum autem et grave ipsi moventi adhuc autem subiungit cum dicit et videntur quod acutum et grave in sono similitudinem habent ad acutum et hebetem in tangibili acutum in tangibili pungit proprie sed acutum in sono non proprie sed communiter pungit hebes et in tangibili pellit proprie sed grave in sono non proprie sed communiter pellit et est hec similitudo ut dictum est inter hec quia acutum utrobique in parvo tempore multum movet sensum sed tamen hebes in tangibili quam grave in sono in multo tempore parum movet · sensum ex quo concludit quod contingit secundum similitudinem et communiter loquendo quamvis non proprie vocare acutum velox et grave sive obtusum tardum. Consequenter cum dicit de sono quidem epylogat · dicens sic determinatum esse de sono in communi

## Vox autem sonus quidam et cetera.

In hac parte est intentio de quadam specie soni nobilissima et famosa scilicet de voce et si queratur quare descendit ad determinandum de aliqua specie soni cum tamen prius non determinavit de aliqua specie coloris potest dici hoc esse quia ut dictum est in libro determinat de sono et hoc secundum generationem et secundum sui immutationem et quia vox differt a sono in modo generandi se adduntur enim quedam principia propria ad generationem vocis principiis necessariis in generatione soni propter hoc conveniens fuit determinare de voce et determinat de voce secundum generationem et non secundum sui immutationem quia quantum ad suam immutationem non differt a sono et quamvis determinet de voce non tamen voce habuit determinare de eius opposito quod est non vox quia non vox nullam naturam addit supra naturam soni sed solum privationem nature complentis vocem. Dividitur autem hec pars in duas in quarum prima determinat quid est vox et secundum quod membrum in secunda ibi Oportet percussio ex parte prima concludit diffinitionem propriam per principia ex quibus est conveniens. Prima adhuc habet duas in quarum prima determinat quid est vox in secunda ut ibi organum autem. Determinat secundum quod membrum generatur vox. Prima adhuc habet duas in quarum prima ostendit quod solius animalis est vox et non omnis in secunda ut ibi vox autem sonus est. Determinat cuiusmodi animalis est vox in prima parte sic procedit primo ostendit quod vox est solius animalis secundo ut ibi multa autem animalium declarat quod non est omnis animalis primum sic declarat solius animalis sunt hec tamen sonus sine extensio melos et locutio et hoc proprie inanimatorum enim non sunt hec nisi secundum similitudinem instrumentis enim sed similitudine videntur inesse sed hec tamen predicta appropriantur voci ergo solius animalis sonus est vox huius rationis primo ponit conclusionem secundo cum dicit inanimatum enim ponit maiorem tertio ut ibi sed enim ponit minorem. Et intelligendum ad explanationem maioris quod extensio melos et locutio se habent ad invicem sicut materialia et formalia est enim extensio materialis ad melos et hec duo sunt materialia ad locutionem possumus vocare extensionem sonum protractabilem per spatium aliquod temporis cuiusmodi est sonus vocalis est enim protractabilis secundum durationem aliquod temporis sed sonus consonantis proprie dictus sic protractabilis non est quia consonans per se sonum non habet. Melius autem potest dici vox canendo suspensa producens nunc acumen nunc gravitatem super extensionem que materialis est ad ipsum locutio autem potest appellari continua productio figurationum et intensionum simul cum intensionibus et figurationibus impressis a parte virtutem imaginativam et appetitivam ab istis enim virtutibus est ut infra dicit Aristoteles et isti productioni proprie

figurationum est illius tam extensio sive sonus quam melos. Consequenter cum dicit *multa autem animalium* declarat quod vox non est omnis animalis. Unde sic procedit: primo dicit quae sunt animalia voce carentia; secundo dat causam eius quod dictum est; tertio removet quandam dubitationem. Circa hoc dicit quod primo quod multa sunt animalia vocem non habentia. Huiusmodi sunt animalia vocem carentia sanguine et etiam pisces sanguinem habentes. Secundo cum dicit *et hoc rationabiliter* dat causam huius, et est quia vox est sonus factus per motum aeris; huiusmodi animalia non habent instrumenta receptiva aeris ex cuius motu est sonus qui est vox, propter hoc huiusmodi animalia vocem non habent. Tertio cum dicit *sed dicuntur vocare* removet quandam dubitationem. Super hoc dicitur enim quod in quodam fluvio sunt pisces qui videntur vocem facere, et ita non videtur verum quod dicit pisces non habere vocem. Hoc removet dicens quod illi pisces non faciunt sonum nisi fortiter expellendo aquam per branchos suos per viam narium, aut per motum alicuius alterius partis ipsorum, qui quidem sonus vox non est nisi equivoce. Unde hoc non est contra hoc quod dixit pisces non habere vocem. ¶ Si queratur quare animalia carentia sanguine non habent instrumenta per quae formetur vox, similiter et pisces, potest dici quod animalia carentia sanguine cum sanguis est subiectum caloris naturalis exiguum et debilem habent calorem, ad cuius mitigationem sui temperamentum sufficit spiritus naturalis. Propter quod non indigent respirare aera ad illius caloris mitigationem; ergo natura non ordinavit eis instrumenta per quae deberent aerem inspirare, cum quibus mediantibus talibus instrumentis generetur vox ut infra patebit. Necesse fuit huiusmodi animalia vocem non habere. Et forte consimili ratione non habent pisces huiusmodi instrumenta. Quamvis enim pisces sanguinem habeant, non tamen multum habent de sanguine et ita nec multum de calore; immo de sua complexione frigidi sunt, sic et habitantes continue in aqua; et propter hoc tam frigiditas naturalis intrinseca quam accidens extra operatur ad mitigationem illius caloris; illa operatio propter quod non indigent pisces respirare aera, non ordinavit eis natura instrumenta per quae respirent. Et ita ut prius cum careant huiusmodi instrumentis necessario carent voce. Ad hoc etiam quod habitaculum piscium est in aqua. Et ita non continuatur eis aer quem possint inspirare; frustra haberent instrumenta respirandi, cum igitur nichil sit frustra apud naturam, talia instrumenta non habent, quare nec vocem. Consequenter cum dicit *vox autem sonus est* declarat cuiusmodi animalis est vox. Sicut cum vox sit sonus animalis ut ostensum est, non animalis secundum quamcumque partem sed secundum talem partem secundum quam inspiratur aer et ad quam inspiratus verberatur. Oportet enim ad hoc

quod generetur sonus qui est vox esse verberans et verberatum et etiam medium in quo. Et quidem aer potest enim aer dici et verberatum et medium in quo verberatur. Uno igitur modo vox solum erit animalis habentis talem partem per quam contingit animal aera inspirando et respirando. Huius rationis primo dat medium; secundo ut ibi *rationabiliter autem* dat causam medii. Circa quod intelligendum est quod uno modo potest dici quod partes arterie in qua generatur vox, ut patebit post, generantur ad invicem et per eorum concursum primo retinetur aer et post expellitur. Unde potest dici percutiens ipsa arteria et etiam percussum uno modo; percutit enim unaquaeque pars arterie ipsum aerem ad aliam arteriam, et sic uno modo est arteria percussum et alio modo aer. Sed aliter volunt quidam vocem generari, concurrentibus ad instrumenta ista, scilicet quod pulmo contrahit aer ad mitigationem caloris cordis; ipsum verberat ipsum aera ad arteriam; intra utraque scilicet et pulmonem et arteriam retinetur aer ad informationem et generationem vocis; in eius exitu fit vox in medio sic intensio et immutat auditum. Et ex hoc videtur esse pulmo verberans et arteria verberatum. Circa rationem praedictam sic procedit: primo ponit ipsam ut dictum est; secundo cum dicit *iam cum respirant* confirmat suam conclusionem per simile, dicens quod aer inspiratus congruit naturae in duo opera, sicut et lingua. Congruit enim lingua in duo opera naturae, scilicet in gustum et in loquelam. Sed in gustum quantum ad esse animalis; sine enim gustu non vivit esse animal, et propter hoc gustus pluribus animalibus inest quam insit loquela. Loquela enim congruit naturae propter bene esse omnino. Similiter aer inspiratus congruit naturae in duo opera, scilicet ad infrigidandum sive ad mitigandum calorem naturalem interiorem, qui nisi mitigaretur statim corrumperet corpus totum, et hoc opus naturae congruit propter esse. Propter quam tamen causam indigetur aere inspirato ad mitigationem corporis dicet alibi et dicendum, et hoc dicit commentator dicit in libro de ... quem composuit Aristoteles qui non dum pervenit ad nos. Congruit etiam aer inspiratus naturae propter vocem, et hoc propter bene esse; et ita sola animalia illa habent vocem quae habent instrumenta secundum quae posset fieri aeris inspiratio. Consequenter cum dicit *organum autem* declarat secundum membrum quod animalis vocem habentis est vox, dicens quod secundum arteriam vocalem sive vocativam per quam inspiratur aer, et ad quam inspiratus percutitur ad vocis generationem, et subiungit causam propter quam indiget animal ista arteria, et est una causa pulmo in quo multum habundat calor naturalis propter calorem. Unde illa animalia partis dicuntur animalia gradientia et sanguinem habentia calidiora aliis a

animalibus. Unde indiget arteria propter hoc membrum quod est via per quam viam inspiratur aer ad mitigationem caloris illius partis. Causa autem propter quam indiget arteria est cor in quo maxime habundat calor naturalis ad cuius mitigationem per arteriam oportet aerem inspirari. Unde aerem inspiratum per arteriam necesse est ingredi ad mitigationem caloris circa membra predicta. Secundo dicit esse tamen secundum continuatorem quod inspirationis principium est cor, principium autem exspirationis est pulmo. Consequenter cum dicit: *Ex percussio* concludit diffinitionem vocis ex principiis premissis ex quibus est convenientem. Ubi sic procedit: primo concludit ipsam diffinitionem et est quod vox est percussio aeris respirati ad vocalem arteriam et hoc ab anima imaginante que est in hiis partibus. Consequenter cum dicit: *Non enim omnis* declarat partes positas in ipsa diffinitione et primo ultimam que est ab anima ymaginante. Secundo declarat totum residuum dicte diffinitionis. Primum declarat dicens quod sicut dictum est prius non omnis anime vel sonus est vox. Est enim aliquando aliquis sonus lingue et est sonus tussientis et huiusmodi sonus nullus est vox; immo ad hoc quod generetur vox oportet aliquid esse verberans et hoc cum ymaginatione, quod probat per hoc quod omnis vox est sonus significativus. Huiusmodi sonus non fit nisi precedente ymaginatione et non est vox sonus qui habet aeris respirati ut sonus tussientis aut huiusmodi. Propter quod [illegible] quod vox non fit nisi ab anima ymaginativa. Et dicit continuator quod autem [illegible] propter hoc quod generatio vocis completur duabus virtutibus anime quarum una est concupiscibilis et alia ymaginativa. De quo videtur dubium, quia si sic videtur quod omnis vox representet ymaginabile sive ymaginatum et non intellectum. Si dico ille due virtutes sufficiunt ad vocem, contrarium oppositum videtur. Videtur enim vox esse nota intelligibilium quarum passionum acceptarum ab anima intellectiva. Adhuc si virtus ymaginativa et concupiscibilis sive appetitiva sufficiant ad vocem, tunc cum omne ymaginabile inquantum tale comprehendatur suo motu aut magnitudine aut figura vel significabitur per vocem nisi huiusmodi. Adhuc autem si intelligibilia substantie separate per vocem significari non possunt cum non sint apprehensibiles a virtute ymaginativa. Et potest ad hoc dupliciter responderi. Uno modo ut volunt quidam: concedo illa esse, quia nichil potest significari per vocem nisi quod comprehensibile est a virtute ymaginativa, et si intelligibile comprehendatur a nobis hoc non est secundum essentias naturales sed secundum suos effectus qui aliquo modo sub ymaginatione cadunt. Propterea autem posse intelligentiam significari per vocem nisi in suis effectibus. Alio modo potest dici distinguendo vocem. Est enim vox significativa aut a natura aut ab impositione. Et omnis vox que naturaliter significativa est non significat nisi precedente ymaginatione, cum enim a prius virtutem ymaginativam impresse fuerint informationes et intensiones alique, ipsa virtus ymaginativa movet virtutem appetitivam que quidem mota movet instrumenta [illegible] ad generationem vocis et format vocem inquantum potest similem intensionibus prius acceptis in virtute ymaginativa. Unde dicitur vox aliquando significativa quoniam autem sui ipsius aut intensionis prius accepte in ymaginativa. Verba enim [illegible] sic significant aut sic et certe voces huiusmodi. Alio modo est dicere vocem significativam ab impositione et hoc per virtutem superiorem ymaginativa aut appetitiva ut per virtutem rationalem sive intellectivam que quidem ad hoc quod imponat vocem non respicit virtutem ymaginativam. Unde quamvis vox non generetur nisi a virtute ymaginativa et appetitiva, non propter hoc sequitur quod nichil significetur per vocem nisi quod cadat sub ymaginatione. Et per iam dicta potest intelligi illa propositio quam dicit Aristoteles quod vox est sonus significativus. Si enim obiciatur quod quedam est significativa et quedam non significativa, potest dici quod hec divisio cadit circa vocem significativam ab impositione et dicitur vox non significativa que non significat ab impositione. Consequenter cum dicit: *Signum illius declarat* residuum diffinitionis predicte, scilicet quod vox est repercussio aeris respirati ad arteriam, quod declarat sic per signum: nos non possumus formare aerem ad generationem vocis dum inspiramus aut expiramus, immo oportet ad hoc quod generetur vox aerem inspiratum retinere et verberari ad ipsam arteriam ut percutiat ipsam arteriam. Dum hoc fit reddi ociosam ab actione inspirandi aut exspirandi, ex quo signum est quod vox est percussio aeris respirati ad arteriam. Circa hanc rationem sic procedit: primo ponit conclusionem suam, secundo ut ibi *Signum autem* dat ipsius signum quod patet, ultimo cum dicit *Manifestum autem* ex ipsa diffinitione infert quoddam corollarium. *Manifestum est* quod pisces non habent vocem, quia prius supposuit. Hec causa est quia non habent arteriam sive instrumenta per que possit fieri aeris inspiratio aut expiratio, et hoc quia non indigent inspiratione aut exspiratione. Propter tamen quam causam inspirent aut expirent dicit alibi determinandum esse, quia facit ut videtur continuator.

## De odore autem et cetera

Intensio in hac parte est determinare de obiecto olfactus, scilicet de odore, et determinat immediate post determinationem de colore et sono de odore tamen quia sentitur

odor per medium extrinsecum sic et propter hoc tum quia sensus olfactus et odorem obiectum plus secundum suum esse elongatur a natura quam gustus et tactus de quorum sensibilibus determinat post. Dividitur autem ista pars in duas. In quarum prima ostendit quod non est eque bene determinabile de hoc sensibili scilicet de odore sicut de colore et sono. In secunda ut ibi *videtur autem analogiam* determinat de hoc sensibili prout potest. Primum ostendit sic: non est ita manifestum nobis quid sit odor et que sint species differentie ipsius sicut est nobis manifestum quid sonus et quid color, quare minus determinabile est bene de odore et suo sensu quam de aliis sensibilibus et aliis sensibus. Huius rationis primo ponit conclusionem, secundo dat medium cum dicit *non enim manifestum*, tertio cum dicit *causa autem* dat causam medii, et est quia nos habemus hunc sensum scilicet olfactum incertum et peiorem multis aliis animalibus, propter quod non est nobis ita manifestum quid sit odor quod est obiectum eius et que sint species differentie ipsius sicut est de aliis sensibus. Et quod habeamus hunc sensum scilicet olfactum incertum et peiorem aliis animalibus probat cum dicit *prave enim* per hoc quod homo prave odorat. Et hoc quia non odorat nisi extremos odores quos non comprehendit nisi dolore cum delectatione vel tristicia. Et hoc propter incertitudinem olfactus sicut quedam animalia habentia duros oculos et male videntes, cuiusmodi sunt pisces, non comprehendunt nisi extremos colores et illos non sentiunt nisi cum terrore aut non terrore, sic homo quia non odorat nisi extremos odores non odorat nisi cum delectatione et tristicia. Propter ea incertum habet hunc sensum et peiorem aliis animalibus.

Unde quo dubitatur cum virtus sensitiva in homine quodam modo perficiatur virtute intellectiva et aliis animalibus non, ut videtur multo meliorem deberet homo habere unumquemque sensum aliis animalibus et ita olfactum. Et potest dici ad hoc quod hec est causa scilicet ex parte ipsius odoris quod odor consistit in habundantia siccitatis et instrumentum olfactus valde humidum est et maxime est humidum in homine propter quod talis sensibilis ad tale instrumentum non est proportio in homine et ita nec eo conveniens aut sufficiens apprehensio. Licet in multis aliis animalibus ab homine sit hoc verum quia non habent instrumentum olfactus valde humidum est et maxime humidum in homine propter quod talis autem adeo humidum sicut homo. Consequenter cum dicit *videtur autem analogiam* determinat de odore prout potest et dividitur illa pars in duas. In quarum prima determinat de odore secundum suam substantiam, in secunda ut ibi *est autem sicut auditus* determinat de odore secundum suam immutationem. De odore autem secundum suam substantiam non determinat nisi secundum analogiam quam habet ad saporem, inveniuntur enim odor nisi in habente saporem ut declaratum est in libro de sensu et sensato. Unde procedit: primo dicit quod iste sensus scilicet olfactus videtur habere analogiam ad gustum et species sensibilis huius sensus scilicet olfactus ad species sensibilis ipsius gustus. Secundo removet quandam dubitationem sicut hic nascentem. Tertio determinat in quo consistit hec analogia. Primam partem secundum facit cum dicit *sed certiorem etc.* quia enim dictum est quod nos habemus olfactum incertum et nunc ultimo sit dictum est quod olfactus analogiam habet ad gustum, et hoc posset putari quod nos sic haberemus gustum incertum sicut olfactum. Hanc dubitationem removet dicens quod nos habemus gustum certiorem quam olfactum et hoc est quia gustus est quidam tactus et nos habemus inter omnia animalia sensum tactus certissimum, licet enim quedam alia animalia quosdam alios sensus a tactu habeant certiores nobis, nos tamen excellimus omnia alia animalia secundum tactum. Huius causa potest esse quia complexio hominis consistit in maxima equalitate inter omnia animalia que quidem complexio est ex calido frigido sicco et humido que sunt sensibilia sensu tactus, propter quod discretissime iudicat homo secundum hunc sensum, et quia homo habet tactum certissimum ideo est quod inter omnia animalia est animal prudentissimum, quia enim est animal temperate complexionis est ibi maxime conveniens armonia et proportio propter quod obedit corpus virtuti rationali et nimio forma illius forme in materia quod est maxima prudentia. Et quod homo sit animal prudentissimum per certitudinem tactus confirmat per signum cum dicit *signum autem*, et est quia in genere hominum illi sunt prudentiores et nobilius intelligentes et mente aptiores qui sensum scilicet tactum habent certiorem. Molles enim carne sunt apti mente, minus autem prudentes sunt et minus bene intelligentes et mente ineptiores sunt qui hunc sensum scilicet tactum minus habent certum; videmus enim fortes et duros carne ineptos mente, et dicit commentator quod adeo est hoc verum quod qui inspexerit homines valde intelligentes et excellentes semper inveniet eos molliciem carnis habentes.

Unde hic dubium est cum mens sive intellectus illius membri corporis actus sit equatur ad diversitatem actus corporalis ut carnis diversificetur mens sive intellectus. Et potest ad hoc dici quod operatio intellectus hominis inquantum homo non est nisi mediante ymaginatione

quia ymaginatio non absolvitur a condicionibus ipsius corporis set licet intelle
ctum talis non omnino absolvitur a condicionibus corporalibus et
ideo diversificatur cuius operatio tenetur sed diversitatem complexio
nis ipsius corporis et sic sibi tamen ut videtur in illis in quibus
plus viget ymaginatio ut melancholici et frenetici nobili
orem habebunt intellectum quod non est verum et dico quod quia
plus viget subtilius ymaginando et per subtilitatem formas
a condicionibus materialibus abstrahendo nobiliorem debent habere
intellectum. In quibus tamen viget ymaginatio per naturam
ipsius tamen et sub condicionibus materialibus ut est in predictis nec quod.
Et notandum quod ymaginatio sub condicionibus materialibus ut in melan
cholicis et hiis et est ymaginatio in sapientibus abstracta
a condicionibus materialibus de hoc autem quod innuitur dicit quod aranea
fortius nos in tactu cum tamen hic dicat primum quod intel
ligi quod aranea subtilius utitur tactu quam homo
apprehendendo motum mediante tactu non tamen indi
de sensibilis tactu addit cum discretio quod parte hominis in
tangendo quam aranea non habet. quod continuatur cum dicit **est
autem sicut humor** determinat in quo consistit analogi
a sive similitudo inter olfactum et gustum intendens
quod sicut in obiecto gustus sunt extrema sapor dulcis et
amarus et quibus sunt sapores medii sicut in obiecto
olfactus sunt odores medii extremi odor dulcis
et amarus et quibus sunt odores medii adhuc autem inquire
dum sic est quod in eodem subiecto simul sunt sapor dulcis
et odor dulcis aut sapor amarus et odor amarus in quibus
dam autem non sic immo quibus simul sunt odor dulcis et
sapor amarus et quibus sapor dulcis et odor amarus et sic
dulce et amarum proportionaliter dicuntur de sapore
et de odore sicut alie differentie saporis transumptive
predictum et sic sunt differentie saporis set licet sed similitu
dinem denominantur odores a saporibus consequenter cum
dicit **est autem sicut auditus** intendit de odore et
sui immutatione et dividitur illa in duas in quarum prima de
terminat de immutatione odoris quantum ad illud quod
immutatur scilicet quantum ad sensum et quantum ad me
dium. In secunda ut ibi **Est autem odor.** quantum ad illud
quod immutat. prima adhuc habet duas in quarum prima
determinat de immutatione odoris quantum ad sen
sum. In secunda ut ibi. **est autem et olfactus** quantum
ad medium immutatum odoris quantum ad sensum
determinat dicens quod sicut auditus immutatur a sono
et non sono et visus a colore et non colore sicut ol
factus immutatur a suo sensibili quod est odorabile
et sua privatione quod est non odorabile et quod non odora

dicitur multipliciter dividit ipsum consequenter cum dicit **Non odorabile**
et hoc ut pateat quomodo non odorabile fit immutative ol
factum distinguens non odorabile tripliciter. aut scilicet quod omnino
non habet odorem aut quod parvum delectabilem aut quod pravum
vel excellentem et corrumpentem habet odorem et sic dicitur in
gustabile tripliciter et non audibile et non visibile consequenter cum
dicit. **Est autem** determinat de immutatione odoris
quantum ad medium et dividitur illa pars in duas in quarum
prima ostendit quod olfactus immutatur ab odore per me
dium prius immutatum quod est aer aut aqua. In secunda
ut ibi **videtur et dubium** movet quandam dubitationem super
hoc et solvit primum ostendit sic tam animalia aquatica quam
non aquatica tam sanguinem habentia quam non habentia et adhuc
sanguinem habentium tam anhelantia quam non anhelantia
moventur ad suum nutrimentum ab odore immutando aliquam
aerem aliquam aquam ita quod quedam a valde remotis mo
ventur ut ad suum nutrimentum ut apes que sunt sine san
guine in aere et pisces sanguinem habentes in aqua
sicut et vultures et tigrides moventur ad suum nutrimentum
a valde remotis experimentum enim est quod tigrides in grecia
movebantur a quingentis miliaribus sive leucis ad
cadavera mortuorum in prelio qui adhuc non movebantur
nisi per olfactum immutatum a medio prius immutato
a sensibili ex quo patet manifeste quod olfactum fit per
medium prius immutatum ut per aerem aut aquam
hiis rationibus primo ponit conclusionem secundo dat medium
cum dicit. **et utraque** tertio cum dicit **videtur et dubium
est** hic movet quandam dubitationem sive predictam in prima parte
nascentem quod enim prius dictum est quod animalia respiran
tia sentiunt odores et hec non videntur eodem sensu
sentire odores set per hoc posset aliquis putare quod non
sentiant odores eodem sensu hanc dubitationem movet
in hac parte et determinat et procedit sic primo ponit
ipsam dubitationem cum sua ratione secundo ut ibi **Set
impossibile** ipsam determinat. dubitatio ipsa patet quod
predictis est rationem dat cum dicit. **Non autem respirans**
quia videtur concludere falsam propter illius dubitationis et
est animalia respirantia solum odorant in respiran
do. et expirando que autem in retinendo aerem
inspirant non odorant et hec neque odores remotos ne
que propinquos quamvis etiam ponantur super ipsum sen
sum hoc enim est commune omni sensui quod non sentiant se
nsibile positum super sensum sed sentientibus per respira
tionem proprium est ut non sentiant. nisi in respiran
do sicut predictum est et hoc patet per experimentum tum

quod animalia respirantia solum odorent respirando animalia non
respirantia respirando non odorant. et non respirant quod vide-
tur alio sensu sentire odores quam animalia respirantia
et ita ut videtur oportet ponere in talibus sensum alium a quinque
sensibus predictis et ita sex sensus preclares (?) quorum cum dicit
Set impossibile esse determinat istam dubitationem ostendens pri-
mo quod hec animalia et illa sentiunt eodem sensu. secundo
secundo ut ibi videtur autem et cetera dat causam propter quam animalia
respirantia solum odorant respirando. et non respi-
rantia non. Et nisi solvit rationem confirmantem dubitationem
predictam ad primum ostendendum dat duas rationes quarum
prima est tam animalia respirantia quam non respirantia
sentiunt odores ut patet ex predictis quod sentiunt eos eodem
sensu sive cum fuerit odorabile mali odoramenti sive bo-
ni sensus comprehendens ipsum est olfactus. secundo enim est unius
sensibilis nisi unus sensus. hanc rationem primo ponit secundo cum dicit
odorabilis enim verificat necessitatem quintam ut dictum est conse-
quentia cum dicit. amplius autem dat secundam rationem ad idem
et est huiusmodi animalia non respirantia infirmantur et cor-
rumpuntur a fortibus odoribus eisdem ex quibus corrumpuntur ani-
malia respirantia ut ex odore sulphuris aut aliorum
putrefactorum aut huiusmodi. quare ipsa animalia non respi-
rantia habent olfactum quo comprehendunt illos odores sicut
respirantia aliter enim non corrumperentur eodem odore. huius ra-
tionis primo dat medium secundo ut ibi olfactum quidem
confirmat conclusionem quintam (?) cum dicit videtur autem. per has du-
as rationes consentiens in hanc partem dubitationis quod sen-
tiunt odores per eundem sensum tam respirantia
quam non respirantia. dat causam quare animalia respirantia
ut homo et huiusmodi non odorant. nisi inspirando in to-
ta enim hac parte per hominem dat intelligere anima-
lia respirantia et carentia sanguine sive non respiran-
tia non odorant per inspirationem ex qua causa solvitur
ratio confirmans dubitationem predictam et est causa quod sensus ol-
factus quamvis non differat in his animalibus et in aliis in compre-
hendendo odores in esse spirituali differt tamen quantum ad
cationem (?) instrumenti mediante quo comprehendit odores
sicut oculi hominis differunt ab oculis animalium ha-
bentium fortes oculos cuiusmodi sunt pisces oculi enim
hominis habent palpebras que si moveantur et germinatur (?)
non videbit. oculi autem animalium habentium fortes
oculos huiusmodi velamen non habent immo statim videt
ea que se eis offerunt in lucido et similiter animalia non
respirantia non habent cooperimentum super instrumentum olfac-
tus ad cuius elevationem et remotionem indigeant

respirare ad hoc quod comprehendant odores. animalia autem respiran-
tia habent huiusmodi cooperimentum super instrumentum olfactus
quod cooperimentum removetur per inspirationem cum ampliantur
vene et pori et propter hoc huiusmodi animalia non sentiunt o-
dores nisi inspirando tunc enim solum discooperitur istud (?)
illo cooperimento Et ex hoc concludit cum dicit. et propter
hoc quidem quod animalia respirantia non odorant in aqua
et hoc est inspirando necessarium ad hoc quod odorent sed in-
spirare non possunt in aqua cum per aquam interpositam
prohibeantur attingere aera quare huiusmodi animalia in aqua
non odorant et intelligendum secundum commentatorem quod cooperimentum in
instrumento olfactus quod vocatur nasum est propter necessitatem
et defensionem instrumenti et non propter melius sive propter eius nobi-
litatem cooperimentum autem ipsius oculi scilicet palpebre non
tamen sit propter necessitatem sed propter melius et propter hoc secundum ipsum
non sequitur quamvis homo habeat visum nobiliorem aliis carentibus
cooperimento oculorum quod propter hoc habeat olfactum certiorem anima-
libus carentibus cooperimento instrumenti olfactus propter enim aliam
causam et aliam habet cooperimentum hinc inde consequenter cum dicit
Est autem odor Determinat de immutatione odoris quantum
ad illud quod immutat. dicens quod odor immutat medi-
um et olfactum per naturam partis sicce habundantis in
ipso. sicut sapor immutat per naturam partis humide in ipso
habundantis hoc enim intelligit per hoc quod dicit quod odor
est sicci sicut sapor humidi quod manifestum est ex
libro de sensu et sensato. ubi vult quod sapor consistit
in humido aqueo aliquid passo a sicco terreo et odor in sic-
co igneo aliquid passo ab humido et aereo. terreo super
quod accidit dubitatio si enim sapor est humidi passi a sicco
et odor sicci passi ab humido. cum humidum et siccum
sint qualitates tangibiles et sapor est quoddam tangi-
bile videtur quod odor erit quoddam tangibile et ita
sicut gustus est tactus quidam quare similiter odor vel olfactus
erit quidam tactus. Et potest dici ad hoc quod non sequitur
et hoc quia ut dictum est. odor est sicci ignei passi ab
humido aereo quorum neutrum tangibile est. secundo enim
discernimus tactu siccum in igne sed calidum vero hu-
midum in aere sed calidum propter quod scilicet odor erit qui-
dam tangibile. scilicet olfactus quidam tactus sapor
autem est humidi aquei passi a sicco terreo. quorum utrumque
tactu discernitur discernimus enim per tactum humidum
in aqua et siccum in terra et propter hoc sapor quod est
gustabile est quoddam tangibile et ideo potest gustus
esse quidam tactus. ¶ Et iam determinatum est de
immutatione odoris quantum ad sensum et cetera

ad medium et est contrarium ad ipsum immutatum secundum odorem sub
iungit cum dicit. Olfactus autem omnis sic habet olfactus ad o
dorem dicens quod olfactus ante immutationem est in potentia ta
le quale est odor in actu vel in potentia. vel susceptivus odo
ris completa autem immutatione actu habet ipsum. Ex predictis est
quod omnia tria sensibilia de quibus determinatum est scilicet sonus co
lor et odor immutant medium quod est aer aut aqua et
posset dubitari utrum per eandem naturam aut non. Propter hoc
intelligendum est ad plenius ad eorum differentiam quod medium immu
tatur a colore per naturam dyaphani actu illuminati
a sono autem inquantum mobile est et segregabile ab odore tan
tum valde passibile. aliter enim non immutaretur ab odore nisi
esset valde passivum et de facili cum odor immutet per natu
ram per siccitatem humidum in eo et si obiciatur quod siccum
est passivum est enim siccitas qualitas passiva. Propter hoc
non habet naturam activam quare per naturam sicci non debet
medium immutari. dicendum est quod siccum non est ita passivum
quin aliquo modo sit activum quamvis non perfecte unde immutare
posset licet non fortem immutationem et propterea immutatur
in medio ut esset de facili passivum notandum est quod secundum commenta
torem quod sicut color duplex habet esse scilicet esse corporale et hoc est esse in
uno in dyaphano ita odor duplex habet esse scilicet esse in corpore
odorabili et esse in medio. et primum esse est corporale secundum autem
est spirituale primum naturale secundum extraneum notandum est
est secundum ipsum quod sicut dictum est de visu quod natura media
sentit visum non est aer nec aqua secundum quod aer nec a
qua sed quia aqua et natura communis aeri et aque et quod odo
res habent esse extraneum sive spirituale in ista natura et
est quod ista natura caret odoribus ut coloribus notandum
quod concludit commentator opinionem quorundam ponentium
odorem esse corpus subtile ut fumale resolutum ab odo
rabili et hoc per tres rationes prima talis odorabile multi
plicat odorem per medium ex omni parte equaliter nisi impe
diatur. cum igitur quedam animalia per multa miliaria com
prehendant odores per quos moventur ad suum nutrimentum
ut experimentatum est in grecia quod vultures moventur
ad suum nutrimentum per multa miliaria et tigrides
quingentis leucis comprehendunt odores si odor esset corpus
resolutum ab odorabili ipsum odorabile resolveretur et
expanderetur ex omni parte per tantum spacium quod videtur
valde inconveniens. secunda ratio terra compacta est sub tanto odo
rabili tam magnam extensionem non sustineret divisio re
rum sed quantitate terminata est ita quod minima materia
[illegible] est divisio terre. maxima autem divisio ignis ra
rario. si odor sic multiplicaretur esset corpus cum medium non
cedat odori quod satis patet per totum penetraret odor
ipsum aera et essent duo corpora in eodem loco quod est

impossibile tertia ratio est. corpora simplicia non recipiunt odo
res secundum quod est et sub esse materiali cum igitur aer sit corpus
simplex non recipiet odorem sicut corpus quod sic esset sub
esse materiali

Gustabile quidem et cetera. In hac
parte est intentio de obiecto gustus scilicet de gustabili quod est sa
por et dividitur hec pars in duas in quarum prima determinat de
gustabili in communi in secunda ut ibi Species autem humoris de
terminat de ipso descendendo ad eius species. prima adhuc
dividitur in duas in quarum prima determinat de gustabili per
communem naturam quam habet cum aliis sensibilibus. in secunda ut
ibi Videtur autem esse principium determinat de gustabili
secundum suam naturam propriam. Prima dividitur adhuc in duas
in quarum prima determinat naturam communem quam habet cum
tangibili in secunda ut ibi Sic autem visus determinat na
turam communem quam habet cum aliis sensibilibus tribus in prima
parte intendit probare de gustabili ipsum esse quoddam tangi
bile ad quod dat duas rationes quarum prima est gustabile
non sentitur per medium extraneum sed per medium intra
neum quod est pars animalis quo quidem modo sentitur tan
gibile a tactu propter hoc et non aliter. ergo gustabile est quoddam
tangibile hanc rationem primo ponit ... secundo cum dicit
Et hec est causa. dat medium tertio cum dicit Et enim tac
tus sumit ... ... quod patet
ex predictis. gustus cum dicit Et corpus autem. dat secundam rationem ad
id et est humidum est simpliciter tangibile gustabile non
sentitur nisi in humido tamen in materia propria aqua non potest
separari ergo gustabile est quoddam tangibile hanc rationem pri
mo ponit minorem secundo cum dicit Hoc autem est quoddam
ponit maiorem tertio cum dicit Unde et si in aqua de
clarat minorem cum propter effectum sic quod gustabile sen
titur in humido et non aliter. ex hoc est quod si nos
essemus in aqua sentiremus dulce si nobis apponeretur
et hoc non per medium distans et extrinsecum sed quod dulce
misceretur se cum humido aqueo ita quod mixtum sentiretur
dulce sicut patet in potu qui dicitur ydromel de colore autem
non sic est immo de colore cum sentitur non sentitur quia
misceatur. sed in medio nec quod aliquid decurrat ab eo quod
medio misceatur unde patet quod gustabile non omnino sen
titur per medium extrinsecum sicut color et quamvis
gustabile et color differant modo predicto. conveniunt tamen
in hoc quod sicut color est proprium sensibile visus sic sapor
est proprium sensibile ipsius gustus ... non senti
tur nisi secundum quod est in humido. et hoc autem in humi
do actu aut potentia sicut patet in salsis. salsum est
humidum in potentia ... et tamen velociter dissolvitur dissol

nit humore qui sunt in lingua. sapor etiam ex in humido sentitur. ideo quia liquidum et lingue liquefactum est. propter hoc ut esset gustatio preparavit natura salivam in ore ad congregandam istam humiditatem ad buccas ad conservandum ipsam ut mediante illa humiditate gustentur sicca. ex ad hoc quod sit sapor in actu oportet quod sit in corpore humido. Tactu de quo intelligendum est quod sicut sapor habet esse ita exigit humidum in quo sit. similiter sapor habet esse in illo. consequenter cum dicit. Sicut autem visus determinat de gustabili secundum naturam communem quam habet cum aliis sensibilibus secundum quod est illa natura quod sicut color sicut visibile cum sua privatione natum est sentiri a suo visu et audibile cum sua privatione ab auditu. similiter gustabile cum sua privatione natum est sentiri a gustu et dicendum privationem uniuscuiusque sensibile quod planum est in littera. ex hiis tamen quod dicit potest fieri unus modus non visibilis sive non audibilis qui supra in capitulo de odore non fuit tactus et est quod nullum visibile est quod natum est habere colorem nullum tamen habet. aut quod natum est videri nocessa? tamen videtur et potest hoc modo non visibilis preter eo qui est quod omnino non videtur. hoc enim potest esse aut quod omnino impossibile est quod videatur aut quod natum est videri non tamen videtur et sic est isto modo est dicere non visibile esse in quatuor modis. et sic de privationibus aliorum sensibilium. consequenter cum dicit. Videtur autem esse principium determinat de gustabili secundum naturam suam propriam et habet illa pars duas in quarum prima determinat quale debet esse humidum in quo gustatur sapor et quod est quod immutat. in secunda autem ut ibi Oportet autem humidum determinat quale debet esse instrumentum quod debet immutari a gustabili. primum determinat dicens quod illud principium in quo debet gustari sapor debet esse potabile i. humidum aqueum aut eius privatio s. non potabile et hoc aut parum aut prave in utroque. in potabili sentit gustus saporem sed in uno sentit gustus saporem nature non corruptum. In alio autem sentit ipsum prave et corruptum. et hoc exponitur potabile per humidum aqueum quia humidum aereum est respirabile et non potabile. istud autem humidum aqueum in quo gustatur sapor est principium commune tactui et gustui gustui propter saporem radicatum in ipso. tactui propter ipsam humiditatem. consequenter cum dicit Oportet autem humidum declarat quale debet esse instrumentum quod debet immutari a gustabili ostendens quod non debet humidum in actu debet tamen esse humidum in potentia quod ostendit per duas rationes quarum prima est. ipsum gustabile in quantum tale est humidum in actu sed tale quod ipso

sibile sit fieri humidum in actu debet esse humidum in potentia hanc rationem primo ponit secundo cum dicit. Patitur enim declarat necessitatem consequentie sic instrumentum gustus patitur a gustabili et sentitum gustabile cum sit id quod patitur in principio vel sit dissimile. in fine autem simile et gustabile sit humidum in actu instrumentum gustus ante immutationem non erit humidum in actu nec impossibile est fieri humidum in mo erit humidum in potentia. hanc rationem primo ponit medium secundo cum dicit Necesse igitur inest conclusionem. De hoc autem quod intendit quod instrumentum tactus gustus non est humidum actu posset dubitari cum sit corpus mixtum in sua complexione dominatur humidum quod patet per salivam ipsius lingue ex quo videtur quod sit humidum in actu. Et potest ad hoc dici quod Aristoteles non negat ipsum instrumentum secundum suam complexionem esse humidum in actu sed negat ipsum habere humiditatem aut siccitatem extraneam quod patet per rationem secundam quam dat consequenter cum dicit Signum autem eius tale est quod instrumentum gustus debet esse salvatum ab intensa humiditate et siccitate et hoc est quod non habent linguam valde siccam vel valde humidam sentire sapores sicut lingua fuit valde humida illa humiditas que dominans in lingua prohibet receptionem humiditatis proportionate sentientis sicut cum aliquis gustaverit fortem saporem primo et statim post gustet saporem alterum minus fortem non discernet secundum quod primum sic patet in febricitantibus quorum lingua est infusa in humiditate innaturali et amara videntur eis omnia dulcia quoniam sentiunt non possunt comprehendere saporem et discernere ipsum secundum propriam naturam quia non comprehendunt materiam saporis in dispositione illa secundum quam est materia saporis signum est igitur quod ad hoc quod gustus discernat sapores oportet instrumentum eius esse proportionatum ipsi gustabili quod radicatur in humido et non esse intense humidum nec intense siccum. consequenter cum dicit. Species autem descendit ad species gustabilis determinans quod sicut in coloribus sunt colores extremi s. album et nigrum ex quibus fiunt medii colores similiter et in saporibus sunt sapores extremi s. dulce et amarum ex quibus fiunt sapores medii. de quorum mediorum numero. quodam habent se propinquius ad unum extremum et quedam ad reliquum ut patet in suis exemplis consequenter cum dicit Quare gustativum est concludit ex premissis quod gustus ante immutationem est in potentia ad comprehensionem saporis sive gustabilis sed illud est gustabile quod facit actu comprehendere quod patet per hoc quod gustus patitur a gustabili unde prius est in potentia ad ipsum et postea fit actu ad ipsum.

Dico autem quod potest tangi et
c. In hac parte intendit determinare de tactu et tan-
gibili de quo accidit dubitatio in primo propter quod in determi-
nando de tangibili simul determinat de tactu cum prius
determinando de aliis sensibilibus non determinavit de
eorum sensibus. Et potest dici ad hoc quod facit hoc
propter diversitatem et controversiam accidentem esse tactum et e-
ius instrumentum plus quam esse alia ut infra pate-
bit. In hac autem parte sic procedit. Primo dicit quod eadem
est ratio quantum ad unitatem et multitudinem de tac-
tu et tangibili ita scilicet quod si tactus sit sensus
plures et tangibilia erunt plura et si tactus sit
sensus unus et tangibilia reducuntur ad aliquid unum. Secundo cum
dicit Habet autem dubitationem incipit agere et dividitur ista pars
in duas in quarum prima agit de tactu et de eius instrumen-
to et etiam de medio. In secunda ut ibi Sunt quidem igitur et
tangi possunt agit de tangibili. Prima adhuc dividitur
in duas in quarum prima ostendit quod tactus est sensus
plures et non unus et quod caro non est eius instrumentum
sed est medium. In secunda autem ut ibi Dubitabit autem
aliquis inquirit an aliquod aliud medium a carne sit
necessarium in tactu. In prima parte movet duas questiones et eas
solvit consequenter. Ex quarum executione patet quid intendat
in prima parte circa quas questiones sic procedit. Primo movet
eas secundo exequitur de illis. Prima autem questio est utrum
tactus sit plures aut unus. Secunda est utrum instrumentum
tactus sit caro vel non. Sed caro sit medium in tactu
et aliquid aliud interius sit instrumentum quod non est caro et
quod queritur de carne in habentibus carnem queritur similiter
de eo quod est simile carni in non habentibus carnem. Has
questiones prosequitur cum dicit. Omnis quidem enim et
primo primam. Secundo ut ibi Utrum autem hic quod prosequitur se-
cundam. In prosequendo primam sic procedit. Primo dat u-
nam rationem per quam ostendit tactum esse sensus plu-
res. Secundo ut ibi Habet autem quandam solutionem ponit
quandam solutionem que posset dari ad illam rationem et
illam destruit. Ratio quam dat in prima parte est hec:
unus sensus est tantum unius contrarietatis ut visus albi
et nigri et sic de aliis. Sed tactus est plurium contra-
rietatum scilicet calidi frigidi humidi sicci et aliarum
quas enumerat. Ergo tactus est sensus plures et
non unus. Huius rationis primo ponit maiorem. Secundo ut
ibi Tactu autem minorem quam cum dicit Habet autem
quandam etc. ponit quandam solutionem ad illam
rationem et eam destruit. Et primo dat ipsam solu-
tionem et est sensus quod conceditur esse unus ut

auditus comprehendit plures contrarietates ut acutum
et grave in sono et in magnitudinem et parvitatem
et levitatem et asperitatem. Similiter et visus comprehendit
plures contrarietates quare de tactu similiter videtur quod
quamvis comprehendat plures contrarietates quod non propter hoc erit
sensus nisi unus ut voluit predicta ratio. Contra solutionem des-
truit cum dicit Sed quid sit intendens. Quod plures
contrarietates quas comprehendit auditus reducuntur ad ali-
quam naturam unam invenientem eas ut ad sonum et
similiter plures contrarietates quas comprehendit visus ad u-
nam naturam ut ad colorem sive ad lucem reducuntur.
Sed plures contrarietates quas comprehendit tactus ad unam
talem naturam sic invenientem eas non reducuntur.
Quare licet auditus comprehendens plures contrarietates sit sen-
sus unus et similiter visus nichilominus tamen erit tactus
sensus plures. Et sic videtur relinquere tamquam verum secun-
dum propriam opinionem quod destructione predicte solutionis quod
tactus est sensus plures. Consequenter cum dicit Utrum
autem prosequitur secundam dubitationem et dividitur ista pars in du-
as in quarum prima dissolvit rationes inducentes ad hoc
quod caro sit instrumentum in tactu. In secunda ut ibi Demonstrat
autem dat unam rationem ostendentem quod
caro non est instrumentum in tactu sed tantum medium. Prima
adhuc duas habet partes in quarum prima dissolvit quo-
dam signum facile quod inducebat quosdam ad con-
cedendum carnem esse instrumentum tactus et est ipsum
signum si tangibile ponatur supra carnem statim
sentitur propter quod putabant quidam tamen per signum
carnem esse instrumentum tactus quod signum dissolvit sic.
Si aliquis induat carnem pelle aliqua tenui et applicet
carni sic inducte tangibile statim tangitur et tamen constat quod
tactus non est in pelle sic instrumentum quare nec similiter e-
rit ex alia parte in carne. Non enim est differentia hinc
inde nisi quod caro est pars ipsius corporis tangentis con-
nata propter quod citius apprehendit tangibile quam si
esset ab eo separata sicut est de pelle predicta.
Contrarium est ad propositum suum similiter est hinc in-
de. Hoc facit in prima parte. In secunda ut ibi Videtur autem
sic se habere dissolvit quandam rationem per quam omnes
qui fuerunt illius opinionis opinabantur car-
nem esse instrumentum et tactum secundum actum
per ipsum sensum unum e opinionis ut mul-
tiplicator fuit Aristoteles in libro de animalibus et hoc
est ibi ut dicit ignoravit nervorum connexionem
qui secundum ipsum sunt instrumentum tactus. In hac
parte sic procedit. Primo ponit rationem ipsam. Secundo
dat rationem deceptionis ipsorum esse causam ratio

aut est caro uidetur esse similis aeri si esset connaturalis
nobis et de sua natura tunc uideremus audire uidere
et gustare et olfacere per aerem sicut per instrumentum et et
tunc uiderentur auditus et uisus et olfactus sensus
unus cum igitur caro sit nobis connaturalis et de sua na
tura et uidetur comprehendimus tangibilia per ipsam tamquam
per instrumentum et tactus apprehendens per tale instru
mentum erit sensus unus et non plures quod
cum dicit. Nunc autem. Dat causam deceptionis sic di
centium in sua ratione scilicet propter quam ipsi credebant carnem
esse instrumentum et est quia aer per aerem uisus auditus et
olfactus comprehendunt sua sensibilia est distinctus et
diuisus a nobis siue ab instrumentis aliorum sensuum
propter quod manifestum est quod instrumenta illorum sensuum
differunt ab aere et ita quod aer non est instrumen
tum ipsorum In tactu autem hoc non est manifestum car
nem esse aliam ab instrumento tactus immo estimatur
esse instrumentum tactus et hoc quia medium in tactu est
nobis naturaliter applicatum sed instrumento tactus et non dis
tinctum nec diuisum ab ipsis et quod medium in
tactu sit nobis applicatum et non distinctum decla
rat cum dicit Ex aere quidem sic cum corpus ani
matum quod tangere debet non consistet ex aliquo uno tantum
uno corpore simplici sed sit mixtum ex iiii^or cum et
omnis sensus fiat per medium et animatum huiusmodi
ad suam salutem indigeat. tangere ipsa tangibilia
et ipsis uniri necesse est medium per quod fiat tactus
esse corpus compositum connaturale et intraneum ipsi tan
genti mediante quo sic mediante medio tangantur tan
gibilia diuisa huius rationis primo dat medium secundo
ut ibi Esse necesse. ex ipso infert conclusionem aliter autem pos
set sic esse intueri per naturam qualitatum tangi
bilium. quia cum iiii^or qualitates prime tangibiles scilicet
calidum frigidum siccum et humidum sint per se passiones
iiii^or corporum simplicium elementorum et necesse sit tangens
tangere omnes istas qualitates non esset hoc per aliquod
illorum corporum tamquam per medium immo per corpus compo
situm ex ipsis cuiusmodi est caro et est per corpus ipsi
tangenti applicatum cum corpora contigua ei non
applicata sint corpora simplicia quod ibi Demo
strauit cum dat unam rationem ostendentem quod
caro non est instrumentum in tactu sed tantum medium
et est nos tangimus omnia tangibilia et gusta
mus omnes sapores per eandem carnem existentem
in lingua cum igitur tactus et gustus sint diuersi sen
sus et unius instrumentum non erit instrumentum al
terius ut apprehendat sensibile alterius sensus nec

medium immo sensu potest esse instrumentum alte
rius sensus relinquitur igitur quod caro nec est instrumentum
gustus nec tactus quia gustus et tactus discernunt
sua sensibilia per ipsam carnem et non sicut per instrum
entum discernunt. igitur sicut per medium et ita caro non
erit instrumentum in tactu sed medium et quia supponit
in hac ratione quod tactus et gustus sint diuersi sensus
et aliquis hunc forte contradiceret ideo hoc declarat cum
dicit. Si quidem igitur si sic esset quod sic tactus fit
per aliquam aliam carnem quam per illam que est in lin
gua quod similiter gustus fieret per illam tunc posset dici
quod gustus et tactus est unus sensus nunc autem non est
ita. scilicet quod sint sensus unus immo sunt duo et hoc quia
quamuis per quamcumque carnem contingat fieri gustum per e
andem contingit fieri tactum non est conuertitur scilicet
quod per quamcumque carnem fit tactus per eandem fiat gus
tus non enim fit gustus nisi per carnem que est in
lingua tactus autem et fit per illam et fit per aliam
et sic hectur quod propter predicta quod tactus est sensus plures
et est quod caro non est instrumentum in tactu sed medium
quod ibi Dubitabit aliquis. Inquirit an aliud me
dium a carne sit necessarium et si sic. scilicet ut aer aut
aqua sit medium. necessarium quomodo se habet. illud me
dium in tactu et in aliis tribus sensibus. quia cum
ostendit de tactu intendit de gustu et hec pars di
uiditur in duas In prima ostendit quod aliquod aliud me
dium a carne sit medium in tactu. ut scilicet aer
aut aqua. secundo ibi. Quam quo
modo habent se hec media in gustu et tactu ad sensata
prout sunt media in aliis tribus sensibus primum osten
dit sic. Inter quecumque duo est aliquod medium corpus ipsa
non tangunt se immediate sed inter quecumque solida
corpora tangentia se in aqua aut in aere si tan
gunt se immediate immo mediante aere aut a
qua et ita patet quod in tactu necessarium est aliquod medium a
carne et hanc rationem sic procedit primo concludit quod
intendit. per ipsam de aqua secundo ut ibi Eodem
autem modo. infert similiter esse in aere et dat ne
cessitatem quare sic est. In prima parte sic
procedit primo dat maiorem sue rationis cum sua
probatione secundo minorem cum sua probatione tertio in
conclusionem maiore propositionem dat predictam dubitationem
dicens quod aliquis dubitabit si in tactu sit aliud
medium a carne. et hoc si omne corpus habet profundi
tatem que est tertia dimensio. profunditas enim facit
unum distare ab alio aut igitur manifestum sit quod
omne corpus habet profunditatem cum sit dimensio comple

complementa corporis patet probatio maioris quod inter quecumque duo corpora est aliquod corpus medium non tangunt se immediate. minorem dat cum dicit Quorum autem consequenter ibi Humidum autem dat probationem minoris et est cum propria passio aque sit humiditas non separatur ab eo cuius est passio et omnia duo corpora tangentia se in aqua habeant ultima humida aut contiguata necesse est ut inter quelibet talia duo corpora sit aqua media ex quo patet probatio minoris quam dat cum dicit Que autem tanguntur conclusionem dat cum dicit. Si autem manifestum est consequenter ibi Eodem autem modo Dicit similiter esse in illis que tangunt se in aere sicut in aqua et hoc est quia tangentia se in aere similiter se habent ad aerem sicut tangentia se in aqua se habent ad aquam utrobique enim inter tangentia se est aliquod corpus medium verumptamen magis latet nos in aere quam in aqua non enim percipimus duo corpora tangentia se in aere habere ultima humecta et ita aerem medium inter ipsa. sicut animalia tangentia se in aqua non percipiunt aquam esse medium inter ipsa. Et intelligendum quod tactus modo predicto qui fit mediante medio extrinseco quamvis insensibili non negat tactum naturalem sed mathematicum per influentiam enim virtutis unius corporis in aliud mediante tertio tangit unum corpus aliud sicut corpora supercelestia tangunt hec inferiora adhuc autem etiam in istis inferioribus activum tangit patiens ut calidum frigidum et huiusmodi corrumpit humidum intercepto enim quia ultima sunt agentia et patientia ad invicem et hoc non negat aristoteles immo potius videtur hoc velle per hoc quod dicit. quod inter tangentia se in aqua est aqua medium licet extrema sicca sint

## Utrum igitur omnium et cetera

Ostenso in parte precedenti quod aer et aqua non solum sunt media in visu auditu et olfactu sed etiam in tactu et gustu hic determinat quo se habent aer et aqua prout sunt media in tactu et gustu ad seipsa prout sunt media in aliis tribus sensibus et hoc facit primo ex quo descendit secundo ibi Omnino autem ad declarandum quomodo medium intrinsecum in tactu et gustu quod est caro se habet ad medium intrinsecum in aliis sensibus. Circa primum sic procedit primo querit utrum omnis sensus sentiant sua sensibilia per medium extrinsecum ut patet ex predictis utrum omnes sentiant sua sensibilia per medium extrinsecum aut non. sed quidam a propinquo ut tactus et gustus comprehendant sua sensibilia per medium intrinsecum sicut et alii sensus differunt tamen in hoc quod gustus et tactus comprehendunt a prope alii autem sensus a longe et quia tactus et gustus a prope apprehendunt propter hoc latet nos quod sensibilia omnia sentiuntur per medium extrinsecum latet enim in gustu si enim aliquis circumvolutus esset pelle tenui et per illam pellem tangeret lateret ipsum quod illa pellis prohiberet tactum tunc lateret aliquid esse medium in tactu similiter cum aliquid tangit aliud in aere aut in aqua videtur tactus fieri et non per medium quod sit aer vel aqua. Et hoc quia medium latet consequenter ut ibi Et differt dat aliam differentiam et est quod sensitivum in tribus sensibus scilicet visu auditu et olfactu immutatur a medio prius immutato prius dico natura aut tempore et hoc quia visus sunt tempore immutatur et medium. In tactu autem et gustu sensitivum simul immutatur cum medio sicut si aliquis percutiat aliquem armatum clipeo non prius percutitur clipeus et homo postea per clipeum percussum. sed simul percutitur homo et clipeus et intelligendum quod ita sunt quod nullam causalitatem dat clipeus in percussione ut percutiatur sicut aer et aqua causalitatem prestant ut visus auditus et olfactus comprehendant sua sensibilia consequenter ut ibi Omnino autem videtur ex predeclaratis procedit ad declarandum quo modo medium intrinsecum in tactu et gustu se habet ad medium extrinsecum in visu auditu et olfactu determinans quod sicut in istis tribus sensibus est medium extrinsecum vel intrinsecum necessarium ad hoc quod fiat sensus similiter in tactu et gustu est medium intrinsecum necessarium ad hoc quod fiat sensus et hoc quia illud est commune omni sensui quod si sensibile ponatur supra instrumentum sentiendi non sentitur ut si corpus album ponatur supra oculum non videbitur ex quo concludit. cum dicit Aliud est manifestum quod instrumentum in tactu et gustu est aliquid intra carnem et caro immo caro est medium et non instrumentum accidit enim in tactu et gustu sicut in aliis sensibus si sensibile ponatur super instrumentum sensus non sentitur et sensibile tactus aut gustus positum supra carnem sentitur quia caro non est instrumentum in tactu et gustu sed est medium

## Sunt quidem igitur

In parte precedenti determinatum est de tactu et de eius instrumento et medio hic intendit de tangibilibus et hec pars dividitur in duas in prima determinat de differentiis tangibilibus corporis secundum quas immutat. non plus dicens nisi quod iste differentie corporis inquantum corpora elementaria distinguunt ab invicem que sunt calidum humidum frigidum siccum et secundum consequentias alia que sunt ex hiis ut asperum

durum et alie differentie tangibiles et que sunt annexe eis ut grave leve de quibus differentiis primis et quibusdam determinatum est in libro de generatione et corruptione in secunda parte ut ibi Illud autem quo sentimus determinat de modo immutandi ipsius tangibilis et habet illa pars partes duas. In prima determinat quale debet esse instrumentum a tangibili per se immutandum. In secunda ut ibi Amplius autem sicut determinat quod illud instrumentum a tangibili per se immutandum quodam modo a non tangibili immutatur. In prima parte determinat quod illud instrumentum debet esse in potentia tale quale est ipsum tangibile et non in actu sic instrumentum tactus patitur a tangibili quod oportet ut sit potentia tale quale est ipsum et non in actu. Huius rationis primo posuit [illegible] secundo ut ibi Difficile autem tangit medium tertio ut ibi Verum simile est ponit declarationem medii et hoc per effectum quod cum instrumentum tactus patitur a tangibili et nichil patitur ab eo quod est tale quale et ipsum contrarium huiusmodi propter hoc tangens calidum aut frigidum excellens aut intensum tamquam tactus sit medietas quedam inter differentias tangibiles extremas propter hoc enim discernit sensibilia extrema quia medium est discretivum non medii sed extremorum eo quod in comparatione ad utrumque fit utrumque propter hoc potest ab utroque pati vel utrumque discernere et quia tactus sit tamquam medium inter tangibilia extrema neutrum istorum in actu sed in potentia. Confirmat per simile talis sensibus cum dicit Sed oportet esse. Dicens quod sicut debens sentire album et nigrum non est alterum horum actu sed in potentia utrumque et sic est talis sensibus et sensibilibus quod illud quod debet sentire calidum aut frigidum nec debet nec calidum nec frigidum in actu intelligere sed extremitatem. Consequenter ibi Amplius autem determinat quod illud instrumentum a tangibili per se immutandum quodam modo a non tangibili immutatur quod declarat per simile talis sensibus distinguens modos non tangibilis quorum unus est quod valde parum est habens de qualitate tangibili cuiusmodi est aer. Alius autem est quod multum habet de qualitate tangibili et secundum excellentiam cuiusmodi sunt corruptiva sensuum ut ignis glacies. Consequenter ibi Secundum quidem igitur. Epylogat dicens dictum est figuraliter de sensibilibus secundum unumquemque sensum et dicitur figuraliter quia non determinatur hic de sensibilibus secundum naturas proprias sed in comparatione ad sensus. In libro autem de sensu et sensato est intensio de ipsis secundum naturas proprias.

## Universaliter autem de omni sensu.

In parte precedenti determinatum est de sensibilibus hic intendit determinare de sensibus et dividitur hec pars in duas partes. In prima agit de sensibus propriis in secunda ut ibi Quoniam autem sentimus de sensu communi. Prima in duas. In prima determinat de sensibus propriis secundum naturam [illegible] secundum quam omnis sensus proprius suscipiunt omnia sensibilia. In secunda ut ibi Quoniam non sunt sensus intendit de sufficientia sensuum particularium. In prima parte determinat hanc naturam [illegible] de sensibus propriis quod omnis sensus proprius est susceptivus specierum sensibilium sine materia sua. Sic procedit primo ostendit quod iam dictum est. Secundo declarat naturam illius speciei suscepte cum dicit Quomodo autem sentimus. Tertio ut ibi Manifestum quidem concludit quedam correlaria ex istis duabus primis partibus manifesta et concludit duo. Quarto autem ibi Dubitabit autem movet quandam dubitationem ex ultimo correlario nascentem et eam determinat. In prima parte sic procedit primo dicit quod oportet accipere de omni sensu ipsum esse susceptivum specierum sensibilium scilicet sine materia. Secundo ut ibi Cera manifestat per simile sic cera recipit signum sive figuram anuli aurei vel ferrei non recipiendo aurum aut ferrum recipit enim ipsa cera signum aureum aut huiusmodi sed non inquantum aurum hoc est non recipiendo suam materiam. Similiter unusquisque sensus patitur a suo obiecto non secundum quod suum obiectum est in materia sibi propria sed preter suam materiam scilicet secundum quod est species vel intensio. Et notandum quod dicit quod sensus patitur a sensibili in contrarium huiusmodi propter hoc enim quod dicit huiusmodi innuit differentiam inter receptionem sensus et intellectus propter hoc quod secundum eum innuit differentiam sensibilium in organo ad sensibile et [illegible] extra visus enim recipit colorem in contrarium huiusmodi vel contrarium est intensio individualis sub hiis conditionibus hic et nunc. Et intellectus in contrarium est universale denudatum ab omni conditione [illegible]. Est in organo est color secundum rationem id est secundum intensionem et secundum esse [illegible] in re autem est res secundum esse [illegible]. Consequenter ibi Quo enim sentimus determinat naturam illius speciei suscepte dicens quod instrumentum sentiendi est idem in quo est species que quidem recepta in instrumento est idem cum sensibili extra scilicet per assimilationem licet secundum esse sit alterum ipsum enim sensibile extra est quedam ymago quod scilicet iudicatur in ymagine ipsa autem species recepta in organo magnitudo non est et sic ipsa species magnitudo non est. Similiter virtus sensitiva sive sensus comprehendens ipsam magnitudinem magnitudo non est sed est proportio quedam et virtus ipsius magnitudinis sentientis hoc est ipsius organi. Consequenter ibi Manifestum igitur concludit duo correlaria ex dictis manifesta quorum primum est quod excellentie sensibilium corrumpunt sensuum instrumenta quia cum sensus

est proportio et virtus magnitudinis sentientis similis sic
tus a simili sit fortior quam instrumentum possit susti
nere dissolvitur ipsa proportio que est sensus sicut sim
phonia sive sonus dissolvitur fortiter cordis percussis
et per eius dissolutionem corrumpitur instrumentum consequenter
ut ibi propter quid plante. Infert secundum correlarium
et est quod plante non sentiunt quamvis habeant aliquam
animam et quamvis patiantur a differentiis tangibilibus
et causa est quia non habent medium neque principium potens
recipere species sensibilium secundum esse intentionale et propter quod non
sentiunt sed solum patiuntur materialiter id est a forma
existente in materia vel sic a forma a qua cum patiuntur
ab eis existunt in ipsis secundum esse naturale secundum quod esse non est
potens immutare sensum consequenter ibi. Dubium autem
movet quandam dubitationem ex ultimo correlario nascen
tem et eam determinat. Dubitatio est hec quia dictum est
nunc ultimo quod plante a differentiis tangibilibus patiuntur
non tamen sentiunt eas dubium posset esse utrum ali
qua sensibilia aliorum sensuum scilicet sensus visus au
ditus olfactus sentiant et patiantur ab ipsis quam
dubitationem primo movet secundo cum dicit. Si autem quod
est perspicuum ipsam et primo procedit opponendo secundo ibi
grave et illa solvendo. Opponendo continet duas rationes quarum
prima est odor id quod est essentialiter se habet ad
olfactum ita quod essentialiter non est agens nisi in olfac
tum ergo quod impossibile est habere olfactum impossibile
est pati ab odore et sicut est de odore sic est de co
lore et sono ergo nichil est passivum ab ipsis nisi habens
sensum eis proportionalem consequenter ibi Similiter autem
dat aliam rationem ad idem et est sensibilia predic
torum sensuum non agunt in aliquid per se preterquam
sensum proportionatum ipsis sensibilibus sed tamen agunt in huius
modi secundum quod incorporata sunt corporibus que per se
dicuntur agere ut sonus non scindit lignum ut mul
totiens contingit in tonitruo sed aer sonans sive
vapor cui incorporatur illa impulsio ex quo videtur
quod nullum sentiens per se patietur a sensibilibus dictorum
sensuum. Et ne putetur quod similiter sit de obiecto
tactus et gustus subiungit quod non contingit si possi
bilia dicens quod obiectum tactus et obiectum gustus
agunt per se in corpora non tangentia et non gustan
tia aliter enim non paterentur nec alterarentur inanima
ta que nec tangunt nec gustant a differentiis
tangibilibus ut a sapore Et intelligendum est quod
sapor non dicitur per se agere nisi corpora et secundum se et
secundum quod radicatur in humido et sicco quibus per se
debetur ista actio consequenter ibi grave et illa determi
nat istam dubitationem intendens quod non omne corpus non
sentiens patiatur a sensibilibus trium sensuum predictorum
sed solum corpus quod de se est indeterminatum et
fluens cuiusmodi sunt aer et aqua aer enim ita for
titer patitur ab istis sensibilibus quod fetet cum fuit
passus ab aliquo fortiter putrefacto et ab aliqua in
fectione corruptiva nec est mirum quod huiusmodi cor
pora patiantur ab istis sensibilibus immo est necessarium cum sint
media istis sensibus et medium oportet prius immuta
ri quam immutetur sensus et quia cavillaret aliquis di
cens quod si aer patitur ab odore oportet ut sentiat odorem
hoc removet cum dicit quid. primo quod removet istam
cavillationem intendens quod non qualis passio facta
ab odore est odorare immo odorare est sentire et addit
aliquid supra passionem scilicet iudicium aer autem cum
patitur ab odore non iudicat de ipso sed statim
mutat olfactum a quo fit iudicium vel a se vel a vir
tute superiore.

Quoniam autem non sit sensus ¶
intendit de sufficientia sensuum particularium et primo
dat intentionem fidem esse accipiendam ex dicendis
quod non est aliquis sensus preter quinque scilicet predictos qui sunt
auditus visus gustus olfactus et tactus secundo ibi si
omnis per sequentia et dividitur ista pars in duas in prima de
terminat intentum secundo ut ibi at vero removet
quandam cavillationem contra primam partem prima pars
in duas dividitur in prima vel determinat intentum secundo ibi
at est parte ostendit quod nos qui sumus animalia perfecta
habemus quinque sensus prius predictos. In secunda ut ibi necesse
est autem ostendit quod nobis habentibus illos quinque sen
sus nullus deficit sensus prius primum ostendit sic
si nobis insit omnis sensus rei cuiusmodi est tactus et
nos habemus sensum tactum sed nos habemus sensum
passionum omnibus tangibilibus in quantum tangibile ergo
nos habemus sensum tactum per idem medium dat intel
ligere posse ostendi nos habere omnes alios sensus predictos
vel nos enim quod habemus sensum omnium visibilium ha
bemus visum et quod omnis audibilis habemus auditum
et sic de aliis sic enim extendit consequenter illud medi
um consequenter ibi necesse est autem ostendit quod no
bis habentibus quinque sensus non deficit aliquis sensus
prius ad quod dat duas rationes prima est per naturam
instrumentorum secunda per statum sensuum prima est hec
si nobis deficiat aliquis sensus necessario deficiet nobis
aliquod instrumentum sed quod est impossibile ergo et antecedens in
hac ratione sic procedit primo ponit ipsam secundo destruit

consequens tertio ex quo destructo infert oppositum antecedentis quod est
intentum tamen patet consequens destruit cum dicit *Et que-*
*cumque* ubi sic procedit primo determinat quod nobis non defi-
cit aliquod instrumentum sentiendi per medium intrinsecum ad quod hic
dat rationem quia manifestum est cum huiusmodi instrumentum sit
per se notum probatum est sine quo non possumus esse secundo
ibi *Quecumque vero* ostendit quod non deficit nobis aliquod in-
strumentum sentiendi per medium extrinsecum sic omne instru-
mentum sensus per medium extrinsecum aut est ex aere aut
ex aqua tamen ex dominante in sua compositione sed nos qui sumus
animalia perfecta habemus talia instrumenta quare illa ergo nobis
non deficiet aliquod instrumentum sentiendi per medium ex-
trinsecum huius rationis primo probat maiorem secundo ut ibi
*Hec autem nunc* ponit minorem maiorem probat sic omne
instrumentum sentiendi per medium extrinsecum convenit natu-
ram illius medii per eandem naturam suscipit instrumen-
tum et medium sed omne instrumentum extrinsecum sen-
tit per medium extrinsecum quod est aer vel aqua ergo omne
omne instrumentum sensus per medium extrinsecum convenit
naturam aeris vel aque tamen naturam eius a quo est
et in quo dominatur in sua compositione huius rationis diffuse ponit-
tam premissam quam conclusionem et primo ponit maiorem secundo
minorem tertio infert conclusionem minorem ponit dicens
quod quecumque sentiuntur per media extrinseca sentiuntur per
corpora simplicia que sunt aer aut aqua maiorem in-
tendit cum dicit. *Quare siquidem* dicens quod si
aliquis sentiat diversa sensibilia genere per idem medium
secundum rem necesse est ut habeat instrumenta diversa quorum unum
convenit cum medio in natura secundum quam est sus-
ceptivum unius sensibilis velud[?] aut in alia natu-
ra secundum quod est susceptivum alterius sensibilis ut si
aer sit medium per quod sentitur sonus aut color
oportet tam instrumentum auditus quam instrumentum visus com-
care naturam aeris secundum quam est susceptivo sui
sensibilis ut expositum est. si plura sunt media per que senti-
tur idem sensibile ut aer et aqua sunt media per
que sentitur idem sensibile ut aer. et aqua sunt me-
dia per que sentitur color utrumque enim lucidum est
instrumentum quod conveniat naturam alicuius illorum mediorum secundum
quam suscipit colorem sentit ipsum colorem per utrumque
medium Et hic est illa natura communis est utrique
medio secundum quam suscipit idem sensibile ex quo
satis patet maior propositio quam tamen ibi *Simplicium autem*
infert conclusionem dicens de mixtis corporum simplicium
instrumenta per que sentimus medium extrinsecum
solum sunt ex aere tamen ex dominante in eorum composi-
tione aut ex aqua quoniam instrumentum visus est ex a-
qua. instrumentum vero auditus est ex aere. instrumentum vero
olfactus ex utroque istorum quoniam in quibusdam ut dictum est
in aquaticis est ex aqua. In quibusdam vero ut in
volatilibus et gressibilibus est ex aere ignis autem aut
nullius ipsorum est proprie aut est communis omnibus et
hic est sine colore naturali nichil sentitur terra autem
aut nullius instrumenti sentientis per medium extrinse-
cum est proprie et proprie aut maxime dominans instrumen-
tis sentientibus per medium intrinsecum ut in instrumento
gustus et tactus terram diffuse posuit ipsam conclusionem
explicite concludit ipsam cum dicit. *Unde relinquitur* conclu-
dens manifestum esse quod nullum est instrumentum per medium
extrinsecum quod non fit ex aere vel ex aqua et hec est
maior sue rationis quam intendit probare cuius rationis
ponit minorem ibi *Hec autem nunc* et in hoc complete de-
struit consequens principalis rationis ex quo destructo infert
oppositum antecedentis cum dicit *Omnis ergo sensus* concludens
quod omnis sensus habetur ab animalibus perfectis tamen posset
aliquis instare hunc ponens talpam esse de numero per-
fectorum que videtur visum non habere hanc cavillationem re-
movet ibi *videntur in talpa* dicens quod talpa videtur habe-
re oculos sub pelle velatos cuius causa forte est quia
natura sic ordinavit ut oculi talpe essent coopti
ne offenderentur a duricia ipsius terre in qua sem-
per nata est agere talpa quoniam ibi *Quare videtur* dat
secundam rationem ad idem que est per naturam sensibilium
tertio nos habemus sensus quibus sentimus omne
corpus sensibile et omnes passiones sensibiles ergo nullus
sensus nobis deficit huius rationis primo ponit medium
secundo ut ibi *neque unus* Et ex ipso infert conclusio-
nem quam intendit

Cat vero neque. Hic in ista parte removet
auctor cavillationem quandam iuxta partem precedentem
tem cum enim intentio sit in parte precedenti quod nullus
sensus proprius deficiat nobis et hanc cavillaret aliquis
dicens quod est aliquis alius sensus proprius a quinque se-
sibus prenumeratis qui quidem sensus est proprius se-
sibilium communium et hunc sensum non habemus ergo
quod aliquis sensus nobis deficit hic removet in hac
parte intendens quod nullus est sensus proprius sensibilium com-
munium ita scilicet quod eis appetatur sicut sensus proprius
suo sensibili et hec est pars principalis et incidens ex-
cidit ibi *Inquiret autem aliquis*. In parte principa-
li sic procedit primo dat intentionem dicens quod non potest
aliquis sensus proprius esse sensibilium communium ita scilicet
quod eis appetatur sicut sensus proprius appetitur suo sensibili

sensibili nisi illa sensibilia communia apprehendantur ab uno quoque sensu proprio pro alio ab isto per accidens et enumerat illa sensibilia ut patet secundo ibi hec enim omnia. Per secundam intentionem declarando intentum quod primo facit ostensive secundo per impossibile. Ostensive sic quoniam cum sensibilium est aliquis sensus proprius ipsa comprehenduntur essentialiter ab illo uno sensu proprio et non a pluribus nisi per accidens. Sed sensibilia communia comprehenduntur a pluribus sensibus particularibus essentialiter. Ergo sensibilium communium non est aliquis proprius eius apparatus sicut sensus suo proprio sensibili. Huius rationis primo ponit minorem dicens quod omnia sensibilia communia sentiuntur a quolibet sensibus particularibus secundum quandam mutationem et passionem factam in sensibus propriis ab illis sensibilibus communibus et quod ita comprehendentur necessario comprehenduntur essentialiter ut dicit commentator et determinat quomodo quedam illorum sensibilium comprehenduntur mediantibus aliis quoniam per motum apprehendimus magnitudinem et etiam figuram cum figura quedam magnitudo sit. Ad hoc autem per privationem motus comprehendimus quietem, numerum autem comprehendimus per negationem continui et per discretionem quod quidem continuum magnitudo est. Quare cum essentialiter comprehendatur et sua privatio essentialiter comprehendetur. Consequenter ibi Unumquodque enim ponit maiorem dicens quod unusquisque sensus proprius tantum unum sensibile proprium sentit essentialiter ex quo sumitur maior ultimo cum dicitur Quod manifestum est infert conclusionem que patet. Consequenter ibi Sic enim erit ostendit idem per rationem ad impossibile sic si esset aliquis sensus proprius sensibilium communium et apparatus quem nos non habemus quod est impossibile tunc sentirentur sensibilia communia a quolibet sensibus propriis quos habemus per accidens sed consequens est impossibile ergo et antecedens. Circa hanc rationem sic procedit primo ponit rationem secundo destruit consequens tertio ex consequentis destructione infert oppositum antecedentis quod est intentum. Quarto manifestat quandam suppositam in sua ratione. Ponit ergo rationem dicens quod si sic esset ut supponit impossibile tunc sentirentur sensibilia communia a quolibet sensibus propriis per accidens et hoc altero istorum duorum modorum scilicet sicut visus sentit dulce quia scilicet comprehendit dulce in albo in quo quandoque sunt aliquando amarum et dulce coniuncta et visus et gustus simul ipsa comprehendentes aut sic visus comprehendit Cleonis filium in quantum scilicet accidit ei album quod per se comprehenditur a visu non cum comprehendit Cleonis filium quod Cleonis filius est sed quia albus est et ita per accidens. Consequenter ibi Communium autem destruit consequens et non dat rationem ad destructionem ipsius quia satis patet ex predictis sed

dicit quod nos habemus sensus communiter apprehendentes sensibilia ut communiter visum communiter auditum et sic de aliis et hoc non secundum accidens sed essentialiter ex quo patet destructio consequentis. Consequenter ibi Ratio quoque. Ex consequentis destructione infert oppositum antecedentis quod est intentum et iterum tangit inconveniens si negetur intentum et ponatur oppositum suum per autem quod patet ex predictis. Consequenter ut ibi Ad invicem autem quod in sua ratione suppositum est quod visus sensus proprius comprehendit sensibile alterius sensus proprii et hoc per accidens ut visus dulce manifestat quo modo est hoc possibile dicens quod sensus proprii sentiunt sensibilia propria alterius et e converso hoc secundum accidens non secundum quod illi sensus sunt divisi et distincti ad invicem sed secundum quod uniuntur simul respectu suorum sensibilium que apprehendunt et eodem subiecto alterius ut in coleram cum fuerint comprehensa simul obiecta visus et gustus scilicet rubedo et amaritudo et propter hoc unus eorum sensuum postea comprehendit in eodem subiecto suum sensibile alterius sensus sed hoc per accidens et propter hoc multotiens decipitur quia cum visus aliquid percipit quod colera est rubea propter hoc iudicat e converso illud quod comprehendit rubeum esse coleram et in hoc decipitur. Et sic possunt hic notari duo modi sentiendi per accidens ut scilicet visus sentit dulce et ut sentit Cleonis filium. Sed differunt isti duo modi scilicet quia visus sentit dulce in eodem est propter hoc quod visus et gustus aliquando coniuncta comprehendunt comprehendentes dulce et album sive aliquod obiectum utriusque visus in eodem subiecto Cleonis autem filium sentit visus quia aliquando fuit aliqua virtus superior coniuncta visui sive cum visu cuius virtutis superioris est comprehendere Dyarrem sive Dyarri filium que quidem virtus superior quando simul comprehendens Dyarri filium et visus comprehendens album in Dyarri filio cum comprehendit Dyarri filium. Consequenter ibi Inquiret autem aliquis [illegible] movens quod enim prius dictum est in parte precedenti quod quinque sensus particulares comprehendunt communia sensibilia et aliquis posset opinari quod unus sensuum particularium sufficeret ad cognitionem sensibilium communium cum unus omnia comprehendit et hoc essentialiter. Ad remotionem huius cavillationis movet quandam dubitationem et eam determinat. Primo movet quaestionem et est quod quare sensibilia communia sentimus per plures sensus proprios et non per unum et solvit eam ibi Aut quatenus hec esse ne lateret sensum diversitas et distinctio sensibilium communium ad sensibilia propria. Si enim solum sentiremus sensibilia communia per unum sensum proprium aut per visum et proprium sensibile visus esset album lateret nos diversitas et distinctio sen-

sibilium communium ad album et videre esse idem albo. Et hoc quia sensibilia communia consequuntur ad album et sic inveniuntur circa ipsum color enim sive album sic invenitur in magnitudine vel numero aut quia aliis sensibus propriis comprehendimus sensibilia communia que quidem sensibilia communia consequuntur propria sensibilia aliorum sensuum sicut et proprium sensibile visus manifestum est quod sensibilia communia sunt alia et diversa et distincta a sensibus propriis et ultimo terminatur pars tertia qua agit de sensibilibus propriis.

¶ Super hanc partem potest dubitari propter quid non egit de uno quoque sensu in speciali et per se sicut prius determinavit de sensibilibus per se. ¶ Et ad hoc potest dici quod sufficit determinasse naturam communem omnibus sensibus secundum quod suscipiunt species sensibilium in materia sicut cum hic determinatum est de ipsis indeterminate de sensibilibus. Ibi enim habet specialiter de sensibus particularibus secundum quod unusquisque sensus est talis in potentia quale est suum sensibile in actu.

## Quoniam autem sentimus.

Determinato de sensibus particularibus hic intendit de sensu communi et dividitur primo in duas partes. In prima inquirit utrum oporteat ponere sensum communem per naturam propriam sensuum propriorum super quorum comprehensione cadit sensus communis. In secunda ibi unusquisque quidem sensus declarat sensum communem esse et ipsum esse unum per naturam sensuum propriorum super quorum diversitatem cadit sensus. In prima parte sic procedit. Primo supponendo quod sensu comprehendimus nos videre et audire querit utrum eodem sensu quo videmus comprehendimus videre an alio. Et similiter intelligendum est de auditu et de aliis sensibus. Secundo ut ibi Sed idem erit determinat istam questionem consentiens in partem primam scilicet quod eodem sensu et destruit secundam. Tertio ibi Habet autem dubitationem movet dubitationem super illam partem questionis quam intendit et determinat. Primum patet. In secunda parte consentiendo in partem primam questionis dat duas rationes ad infirmandum partem secundam. Prima est: si altero sensu comprehendimus nos videre quam quo nos videmus tunc duo sensus sentiunt idem sensibile proprium scilicet colorem quoniam visus et ille alter sensus quo comprehendimus nos videre colorem nec comprehendit colorem. Sed idem sensibile proprium a duobus sensibus per se comprehendi est inconveniens. Ergo oportet dicere quod eo sensu videmus et comprehendimus nos videre et non altero. Secunda ibi Amplius autem dat secundam rationem ad idem et est: si altero sensu comprehendimus nos videre quam quo videmus tunc similis questio est de illo sensu altero utrum se ipso comprehendat nos videre an altero. Si altero adhuc de illo similis est questio et sic in infinitum aut tandem erit stare in aliquo sensu quod se ipso comprehendit se sentire. Ergo cum non sit procedere in infinitum conveniens erit stare in principio et concedere quod eodem sensu quo videmus comprehendimus nos videre et non altero. Consequenter ibi Habet autem dubitationem. Dubitationem contra partem primam movet in qua consentit et eam determinat. Et primo movet eam sic: si eodem sensu videmus et comprehendimus nos videre hoc videre habet dubitationem sicut sic est et nichil videtur nisi color et colorem habens tunc videre sicut visio colorata cum visu comprehendimus nos videre. Sed hoc videtur inconveniens quare et primum. Secundo ut ibi Manifestum igitur determinat dubitationem istam respondendo dupliciter. Primo per interemptionem secundam accepti in prima. Secundo modo alio ut patebit. Primo modo sic quia acceptum est in prima dubitatione quod nichil comprehenditur visu nisi color aut colorem habens hoc interimit dicens quod non est idem videre et sentire sive comprehendere videre. Sic enim comprehendimus visum lumine et tenebras cum quidem colorata non sunt. Sed diversimode comprehendimus hic judicamus enim lucem per se et tenebram que est privatio lucis videre autem per se colorato quando forte est colorem comprehendere et sic patet quare conclusit illa ratio. Secunda ibi Amplius tendit ad illam dubitationem aliter scilicet quodam modo illud concedendo ad quod ducit tamquam ad inconveniens ubi sic procedit. Primo dat responsionem suam. Secundo verificat responsionem. Dat dicens quod videre sive visio est quodam modo colorari et hoc cum sensitivum sive sensus comprehendit species sensibilium sine materia et aliquo modo informatur eis, oportet sensum scilicet visum comprehendentem colorem aliquo modo colorari et sic non habet simpliciter per inconveniens illud ad quod ducit dubitatio. Secunda pars ibi Unumquodque enim abeuntibus verificat istam responsionem quia sensus visus aliquo modo habet colorem quod verificat dupliciter primo per signum sive per effectum secundo per rationem. Primo modo sic: sensibilibus abeuntibus fiunt comprehensiones specierum in nobis et fantasie que esse non possent nisi species sensibilium comprehenderentur a sensu et informarent ipsum ex quo patet propositum. Consequenter ibi Si sensibilis autem verificat suam responsionem per rationem sic: actus sensibilis et sensus idem est secundum subiectum licet sit differens secundum esse; cum igitur motus actio et passio sint in patiente et sentire sit quodam moveri et pati, actus sive species sensibilis scilicet in sensu et ita sensus informabitur aliquo modo ipso sensibili quod est intentum. Circa hanc rationem sic procedit: primo ponit maiorem et eam exponit inter-

minus. Secundo ponit minorem. Tertio infert conclusionem. Quarto redit super probationem minoris et quedam incidentia coniungit ut patebit. Quarto redit ad verificationem maioris et patet quam exponit ibi Duplex autem exemplificans de ipsa in auditu et sono sensibili dicens quod sonus secundum actum et auditus secundum actum simul idem secundum subiectum licet non sint idem secundum esse quamvis enim possibile sit audiens in potentia non audire in actu et sonans in potentia non sonare in actu tamen cum actu sit auditus et actu sonus tunc simul sunt secundum subiectum auditus in actu et sonus in actu secundum tamen esse non sunt idem propter quod quidam dicunt auditum in actu esse auditionem et sonum in actu sonationem et ita hec dicuntur differre secundum esse et si non secundum subiectum. Consequenter ibi Si igitur ponit minorem inferendo conclusionem ibi necesse est. Consequenter ibi actus enim verificat minorem per ea que probata sunt in secundo physicorum ibi enim habetur quod motus actus motivi et activi est in patiente ita quod motus et actio et passio sunt in patiente sive in moto. Ex quo infert quoddam correlarium ibi Unde non et est quod non necesse est omne movens moveri quia cum actus motivi sive motus est in moto ut in subiecto et non in movente nisi in efficiente ut habetur ex tertio physicorum. Et idem propter hoc motivum non est motus ut in subiecto. Scilicet quod non necesse est omne movens moveri. Consequenter ibi Sonativi quidem infert conclusionem prius conclusam ut eam planius distinguat dicens quod actus sonativi sive sonabilis est in patiente. Unde impropria secundum esse differt in agente et patiente secundum enim quod est actus soni vel sonabilis dicitur sonatio secundum vero quod est actus auditus sive auditivi dicitur auditio. Et ne putetur quod sit idem sonus in potentia et auditus in potentia sicut sonus in actu et auditus in actu innuit quod non cum dicit Dupliciter autem dicens quod tam auditus quam sonus dicitur dupliciter scilicet actu et potentia intendens quod actu sunt idem secundum subiectum sed non secundum esse. Et quia specialiter explanavit minorem predictam et exposuit maiorem et intulit conclusionem in auditu et suo sensibili coniungit cum dicit Eadem autem ratio quod similiter est in aliis sensibus sicut est in auditu et suo sensibili quod sicut actio et passio sunt in patiente similiter actio sensuum et sensibilium est in sentiente. Et quia non omnibus sensibus et suis sensibilibus sunt nomina equaliter imposita ad significandum sensum in actu et sensibile in actu propter hoc coniungit cum dicit Sed in quibusdam quod in quibusdam sensibus et sensibilibus imponitur nomen tam sensui in actu quam sensibili ut in auditu et suo sensibili. Auditus enim dicitur auditio et sonus in actu sonatio. In quibusdam autem non est utrumque nominatum ut in visu et suo sensibili. Visus enim dicitur visio sed color in actu innominatum est et hoc in lingua greca secundum aliam translationem in nostra lingua tamen potest nominari coloratio. Actus enim gustativi dicitur gustatio vel gustus sed actus saporis innominatus est et forte dicit hec esse innominata ut innuat quod in vulgari cognitione in quibusdam non sunt manifesta vel genus enim non indifferenter actus cuiuslibet sensibilis. Hoc facit quarto. Quarto cum dicit Quoniam vero unus redit ad verificandum maiorem quam verificat per effectum et hoc per effectum duplicem. Per primum sic quod idem est actus soni et sensus secundum subiectum licet non sit idem secundum esse ex hoc est quod sensus in actu et sensibile in actu simul corrumpuntur et simul salvantur. Et ne putetur quod sensus in potentia et sensibile in potentia eodem modo se habeant ad invicem essentialiter quod necesse sit quod simul corrumpantur et simul salventur hoc removet ibi Differt autem dicens quod sensibile et sensus secundum potentiam dicta non necesse est ut simul salventur et simul corrumpantur. Ex quo incidenter reprehendit quosdam antiquos philosophos cum dicit Sed priores dicens quod antiqui philosophi quidam errabant. Nihil quod dicebant universaliter sensibile et sensum simul esse et simul corrumpi. Uno enim modo bene dicebant, alio modo non. Cum enim tam sensibile quam sensus dicatur multipliciter secundum actum et potentiam de sensibili et sensu secundum actum verum est quod simul salvantur et corrumpuntur de ipsis autem secundum potentiam dictis nequaquam propter quod errabant ipsi cum dicebant universaliter esse verum quod non est universaliter verum. Et intelligendum quod sensibile in actu secundum quod hic est intensio dicitur sensibile inquantum operatur in sensum actualiter. Ad hoc enim est sensibile finaliter ut agat in sensum. Sensibile autem in potentia dicitur sensibile consideratum non in comparatione ad sensum. Quibus intellectis patet per ea que hic dicit non prohibet colorem esse in actu in se antequam immutet quamvis non sit actus sicut hic dicitur. Actus patet etiam qualiter respondendum est si obiciatur quod sonus multociens generatur et videtur esse in actu cum tamen non pervenit ad auditum. Non enim est in suo actu ultimo et secundum quod hic intenditur de actu nature cum immutat auditum. Consequenter ibi Si autem ponit alium effectum ad verificationem maioris. Et quia actus et sensus et sensibilis est idem secundum subiectum non secundum esse propter hoc cum sensibile sit proportio media ipsorum extremorum et sensus erit proportio quedam. Et dat exemplum in auditu et suo sensibili per quod dat idem intelligere de sensibus et suis sensibilibus aliis secundum quod sensus est proportio quedam et quod sensus sit proportio quedam confirmat adhuc cum dicit Et propter id quod cum sensus

est proportio quedam media inter ea universaliter; verum in omnibus quod sensibile excellens corrumpit sensum ut exemplificat in diversis sensibus et sensibilibus tamquam sensus sit quedam proportio et quod sensibile excellens corrumpat sensum confirmat adhuc per aliud signum ibi unde et cum sic est. Propter hoc extrema sensibilium sunt inmixta cum miscentur per aliquam proportionem sensui sunt delectabilia. tunc enim delectatur sensus in quantum cum mixta sunt. et non convenientia propter extrema excellentia unde. cum sit autem ex maiori delectatio et symphonia in medium sensibilium quibus que sunt mixta quam inextremis. si fuerint excellentia et exinduxit prius exemplum de aliis sensibus a tactu quod sensibile excellens corrumpit sensum. Similiter exemplificat de hoc in tactu quod maxime est proportio quia mens in tactu et equalis homines cum hunc sensum certissimum quod est propter equalem proportionem complexionis que complexio constat ex qualitatibus tangibilibus. propter hoc possit putari quod non similiter sit de tactu et de aliis sensibus. dicit ergo quod sensus tactus a suis sensibilibus similiter corrumpitur sicut et alii sensus. licet enim sit quedam proportio tamen propter excellentiam suorum sensibilium destruitur et corrumpitur et in hoc verificatur maior propositio rationis sed propter duplicem effectum quedam scilicet isto modo non introducuntur isti effectus sed tamquam correlaria ipsos concludunt ex ipsa maiore de qua non multum curandum.

**Unusquisque igitur et cetera.** Hic intendit declarare sensum communem esse et ipsum esse sensum alium a sensibus quinque propriis propter naturam sensibilium propriorum super quorum diversitatem iudicat et procedit sic. Primo ut manifestius pateat quod sensus communis est alius a sensibus propriis declarat ad quantum se extendit cognitio sensuum propriorum dicens quod non ultra sua sensibilia propria immo unusquisque sensus proprius comprehendit et discernit suum sensibile proprium et proprias differentias sui sensibilis et non alterius preter se. Secundo ibi Quoniam autem accedit ad principale propositum dicens quod unus sensus alius a quinque qui in uno et eodem tempore indivisibili discernit diversitatem sensibilium propriorum adinvicem qui quidem sensus est communis. Infra ibi At vero impossibile intendit de modo unitatis istius sensus. prima pars dividitur in duas. In prima ostendit quod est unus sensus alius a quinque sensibus propriis qui discernit diversitatem sensibilium propriorum adinvicem. In secunda ibi Quod autem quod neque ostendit quod sua discretio sit in eodem tempore indivisibili. Primum ostendit sic. Illos discernimus diversitatem sensibilium adinvicem sensu sed non uno sensu neque pluribus sensibus, ergo aliquo sensu uno alio a sensibus propriis quo discernimus diversitatem istorum sensibilium qui quidem est sensus communis. hec ratio fundatur super duas propositiones quas sic procedit. primo probat primam secundo secundam primam sic. cum nos discernimus album aliud a dulci et sic de aliis sensibilibus discernimus dico aliquid virtute anime cum illa certum est quod fit illa discretio sed sensitiva necessarius est sensus qui discernit istam diversitatem ipsorum sensibilium. huius rationis primo ponit maiorem secundo ibi necesse est inferre conclusionem tertio ibi sensibilia enim ponit minorem aliter cum possit dici quod primo dat medium secundo conclusionem tertio iustificationem necessitatis sine distinctis partibus nec prius similiter ibi aut medium declarat secundam propositionem quia quod nos non discernimus diversitatem sensibilium aliquo sensu proprio nec pluribus sensibus ostendens primo quod non aliquo uno sensu proprio quod declarat de tactu et hoc maxime videtur de tactu quia pluribus differentias discernat de tactu. dicit ergo sic ostendit si tactu discernimus diversitatem inter album et dulce tunc cum tangeremus ad aliquid istorum in equo essent hoc discerneret diversitatem ipsorum adinvicem sed hoc est impossibile. dicit ergo primum huius rationis primo ponit conclusionem quam intendit dicens quod caro non est illud ultimum sentiens quo sentimus et discernimus diversitatem sensibilium adinvicem et nomine carnis intendit tactum quia famosum erat apud multos quod caro esset instrumentum tactus ex quo patet sua conclusio. medium sive rationis dat ibi necesse enim. consequenter ibi neque enim ostendit quod non discernimus diversitatem illam pluribus sensibus sed aliquo uno ubi sic procedit primo ponit conclusionem quam intendit et patet ex dictis. secundo ibi Similiter igitur eam probat sic. similiter est sensus diversos discernere diversitatem sensibilium diversorum adinvicem ut si unus homo comprehenderet unum sensibile et alius aliud. quorum neuter comprehendit sensibile comprehensum ab alio, impossibile discernit utrumque sensibile comprehensum ab ipso esse aliud a sensibili comprehenso ab alio. istos homines sic discernere diversitatem sensibilium est impossibile cum neuter illorum aliquid sentiat de sensibili alterius immo ad hoc quod fiat illa discretio oportet quod unus homo discernat. ergo istos diversos sensus discernere et iudicare diversitatem diversorum sensibilium est impossibile immo sicut necesse est ut ille qui dicit hoc esse aliud ab hoc erit eadem virtus que ut ibi At neque intendit quod illa virtus sive sensus communis discernit in uno instanti sive tempore indivisibili simpliciter et non secundum accidens ubi sic procedit primo ponit conclusionem secundo ibi Sic enim eam probat per rationem sumptam a proportione inter virtutem dis

eminentem et illud in quo discernit et est quod sicut ipsa virtus
discernens diversitatem inter bonum et malum aut non est in
una et eadem simpliciter et non secundum accidens ut propositum
fuit est sic et eodem tempore discernit istam diversitatem
ex eodem tempore et simul idem. et non secundum accidens licet enim ista
virtus in hoc nunc dicat unum esse diversum ab alio non
tamen dicit ipsum non esse alterum sed dicit ipsa esse diversa et
in hoc nunc. cum ista diversitas in hoc nunc est sicut enim dif
finit et eodem nunc similiter in eodem nunc discernit virtus eorum
diversitatem et eodem tempore indivisibili. consequenter ibi Aut b
intendit de modo unitatis istius virtutis vel ut vo
luit quidam movet questionem contra eos commentator predictis de sensu co
muni et dividitur in partes duas in prima dat rationem quare
hec virtus non potest esse una et eam solvit incomplete
tamen. in secunda ibi Potentia enim opponit contra ipsam solutionem
ut ipsam compleat. primo adhuc dat rationem suam secundo
solvit. ratio est hec. impossibile est idem et indivisibile in
eodem tempore et indivisibili moveri motibus contrariis cum
igitur hec virtus de qua prolocutum est in eodem tempore
moveatur motibus contrariis scilicet in recipiendo sensibilia
contraria et in iudicando de ipsis ipsa virtus non est una et
indivisibilis. huius rationis primo ponit maiorem secundo ibi
Sicut primum minorem secundo ibi Similiter igitur. Solvit
istam rationem licet incomplete et hoc in dando medium unum
quo dici potest hec virtus una et indivisibilis dicens quod
est una et indivisibilis secundum numerum et subiectum divisibilis
autem secundum formam et essentiam ut dicimus de pomo quod
est subiecto indivisibile et divisibile secundum essentias diversas in
ipso ut secundum colorem odorem saporem exemplum est
quantitatis. uno igitur modo est dicere istam virtutem esse di
visibilem scilicet secundum esse et hoc modo posse recipere con
traria sensibilia et diversa et sic quodam modo motibus
contrariis moveri. alio modo est dicere ipsam esse unam et in
divisibilem scilicet secundum subiectum et numerum et locum et sic posse iudica
re et discernere in tempore indivisibili et iudicio uno di
versitatem ipsorum apprehensorum. Et est notandum quod dicit
ipsam indivisibilem loco per hoc quod videtur quod hec vir
tus habeat instrumentum proprium situm in aliqua parte cor
poris ab instrumentis sensuum particularium distinctum.
consequenter ibi Potentia enim opponit contra istam solutionem
et removendo illam oppositionem complet suam solutionem
unde primo opponit sic. impossibile est unum et
idem suscipere contraria simul nisi solum non simul
in potentia. ad hoc enim quod actu suscipiat contraria
oportet quod sit actu divisibile sive divisum ut
patet in sensato si recipiat albedinem et nigredi
nem oportet ut secundum unam partem fiat album et secundum

aliam fiat nigrum. cum igitur hec virtus de qua prolo
cutum est sit una et indivisibilis secundum subiectum ut voluit
alia solutio impossibile est ut suscipiat formas contrarias
sensibilium in actu quod est inconveniens. consequenter ibi
Et sicut dicunt removendo hanc dubitationem complet sua
solutionem et quia determinare unitatem istius virtutis
et eam comprehendere in se est difficile propter hoc docet compre
hendere eam per exemplum in puncto. intendens quod sicut punc
tus est unum in se et secundum quod terminat lineas protrac
tas ab ipso ad circumferentiam plura autem est et multiplicatur
secundum quod ab ipso fluunt plures linee ad circumferentiam et
est ut consideratur ut terminus divisarum linearum similiter
virtus una est et indivisibilis secundum se et secundum subiectum di
visibilis autem et multiplex secundum quod ad ipsam copulan
tur ille ab instrumentis diversorum sensibilium propriorum et
per quas vias fiunt motus sensibilium diversorum ad ip
sam. sed quod divisibilis est secundum hoc suscipit sensibi
lia diversa et contraria et secundum se totam et sicut de puncto
secundum se totus sumitur ut terminus divisarum linearum sic
autem quod est una et indivisibilis iudicat de ipsis iudi
cio uno et in tempore indivisibili et sic ut vult commenta
tor dignius est ut ista virtus primum sentientis sit una
secundum formam multa autem secundum subiectum et instrumenta quasi
conclusio iudicium aut ut dicit melius est attribuere isti
potentie secundum quod est activa quam secundum quod est potentia
a quemadmodum mutatio eius passiva a sensibilibus dignius est
attribuere ei secundum quod est subiectum recipiens quam secundum quod
est agens. est igitur apud Aristotelem secundum commentatorem hec
virtus recipiens secundum subiectum et agens secundum iudicium et
est hoc notabile. quo modo virtus sensitiva est acti
va et quo modo passiva ex dictis est patet. removendo pre
dictam oppositionem sentiendum est quod corpus est non potest
secundum se totum sed esse diviso recipere contraria in actu
et propter hoc necesse est ad hoc quod suscipiat contraria in actu ipsum
esse divisibile in actu. ista autem virtus quia secundum
se totam potest esse sed esse diviso unum potest species
diversorum sensibilium propriorum suscipere. Notandum
est quod sicut hec virtus que dicitur sensus communis
existens una et indivisibilis in se suscipit diversa sensi
bilia. Et uno iudicio iudicat de ipsis. sic sensus par
ticularis suscipit omnes differentias sui sensibilis et iudi
cat de ipsis. consequenter ut ibi De principio igitur Epylo
gat principium determinata ab illa parte ubi incepit
determinare de anima de foris apprehensiva dicens de
terminatum esse a principio sed quod dicitur animal sentire
hec est de anima sensitiva. Et non epylogat de anima
vegetativa quia epylogus de ipsa supponitur in isto

epilogo supponit enim anima sensitiua uegetatiua et sic terminatur secundus liber de anima.

**Quoniam autem duabus differentiis et cetera.**

Determinato de anima apprehensiua de foris cuiusmodi est anima sensitiua, hic intendit de uirtute apprehensiua cuiusmodi est ymaginatio et intellectus et diuiditur hec pars in duas. In prima dat differentiam intellectus et ymaginationis ad sensum et eorum adinuicem, in secunda ibi *Secundum quem motio*. Incipit agere de hiis scilicet de ymaginatione et intellectu et dat istam differentiam ut per ipsam pateat quod iste uirtutes non sunt eedem cum sensu et ita quod necesse est considerandum de istis preter considerationem prius habitam de sensu. Prima diuiditur in duas. In prima dat differentiam intellectus ad sensum, in secunda ut ibi *Ymaginatio autem* dat differentiam ymaginationis ad sensum et ad intellectum et ad quasdam alias uirtutes. Prima in duas. In prima dat opinionem opinantium intellectum et sensum esse idem et rationem illius opinionis et ipsam opinionem destruit, in secunda ibi *Quod quidem igitur* ostendit quod intellectus non est sensus et ubi destruit ipsam opinionem. Prima in secunda ut ibi *Omnes enim* dat rationem illius opinionis et eam destruit inducendo ipsam opinionem. Primo innuit ipsam in communi cum sua causa, secundo ibi *Et antiqui* in speciali exprimit quasdam illarum opinionum. Innuit igitur opinionem dicens quod cum philosophi maxime diffiniant et certificant animam duabus differentiis, una est motus secundum locum et altera intelligere et discernere et sentire; hoc enim totum ponunt pro una differentia cum ita sit. Videtur quod intellectus et sensus sint idem; hanc causam tangit inquirens cum dicit *Que utrisque*. Et est quia uidetur iudicare et cognoscere secundum utrumque sensum scilicet secundum sensum et intellectum. Consequenter ibi *Et antiqui* in speciali exprimit quasdam illarum opinionum et exprimit duas. Prima est Empedoclis qui dixit intellectum et sensum esse idem dicens uoluntatem augeri per presentiam sensibilis in hominibus et ita intellectum moueri ex non contingere ut ei uidebatur nisi intellectus esset idem cum sensu. Ad hoc autem Empedocles dixit idem alibi scilicet quod intellectus est idem cum sensu, propter quod dixit intellectum transmutari per presentiam sensibilis sicut et sensum. Dixit enim ex sensibile presens prestat sensui et intellectui sapere altera et altera et ita transmutari. Et intellectus illam transmutationem uoluit comitatur secundum quod hic accidit utrique scilicet obliuionem et ignorantiam. Consequenter ibi *Hoc autem exprimit* opinionem Homeri et hoc dicens quod Teteuca Homeri idem uult scilicet quod intellectus idem

cum sensu dixit enim homerus intellectum esse talem quale est
illud quod inducit de die pater virorum et deorum .i. quod intellectus
est talis qualis est visus qui per solem sive per illuminationem
nem fit in actu vocat enim solem patrem virorum quia est
causa generationis et patrem deorum appellat planetas deos
et sol nobilissimus est planetarum ipse enim pater .i.
sol inducit visum in die per illuminationem unde intel
ligit per totum hoc quod intellectus est visus sive similis
visui et ita quod et sensus quemadmodum ibi omnes enim quod
primum et dat rationem sic opinantium et eam destruit
et primo dat rationem dicit quod omnes praedicti opinabantur in
tellectum comprehendere res sine corporis corporis et sub conditio
nibus materialibus sicut sensus comprehendit et simul cum hoc
non sentire neque intelligere opinabantur nisi simile per
simile quod est idem ei sicut patet quod habitus in primo
huius opinabantur enim tam intellectum quam sensum esse
idem rebus comprehensis ab ipsis et ita sibi invicem eadem
cum ea cum unum et eis eadem sunt sibi invicem eadem
esse oportet consequenter ibi etiam oportet Destruit istam ra
tionem sic si intellectus non comprehendit nisi sibi simile
quod est idem ei ut vult illa ratio tunc aut est simile
omnibus que comprehendit aut quibusdam et quibusdam non
Si primo modo tunc nequaquam contingeret intellectum si
ue animam intellectivam errare et quod neque deci
pi quod est inconveniens et hoc quod magis proprium est ani
malibus quam animalibus decipi quia secundum uniformem se se
here et apprehensio et anima per maius tempus est igno
rans quam sciens oportet ergo ut omnia que apprehenduntur ab a
nima sint vera et ita ipsam non decipi et hoc si similis
fuit omnibus ut cum quibus similis est nunquam caret nec
decipiatur et nec ea contraria secundum decipietur cum de
ipsis non possit iudicare eo quod non sunt ei similia quod
est inconveniens est enim scientia eadem de utroque contrariorum
et et deceptio et utrumque et error ex quo patet des
tructio illius rationis quemadmodum ibi quod quidem igitur determinat
quod intellectus non est sensus Et inde destruit illam opi
nionem in se prius enim destructa duxerunt ad illam dat
igitur in prima parte duas rationes prima est sensus inest
omnibus animalibus intellectus autem paucis cum solum ratione
utentibus igitur intellectus et sensus non sunt idem quemadmodum ibi
Sed neque intelligere dat secundam rationem et est intelle
gere contingit recte et non recte sentire autem non contingit
non recte et proprium sensibile igitur intelligere et sen
tire non sunt idem huius rationis primo inplicando maiorem
ponit conclusionem secundo ibi sensus quidem ponit mino
rem tertio ibi omnibus ostendit medium prime rationis
et per ex quibus secundo conclusio quam intendit

# ymaginatio autem et cetera.

hic dat differentiam ymaginationis ad sensum et intellectum et
ad alias virtutes anime et procedit sic primo dicit quod ymagina
tio alia est a sensu et intellectu secundo cum dicit et hoc
non sit Determinat situm ymaginationis inter virtutes a
nime intendens quod est post sensum et ante opinionem et
intendit hic per opinionem virtutem estimativam qua
quedam animalia distinguunt et discernunt tertio ibi quia
quidem non incipit dare differentiam ymaginationis ad ali
as virtutes in prima parte sic procedit primo dicit mani
festum esse quod ymaginatio differt ab estimatione
ubi enim nos habemus opinionem habet alia translatio estima
tionem secundo cum dicit hoc enim hoc declarat et conti
net sua declaratio tres rationes quarum prima est nobis
inest imaginari cum volumus estimare non inest
nobis cum volumus igitur ymaginatio est alia virtus
ab estimatione huius rationis ponit tam maiorem quam
minorem cum suis probationibus et primo maiorem quam pro
bat cum dicit pro oculis enim et hoc dupliciter primo sic in
conspectu ymaginative secundum quod vult sicut forme de
ponere in virtute recordativa sive memorativa quas intuemur
cum volumus quod easdem tueri est imaginari quia ymagina
mur illas formas cum volumus aliam rationem inten
dit cum dicit idola et est quod nos possumus cum vo
lumus per virtutem ymaginativam fingere formas
ymaginabiles quarum individua numquam fuerunt a sen
su comprehensa possumus enim per hanc virtutem fingere
infinita sive infinitum et vacuum ex quo patet quod yma
ginamur cum volumus consequenter ibi opinamur autem
ponit minorem quam probat cum dicit necesse est
enim per hoc quod estimatio sive opinio secundum quod hic
sumitur non est nisi de vero aut falso et hoc non
semper sed oportet cum dicit esse verum huiusmodi autem comprehende
re non est a nobis cum volumus quia nec estimamus
cum volumus quemadmodum ibi amplius dat tertiam rationem
ad idem et est cum nos estimamus aliquid difficile aut
terribile statim opinamur in estimando similiter et eodem
modo cum estimamus aliquid delectabile sive volup
tuosum comparamur gaudendo sed cum ymaginamur aliquid
non patimur tamen secundum quod nos habemus sicut si considerare
mus aliquid difficile sive terribile in aliqua pictura
quia ymaginatio estimatio non est huius rationis primo
ponit maiorem secundo cum dicit secundum autem ponit
minorem sicut quam minorem possit aliquis du

videtur enim quod multotiens conpatimur et timemus ymaginando
sicut in sompno et hoc potest quod non terremur in sompno ab y-
magine in conceptu est ymaginatum. Sed in conceptu credere
esse verum et ita non conpatimur ymaginando sed magis ex-
timando sive opinando. Consequenter ut ibi Omnino autem dat
terciam rationem et est virtutis creditive sunt tres differen-
tie scilicet scientia opinio prudentia sive intellectus contraria
horum de quibus est alibi considerare. Sed ymaginatio non
est aliqua virtutis creditive differentia est enim falsissima
virtus anime cum maxime impossibilia comprehendat.
ymaginatio non est opinio sive estimatio. Intendit
enim per opinionem ut dictum est quandam estimationem cum
rationis solum ponit minorem. Et intelligendum quod
de illis de quibus dicit alibi esse considerandum ut dicit
commentator intendit determinare in libro de sensu et
sensato. In libro tamen de sensu et sensato non videtur de illis
determinare quod ut videtur est alius liber de sensu et sen-
sato quem nos non habemus. Consequenter ibi De eo autem dat
differentiam ymaginationis ad alias virtutes ubi sic pro-
cedit primo continuando dicendis dicit quod cum
manifestum sit ex prehabitis quod intelligere est aliud
a sentire et non est ita manifestum esse aliud ab ymagina-
tione immo cum quod est intelligere videtur una actio yma-
ginatio et alia opinio sive estimatio cum ita sit autem quam
determinet de intellectu determinandum est in principio de y-
maginatione secundum differentiam quam habet ad intellectum et
ad alias virtutes. Deinde autem determinandum est de in-
tellectu secundum ibi Siquidem incipit investigare differentiam
ipsius ad alias virtutes et procedit sic primo dicit quod
si ymaginatio proprie accipiatur et non secundum metha-
phoram erit alia virtus anime a quatuor virtutibus que
enumerate que quidem sunt discretive veri et falsi dico
verum et falsum ad complexum et incomplexum que quatuor
virtutes sunt sensus opinio intellectus scientia. Vel sic
primo ostendit quibus virtutibus anime posset videri
ymaginativa esse eadem cum tamen non sit et sunt iste que
nominate sic omnis habitus anime aut veri aut
falsi discretivus esse videtur aliqua istarum iiii virtutum et
sunt sensus etc. Sed ymaginatio videtur esse habitus dis-
cretivus veri aut falsi ergo videtur esse aliqua illarum virtu-
tum sic dupliciter hec littera potest exponi hoc enim facit
primo secundum cum dicit. Quod quidem igitur incipit de-
clarare quod ymaginatio non est aliqua virtutum predicta-
rum et habet illa pars tres partes in quarum prima ostendit
quod ymaginatio non est sensus. In secunda simul osten-
dit quod non est intellectus aut scientia. Tertia quod non est opi-
nio et similiter hic opinio pro opinione que est cum ratio-
ne. In prima parte sic procedit primo ponit conclusionem quam
intendit probare dicens manifestum esse ex dictis quod y-
maginatio non est sensus secundo ut ibi Sensus autem etc. eam pro-
bat per quatuor rationes vel per sex quarum prima est sensus aut
est potentia ut visus aut actus ut visio. Sed ymaginatio
non est sensus actu nec potentia ergo ymaginatio non est
sensus. Huius rationis primo ponit maiorem et eam expla-
nat secundum ibi Apparet autem ponit minorem et probat eam
primum cum dicit ut in sompnis. ymaginatio enim que
fit in sompno sive in sompnio in conceptu est in actu non est
sensus in potentia in conceptu est autem non presente sensi-
bili non est sensus in actu et ita illa ymaginatio nec
est sensus actu nec sensus in potentia. Consequenter ibi Postea
ea sensus dat secundam ad idem et est. sensus semper compa-
tur presente sensibili ymaginatio autem non semper sed in-
que in absentia sensibilis ergo ymaginatio non est sen-
sus. Terciam rationem cum dicit. Si vero actu etc. est si
semper et secundum actum idem esset ymaginatio et sensus
omnibus inesset ymaginatio quibus inest sensus inest autem
non est ita immo sunt quedam bestie que non videntur habere ymagi-
nationem ut animalia imperfecta quibus non inest ymaginatio
sicut formice apes et vermes que forte habent ymagina-
tionem ergo ymaginatio non est sensus. Et intelligendum
quod ymaginatio dicitur esse in animalibus dupliciter scilicet finite quo
modo inest animalibus perfectis que in absentia sensibilis y-
maginantur et moventur ad loca determinata ut con-
sequantur ymaginatum et hoc modo intendit hic de
ymaginatione alio modo infinite inest animalibus y-
maginatio ut scilicet animalibus imperfectis in quibus est y-
maginatio solum coniuncta cum sensu scilicet dum sensibile
est presens et hoc modo inest ymaginatio animali ut
habitum est in principio secundi sicut etiam ante ut dicit
commentator de exemplo quod hic ponit quod quid-
modo per hoc sed commentatorem potest exponi. Consequenter ibi
Postea dat quartam rationem ad idem et est sensus
circa proprium obiectum semper est verus ymaginatio autem circa
suum obiectum multotiens est falsa ergo ymaginatio non
est sensus. Quintam rationem dat cum dicit Amplius au-
tem est cum operamur discrete et certitudinaliter sed sensu
non dicimus quod apparet a nobis apparet esse tale
sed quod est tale cum autem operamur secundum ymaginationem
dicimus quod apparet esse tale et quod non est tale sicut
patet in visionibus que apparent dormientibus ergo yma-
ginatio sensus non est et sic potest exponi illud quod
sequitur scilicet quod quidem igitur quasi sit explanatio ...

rationis secundum tamen aliam translationem et est secundo contrariatorem post dici sexta ratio ad propositum. Dicit tamen contrariator quod est valde propinqua omnibus philosophis. Est enim alia virtus et hec et ex eis quod diximus est quia et clausis oculis ymaginamur ymaginationibus. Ex quo patet ratio sic formari: Nos possumus ymaginari formas visibiles clausis oculis, sentire non; ergo ymaginari non est sentire, nec ymaginatio est sensus. Consequenter ibi At vero neque declarat quod ymaginatio non est intellectus aut scientia, et hoc vna ratione tali: intellectus et scientia sunt semper vera, ymaginatio autem est quandoque vera quandoque falsa; ergo ymaginatio non est intellectus nec scientia. Et intendit, ut dicit contrariator, per intellectum cognitionem principiorum, per scientiam cognitionem conclusionum. Cum enim intellectus et scientia sic proprie dicantur semper vera sunt. Consequenter ibi Relinquitur ergo ostendit quod ymaginatio non est opinio, ubi sic procedit: primo dicit quod ex quo ymaginatio non est sensus neque intellectus aut scientia ut prius ostensum est, relinquitur tantum scire utrum sit opinio, et innuit propter quod posset videri opinio, et est quia opinio est vera et falsa sicut ymaginatio, propter quod posset videri quod ymaginatio esset opinio. Secundo cum dicit Sed et opinionem quidem declarat quod non est opinio, et dividitur in duas partes, in quarum prima ostendit quod ymaginatio non est opinio per se, in secunda que ibi incipit Manifestum ergo ostendit quod non est sensus et opinio simul neque composita ex hiis adinvicem combinatis. In prima parte dat duas rationes. Prima est: cuilibet inest opinio inest et fides, non est enim possibile opinantem non credere illud ad quod habet rationes et argumenta, et ita si habet opinionem habet credulitatem et fidem. Sed non cuilibet inest ymaginatio inest fides, quia brutis non inest fides, tamen eis inest ymaginatio; ergo ymaginatio non est opinio. In hac ratione primo ponit maiorem cum sua probatione que patet ex dictis, secundo minorem cum dicit Bestiarum autem. Consequenter ut ibi Amplius si omni dat secundam rationem ad idem, et est: cuilibet inest opinio inest et ratio. Sed non cuilibet inest ymaginatio inest et ratio, quia brutis non; ergo ymaginatio non est opinio. In hac rationis primo probat maiorem sic: ad omnem opinionem sequitur fides, ad fidem sequitur [illegible] sufficiens secundum aliam translationem adhuc autem ratio, ergo ad opinionem sequitur ratio et ita idem est opinio et ratio. Secundo ibi bestiarum ponit minorem. Consequenter ibi Manifestum ergo ostendit quod ymaginatio non est opinio et sensus simul neque composita ex ipsis adinvicem concatenatis, ubi sic procedit: primo ponit conclusionem quam intendit, et patet ex dictis; secundo cum dicit Propter quod et

bat eam sic: si ymaginatio esset composita ex opinione et sensu, tunc sensus et opinio essent eiusdem obiecti, cum enim ymaginatio sit una virtus non potest secundum aliquid sui esse de aliquo, secundum aliud esse de alio, immo necesse est ut sit eiusdem obiecti, et ita ex sensus et opinio sit eiusdem obiecti. Sed consequens est impossibile, ergo et antecedens. In hac ratione sic procedit: primo ponit ipsam, secundo innuit infirmationem consequentie, tertio destruit consequens, quarto ex consequente destructo infert oppositum antecedentis quod est intentum. Prima pars per se patet. Consequentie necessitatem innuit cum dicit Non enim. Consequens destruit cum dicit Videtur autem, per tale exemplum: sensus scilicet visus dicit solem esse pedalem idest unius pedis, secundum veritatem opinio autem dicit ipsum esse maiorem tota terra. Si ergo hec virtus unus ut ymaginatio esset composita ex isto sensu et ista opinione que sunt eiusdem obiecti, cum eadem virtus esset determinate verus ac determinate falsus, tunc oporteret opinionem veram devenire aut ad falsam nulla transmutatione facta circa ipsam rem quam latet ipsum opinantem, nisi fiat transmutatione circa ipsum opinantem ut per infirmitatem aut aliqua alia occasione propter quod credat illud quod prius credidit aut si maneat opinio vera, oportet idem esse verum et falsum, quorum utrumque est inconveniens. Primo enim est possibile opinionem veram devenire falsam nisi per transmutationem factam circa ipsam quam lateat ipsum opinantem aut per transmutationem factam in opinante circa decredat quod prius credidit. Secundo est possibile simul idem esse verum et falsum ut manifeste patet. Circa hanc rationem sic procedit: primo ponit ipsam, secundo ut ibi Sed perfecta destruit consequens illius, et patet ex dictis, et nihil destruit consequens principalis rationis, ex quo destructo infert oppositum antecedentis cum dicit Non vero unum concludens innuit ex predictis quod ymaginatio nec est opinio nec sensus et sic intelligendum est de aliis, neque est composita ex opinione et sensu. Super quo posset dubitari propter quid non combinavit intellectum et scientiam sicut hic cum opinione et sensu ad ostendendum ymaginationem non componi ex hiis, sed solum sensui et opinioni; et potest causa huius esse quia intellectus et scientia semper sunt vera ut prius dictum est, propter quod manifestum est quod ex ipsis non potest componi ymaginatio cum quandoque sit vera quandoque falsa, et propter eandem causam non potest combinare intellectum aut scientiam cum opinione et sensu. Adhuc diceret aliquis quod ymaginatio bene posset componi ex opinione vera et sensu falso et ex opinione falsa et sensu vero; et ideo hoc non videtur sua ratio quia videtur solum ostendere quod non sit composita ex opinione et sensu falso, quod patet per solum

exemplum. Et dicit quod nec primo modo nec secundo possibile est
ymaginationem componi ex sensu et opinione et non primo mo
do ex sensu vero et opinione falsa cum alterum sit falsa
ymaginatio alterum sit vera

**Set quoniam moto et cetera.** Da
ta diffinitione ymaginationis ad sensum et etiam intellectus ad invi
cem hic incipit agere de hiis scilicet de ymaginatione et intellectu
Et dividitur in duas partes in quarum prima determinat de yma
ginatione in secunda ut ibi De parte autem anime de intelle
ctu. In prima ostendit quid est ymaginatio sicut per finem
prima dividitur in duas. In prima ostendit quid est ymagina
tio secundum rem et diffinitionem in secunda ut ibi Quoniam autem
ostendit quid est secundum nominis interpretationem et intendit i
dem in hac parte per ymaginationem et fantasiam. In prima parte
inquirit talem diffinitionem fantasie sive ymagina
tionis quod fantasia est motus factus a sensu secundum actum
que est sic intelligenda antequam in animalia liberet sensus in
actu non movetur motu ymaginationis scilicet dum solum est
sensus in potentia. Sed cum factus iam fuerit sensus in actu
species recepte in actu delinquuntur per virtutem ymagi
nativam que in absentia sensibilium movetur comprehendendo
ipsas et hoc modo est ymaginatio motus factus a sensu secundum
actum. Istam autem diffinitionem de ymaginatione
sic probat. Moto sensu in actu movetur virtus ymaginati
va motu consimili. Sed hoc non convenit alii virtuti quam
ab ymaginativa. Ergo ymaginatio est motus factus a
sensu secundum actum. Huius rationis ponit maiorem cum sua pro
batione usque ibi Sed igitur nichil ibi ponit minorem et
ei coniungit maiorem prius probatam ex quibus infert
conclusionem quam intendit. Primo ergo ponit maiorem quam
intendit per totum et dicit usque ibi Erit itaque ibi e
nim probat eam sic cum fantasia sive ymaginatio
sit motus non potest fieri sine sensu huius et ipsam mul
ta patitur et agit secundum ipsam sicut secundum sensum ipsa et
potest esse vera et falsa sicut et sensus quod patet hoc
modo sensus tribus modis est quidam autem est proprium sensibile
et sic semper est verus aut in maiori parte aut est sensibile
per accidens ut est subiectum vel sensuum cui inest sicut secund
um sensibile est quod errat et multociens decipitur
licet non decipiatur visus quoniam sit album quod videt
decipitur tamen utrum sit hoc album aut illud ut nix
aut huiusmodi. Tertio modo est sensus communia sensibilia
quibus insunt sensibilia ~~communia~~ propria cuiusmodi sunt mo
tus magnitudo circa que sensus errat sensus plus et mul
tociens decipitur sic ergo patet quod sensus tribus modis di
citur. Sed fantasia differt a sensu sicut illud quod pro

venit ab aliquo differt ab eo a quo venit differt
ergo a fantasia tribus modis dicitur secundum scilicet quod respondet tribus modis
sensus provenientis ab illis tribus. Tribus modis sensus ita
quod tamen fantasia vel sensus est proprium obiectum semper vera est
sicut et ille sensus et si presens fuerit illud sensibile a
pud fantasiam et eodem modo sicut fuit apud sen
sum proprium. Sed enim non eodem modo fuit sensibile
apud fantasiam quod accidere potest propter multas oc
casiones ut scilicet propter distantiam sensibilis aut propter distan
tiam temporis in quo comprehendebatur illud sensibile si
autem ita sit tunc circa sensibile proprium non est fantasi
a vera. Alii autem duo modi fantasie respondentes
duobus secundis modis sensus sunt falsi tam in presentia
quam in absentia sensibilis et precipue cum sensibile procul
fuerit id est vel secundum distantiam localem vel secundum
tempus. Postquam enim dicitur procul esse quod secundum tempus multum
removetur a sensu et ymaginatione et hic accidit quod sen
sus multociens errat et falsus est utrorumque istorum modorum
et tam in presentia quam in absentia sensibilis. Sic ergo patet
quod fantasia est motus factus a sensu secundum actum
secundum motum sensus et veritate et falsitate ex quo
patet propositio maior que est quod motu sensus in actu
movetur fantasia motu consimili. Consequenter ibi Sed igitur nichil
ponit minorem rationis principalis et ei subiungit
maiorem prius probatam ex quibus infert diffinitionem
fantasie que est conclusio principalis remota et patet
ex dictis. Consequenter ibi Quoniam autem visus determinat
quid est fantasia secundum nominis interpretationem di
cens a quo recepit denominationem sic cum fantasia
sit motus factus a sensu secundum actum ut iam os
tensum est. Et maxime omnium sensuum visus sit huiusmodi
cuius perfectio est lux. Sine enim lumine non fit sensus vi
sus accepit fantasia nomen a luce. Et hoc patet quia fanta
sia in lingua greca appellatur lux sive apparitio. Con
sequenter ibi Et propter hoc determinat per quid est fanta
sia sicut per finem et est ut per fantasmata recep
ta in hac virtute moveatur motibus diversis ad sen
sibile scilicet ut consequatur delectabile et fugiat nocivum
in absentia tamquam sensibile esset presens et cetera. Quod
animalia carentia intellectu mediante hac virtute
operantur ad eorum salutem cuiusmodi sunt animalia bruta et etiam
quedam animalia sunt homines qui operantur hac virtute
ad velamentum intellectus ipsorum quod accidit aut egritudine
aut in sompno aut alia occasione consimili. Propter hoc ergo sicut per
finem est fantasia sive ymaginatio. Consequenter ibi De fantasia autem.
Epilogat illa que determinata sunt de fantasia
in ista parte

# De parte autem anime

[D]eterminato de ymaginatione hic intendit de intel
lectu et dividitur in duas partes in prima agit de intellec
tu per id quod est ei proprium sive secundum se. In secunda ibi Videtur
autem agit de intellectu per id quod est ei commune cum sensu prima
in duas in prima agit de substantia intellectus in secunda ibi In
divisibilium de eius actionibus. Prima in duas in prima a
git de substantia intellectus possibilis in secunda ibi Quoniam autem sicut
de substantia intellectus agentis. In prima parte sic procedit primo
dat intentionem secundo prosequitur ipsam intentio autem
circa duo scilicet de substantia intellectus possibilis quorum unum
est utrum intellectus possibilis differat ab aliis partibus
anime subiecto et ratione. Et innuit propter hoc Platonem qui po
suit virtutes anime separabiles esse secundum subiectum ut
prohibitum est in principio huius libri differre enim subiecto est
differre instrumento ut posuit Plato differre ratione est
differre diffinitione sive igitur non sit separabilis intellectus
ab aliis partibus anime subiecto et ratione tunc oportet perscrutari
quam differentiam habet ad invicem hoc est primum in
tentum secundum tangit cum dicit. Et quomodo for
te. Et est utrum intellectus possibilis patiendo intelligat
aliquid sicut sensus patitur in sentiendo an intelligat so
lum recipiendo sine omni transmutatione et passione. Quod autem ibi
impassibilem dat intentionem tunc prosequitur fam
conem et hoc ex secunda cone terminata patebit prima
illa autem pars in qua prosequitur secundam conem dividitur
in duas in quarum prima procedit intentionem declarando
in secunda ibi Dubitabit. procedit dubitando prima in duas
in prima declarat quomodo intellectus possibilis egreditur
de potencia in actum in secunda ut ibi Cum autem decla
rat quomodo intellectus cum sit iam in actu dum
simode intelligit. Prima in duas in prima declarat
quomodo intellectus possibilis egreditur quasi de
potencia essentiali ad actum. In secunda ut ibi Cum autem
hic declarat quomodo egreditur quasi de potencia ac
cidentali ad actum. In prima parte ostendit quod in
tellectus non se habet ad intellectum sicut sensus ad sen
sibilia et ex sic procedit primo ponit iam dictum quod in
tendit declarare per conclusionem et patet ex dictis secundo
ibi Necesse est declarat eam et dividitur in partes
duas in prima ostendit quod intellectus possibilis est
omnino impassibilis in egrediendo quasi de potencia
essentiali ad actum in secunda ut ibi Quod autem na
tura sunt declarat reliquam partem conclusionis scilicet quod
non similiter se habet intellectus ad intelligi sicut sensus
ad sensibilia. Primum declarat sic. Intellectus possibilis est

forma omnino immixtus et propter quod licet egrediatur de potencia es
sentiali ad actum remanebit omnino impassibilis. Necessitas
consequentie huius rationis patet per hoc quod dicit Aristoteles in
libro de generatione scilicet in capitulo de actione et passio
ne ubi vult quod forma immixta cum agat est omnino
impassibilis. Huius rationis solum probat medium scilicet quod in
tellectus possibilis omnino est immixtus et habet ista pars duas
in prima parte probat hoc Anaxagore natura. In secunda ibi
Et bene est Anaxagore iudicio. In prima parte dat duas ra
tiones prima est ostensiva secunda ad impossibile prima est
intellectus possibilis natus est intelligere omnes formas materiales
ergo necesse est ut nullam formam materialem habeat in
actu et ita ut sit omnino immixtus. Circa hanc rationem sic
procedit primo ponit ipsam secundo declarat necessitatem con
sequentie tertio infert conclusionem quam intendit ultimo appell
at nomen intellectus qui potest dici communiter. Et ipse ration
onem ponit dicens quod necesse est cum intellectus possibilis omnia
intelligat ipsum esse impermixtum id est immaterialem et sine omni
forma materiali per quam recipit species intelligibiles quemadmo
dum dixit Anaxagoras ipsum esse impermixtum ad hoc ut
imperet hoc est ut cognoscat omnem aspectum ab
ipso forma enim immixta est illa que est forma nullius
vel impermixta dicitur forma simul. Quod autem ibi Apparere
enim declarat necessitatem consequentie sic si intellectus possibilis
esset forma materialis aut haberet formam materialem modo predicto il
la forma materialis impediret ipsum intellectum apprehendentem
extraneum et obiectum id est prohiberet diversum simpliciter
apparere intellectui ut si calidum aut frigidum esset
obiectum super substantiam intellectus aut simpliciter diversum ab illa for
ma non posset intelligi ab illa substantia illius intellectus sicut
et visus qui est forma materialis non apprehendit omnes formas
sed est sua receptio terminata solum ad colorem et ad
lucem cum igitur intellectus possibilis omnes formas materiales com
prehendat. Nec est forma materialis nec est materia sicut a
materia formam materialem habens per quam alia intelligas
Quod autem ibi Quare nec ex unificatione ipsius conclusionis infert
iterum ipsam conclusionem quod ipsius intellectus nullam contingit esse
materiam id est formam materialem sive corporalem. Quod autem
ibi Sed adhuc appellat nomen ipsius intellectus quod potest
dici communiter. Et ipse Cum enim dicit communiter intellectus com
prehendit ymaginationem cum autem dicit ipse scilicet intellec
tus hominis qui natus est intelligere omnes formas
materiales cum sit impotentia ad ipsas licet non quod intelligat
non est aliqua natura id est non est aliqua forma materialis nec
formam materialem habens. Quod autem ibi Unde neque ponit
aliam rationem ad idem per impossibile et est si intellectus

possibilis esset forma mixtionis aut esset calidus aut frigi
dus et sic de aliis aut haberet aliquod organum quod quidem est
impossibile igitur et antecedens. Et hanc rationem sic procedit
primo ponit conclusionem quam intendit probare secundo
ibi animalis enim. supponendo oppositum conclusionis pro ypo
thesi dat rationem ducentem ad impossibile tertio ibi
Nunc autem nullum destruit consequens quo ad illud ex indige
destructione necessitas consequentie secundum quantitatem sic potest
verificari omnis forma mixtionis aut debetur qualitatibus pri
mis ut sunt calidum frigidum humidum et siccum aut
est addita complexioni corporis provenientis ex illis qua
litatibus sicut sensus cum quidem forma mixtionis necesse indi
get organo ex quo patet necessitas consequentie quam tamen dicit
Et bene est confirmat illud arguendo dicens quod
quidam philosophi bene dicebant. Illi quod posuerunt animam
esse locum specierum dicentes quod sicut locus non est
aliquid ipsorum locatorum sic anima non est aliquid forma
rum mixtionum sive specierum quarum dicitur esse locus
ipsi tamen dicentes animam esse locum specierum non dixe
runt hoc de omni anima sed de anima intellectiva et quam
vis sic possit dici anima locus specierum differt tamen a
vero loco quia verus locus nec actu nec potentia est
locatum in ipso anima autem quamvis non actu tamen poten
tia aliquo modo est species recepta in ipsa patet igitur
quod predictum sic dicentium non est intellectus forma
mixtionis et ita quod est omnino impassibilis consequenter ibi quidam
autem vero declarat quod non similiter se habet intellectus ad
intelligibilia sicut sensus ad sensibilia dicens post hoc
esse manifestum ex hiis apparentibus in sensibus et organis
sensuum secundo ibi sensus enim dat medium ad hoc
et est cum sensus comprehendit aliquod sensibile excellens
valde et post immediate comprehendit aliquod sensibile mi
nus excellens aut male et hoc est quia sensus valde de
libatur a sensibili excellenti sicut patet in auditu et
visu et in aliis sensibus sed cum intellectus intelligit
aliquod intelligibile excellens valde et postea conver
tat se ad aliquod minus intelligibile non minus in
telligit ipsum sed magis cuius causa est quia intellectus
quantum est de se est omnino separatus a conditionibus
materialibus et corporalibus sensus autem nequaquam ex quo pa
tet quod licet sensus patiatur a sensibili intellectus tamen est
impassibilis ab intelligibili et ita non similiter se habet in
tellectus ad intelligibile sicut sensus ad sensibile consequenter
ibi Cum autem declarat quo modo intellectus pos
sibilis egreditur de potentia accidentali ad actum in
tendens quod cum iam est intelligens in potentia accidentali

sive secundum habitum tunc in dicitur sciens et intelligens actu quod qui
dem contingit a se ipso egredi in actu nisi prohibeatur verum
tamen non adhuc dicitur simpliciter intellectus secundum actum
immo est quodam modo in potentia sicut fuit dum fuit
in potentia quasi essentiali scilicet ante addiscere aut sicut
fuit ante inventionem licet non eodem modo sit in potentia
adhuc autem cum secundo modo est in potentia potentia
est ut intelligat se ipsum sicut patebit inferius sic
igitur cum est in potentia accidentali est omnino impassibilis
in egrediendo in actum

## Quoniam autem aliud et cetera

Hic declarat quo modo intellectus existens in actu
iam huiusmodi intelligat declarans quod modo
alio et alio et determinat quis est ille modus alius
unde secundum hoc dividitur in duas partes in quarum prima
ostendit quod modo alio et alio intelligit in secunda ut ibi
Aliud autem declarat quis est ille modus alius
primo declarat sic. quedam res differunt considera
te in se et in esse actuali considerare considerantur non ut
unum in se sub conditionibus materialibus et ut res mathematice
in se considerate considerantur non ut in materia neque sub condi
tionibus materialibus in esse actuali considerate considerantur
sub conditionibus materialibus et ut in materia. Cum autem quedam
res naturales differunt similiter considerate in se et
in esse actuali ut aqua et huiusmodi corpora simplicia
et non sic de omnibus rebus naturalibus immo quedam
res naturales non differunt considerate in se et in
esse actuali ut caro et huiusmodi que nec esse possunt
nec intelligi sine materia cum ita sit autem oportet dis
cernere et iudicare de illis rebus diversis virtute a
nime diversimode se habente ad hoc ut discernat et
comprehendat. anima illas res diversas scilicet carnem secundum
se consideratam et magnitudinem sive aliam rem
mathematicam et aliquam secundum se consideratam
Et quod eadem caro non differunt considerata in se et
in esse actuali probat cum dicit caro enim pro hoc quod
caro nec est nec intelligi potest sine materia continu
mutabili immo semper consideratur forma unum sicut si
mum consideratur semper ut hic in hoc scilicet ut camitas in
naso. simum enim significat camitatem non quamque sed in
naso similiter caro significat formam non quamque sed in
materia et quod caro non sit sine materia transmu
tabili probat. cum dicit sensitivo sic. anima iu
dicat calidum et frigidum sensu sed caro non est
nisi media proportio calidi et frigidi igitur caro sensu

iudicatur et est semper in materia transmutabili et cum contrarietate eo quod componentia ipsam sunt contraria. Consequenter cum dicit *Alio quoque separato* determinat quis est ille modus alius quo eadem virtus anime discernit sive comprehendit illas res diversas dicens quod aut oportet concedere animam discernere sive comprehendere illas res virtute alia et alia aut si virtute eadem ut ipse supponit oportet quod hoc sit modo alio et alio ita scilicet quod intellectus comprehendat res naturales cuiusmodi est caro que essentialem relationem habet ad materiam secundum circulum curvum intellectus comprehendat extensiones talium curvo possit eas intelligere. scilicet quando non ut dictum est non quiescit in ipsis immo reflectitur et incurvatur ad intelligendum conditiones ipsius materiales et ita secundum circulum dicitur eas intelligere. cum autem comprehendit intensiones rerum mathematicarum que essentialem relationem non habent ad materiam eo quod considerantur non ut in materia quiescit in ipsis. immo reflectitur ad considerandum conditionibus materialibus et ita dicitur huiusmodi res intelligere secundum rectum sive secundum lineam rectam. Ille tamen res mathematice sic intellecte non omnino absolvuntur a materia immo semper sunt in sua materia intelligibili sicut enim semper est quod curvum cavo vel concavo i. in materia sua transmutabili ergo quantum ad ipsis rebus mathematicis sic est quod differunt secundum esse considerate .s. actuale et in esse potentiale quod diversus modus est comprehendendi ipsas et res alias naturales essentialem transmutationem habentes quod ut prius aut oportet concedere animam comprehendere has res et alias virtute alia et alia [deleted] aut virtute eadem sed modo alio et alio et supponit ut dictum est quod virtute eadem sicut non idem sensus iudicat de sensibilibus diversis et non in diversi sensus ut postensum est. Similiter oportet eandem virtutem anime s. intellectivam diversa intelligibilia comprehendere et de ipsis iudicare sed modo alio et alio cuius modus patet ex predictis. consequenter ibi *Omnino autem* concludit ex dictis quod sicut diversimode se habent res in esse sic diversimode intelliguntur Et intendit probare quod quanto res magis sunt abstracte a materia tanto aptiores sunt ad intelligendum sive ad intellectum et melius intelliguntur unde res mathematice potissime intelliguntur mathematice autem minus bene vel autem naturales que et secundum esse et secundum considerationem sunt in motu et in materia adhuc minus bene intelliguntur et sic processum est hucusque est circa intellectum possibilem quantum ad ipsius veritatem [?] declarando. consequenter ibi *Dubitabit* procedit dubitando et primo movet dubitationes quasdam secundo ibi *Aut pati* solvit. movet autem duas dubitationes circa intellectum

possibilem prima est cum intellectus sit ita simplex et omnino impassibilis ut postensum est. non habens communicationem in aliquo aliqua forma materiali quod concessit Anaxagoras potest aliquis dubitare cum ita sit quomodo intelliget et hoc si intelligere sit aliquid pati quia enim agunt et patiuntur adinvicem videntur habere aliquid commune cum igitur intellectus nullam habeat communicationem cum formis materialibus ut dictum est et intelligere sit pati a formis intelligibilibus ut videtur intellectus nullam formam materialem intelliget. consequenter ibi *Amplius autem* movet secundam dubitationem et est si intellectus intelligibile aliquid ut predictum est tunc dubium est utrum intellectus se ipso intelligatur an per suam speciem sicut alie res intelligibiles intelliguntur per species suas si vero se ipso intellectus tunc sicut huiusmodi intellectum est intellectus sive ut videtur omnia intelligibilia erunt intellectiva cum omne intelligibile sive intellectum videatur esse unum specie vel eodem modo intelligibile si autem secundo modo .s. si intelligatur per speciem suam sicut alia intelligibilia cum intelliguntur non intelligunt. Similiter nec intellectus cum intellectus intellectivo [?] aut si intellectus intelligat. cum intelligo et alia similiter cum intelliguntur intelligunt. consequenter ibi *Aut pati* solvit istas questiones et primo primam intendens quod si intellectus dicatur pati ab intelligibili hoc erit equivoce. secundo pati quod a formis materialibus dicitur passio. intellectus enim solum patitur recipiendo et sine omni transmutatione vere forma materialis in patiendo transmutatur et corrumpitur unde comparat intellectum cum est in potentia ad susceptionem intelligibilium et non actu intelligens vel nullam formam habens actu tabule nude que sine potentia est recipere omnes figuras sicut enim nuda tabula non patitur ita quod transmutetur cum recipit picturas factas in ea immo magis perficitur per ipsas. Similiter intellectus non patitur a formis intelligibilibus immo magis per ipsas perficitur et sic patet quod solvitur ista dubitatio per distinctionem equivocationis huius ubi pati vel .n. dicitur quod est pati proprie ubi oportet esse aliquid commune agenti et patienti ut .s. dictum intellectus pati ab intelligibili nequaquam. consequenter ibi *Et* solvit secundam dubitationem et habet ista partes duas in quarum prima determinat que pars illius dubitationis est eligenda in secunda ut ibi *Ipso autem* semper docet vitare inconveniens quod videbatur sequi ex illa parte quam elegit determinat igitur in prima parte quod prima pars predicte dubitationis est eligenda intendens quod ipse intellectus se ipso est intelligibilis sicut species immediate comprehensa ab intellectu se ipsa intelligitur et non per suam speciem aliter enim esset processus in infinitum et quod intellectus hoc modo intelligatur se ipso et per speciem suam probat eodem

Similis quidem enim. Per hoc ex in formis penitus immaterialibus idem est intelligens et quod intelligitur idem et est speculans et speculatum. In formis autem materialibus non sic est aliud enim est intelligens ab eo quod intelligitur et speculans ab eo quod speculatur. Cum igitur huiusmodi intellectus sit forma immaterialis ut postea visum est et intellectus se ipso et intelligens et non per speciem intellectus se ipso erit intellectum et non per aliquam speciem sui. Commentator vero hoc modo solvit istam questionem. Tamen manifeste videtur consentire in secundam partem questionis. Sed quod sic debeat solvi sic declaratum est per aliam translationem. Et tamen est et per intentionem Aristotelis in fine huius capituli. Commentator ibi Sed autem speculum docet intrare inquirentes ex videtur sequi ex illa parte dubitationis quam elegit intendens ex causa quare alia intelligibilia cum intelliguntur ab intellectu non intelligunt licet intellectus cum intellectum intelligat ex utrisque intelligibile et aliud ab intellectu sui a illius separatis quia est forma immaterialis non est intelligere in actu. Sed solum in potentia quare quod licet huiusmodi intelligantur non intelligunt illud enim quod per se sui unitur intelligens et ex sic materia sic in eiusmodi est intellectus et tamen virtute intellectus actu intelligere. Cum igitur intellectum omni huiusmodi est intellectus intellectum. Sed alia intelligibilia quamvis intelligantur non intelligunt.

## Quoniam autem sicut etc.

Determinato de substantia intellectus possibilis hic determinat de substantia intellectus agentis et dividitur in duas. In quarum prima determinatur de intellectu agente in se. In secunda ex hic incipit Siquidem intellectus in comparatione ad intellectum possibilem. Prima dividitur in duas. In prima ostendit auctor intellectus agens. In secunda quid sit. Secunda secundum aliam translationem ibi incipit Secundum quod ostendit quid sit. Primum sic. In omni re naturali est aliquid ut materia et aliquid ut agens et efficiens sive forma et totum ex his agente derelinquitur. Tamen cum igitur consideratio de anima sit consideratio naturalis et anima sit unum naturale entium ut vult commentator oportet has tres differentias in anima reperiri scilicet aliquid quod sit ut materia et hic est intellectus possibilis et aliquid quod est agens et efficiens et hic est intellectus agens et totum ex ab intellectu agente fit in intellectu possibili. Istud tamen totum non exponit ut exposuimus. Sed satis innuitur per hoc quod dicit ex oportet esse agens a quo fluunt alia in fluentia. Sic igitur patet quod intellectus agens est. Commentator ibi Et intellectus secundum quod intellectum omne quod est. Secundum alteram translationem determinat quid intellectus agens dicens quod est habitus quidam ut lumen per quod fiunt intelligibilia potentia actu intellecta sicut enim lumen facit potentia visibilia actu videri. Similiter quodam modo intellectus agens facit potentia intelligibilia actu intellecta. Propter quod dicitur habitus quidam ut lumen. Commentator ibi Hic quidem intellectus comparat intellectum agentem ad intellectum possibilem assignando quattuor differentias eorum ad invicem et dicit quod intellectus agens est separatus et immixtus hoc est immaterialis et omnino impassibilis et his tribus convenit cum intellectu possibili. Quod autem ista tamen habeat de intellectu agente potest declarari eodem modo quo de intellectu possibili. Secundo ibi Substantia actu est. Dat differentias eorum ad invicem et dat tres vel quattuor. Quarum prima est quia intellectus agens est substantia in actu ita scilicet quod non est in potentia ad aliquid sicut intellectus possibilis qui est in potentia ad recipiendum formas quod sic probat. Unde manifestum est quod agens nobilius est patiente et omne principium movens et efficiens materia. Cum igitur intellectus possibilis sit substantia eius in potentia ad susceptionem formarum intelligibilium intellectus agens est substantia in actu respectu illarum ita quod non est in potentia ad illas immo magis per actualitatem eius intelligibilia fiunt penes se. Aliter enim istam habent progenituram vel nobilitatem omnium ad hoc intellectus agens supra possibilem. Commentator ibi Idem autem. Dat secundam differentiam et est quod scientia sive actio intellectus agentis est eadem cum substantia sua et sic semper sunt. Intellectus autem possibilis est prior tempore in hoc individuo quam sua scientia sive operatio et est quam operatio intellectus agentis et sic patet secunda differentia. Et intelligendum per hoc quod licet dici posset intellectus possibilis prior tempore in hoc individuo quam sua operatio et quam est operatio intellectus agentis et ita quam sua scientia simpliciter tamen est prior sicut patet de suo motu locali. Ex in hoc individuo generabili et corruptibili posterior est aliis motibus simpliciter tamen prioribus simpliciter enim loquendo est motus localis prior aliis motibus. Commentator ibi Omnino autem potest dici. Ex dat tertiam differentiam. Et est quod intellectus agens non est in tempore cum non aliquando intelligat et aliquando non. Sed semper. Intellectus autem possibilis aliquando intelligit et aliquando non et ita est in tempore. Ut posset dici quod hec differentia datur intelligi per secundam. Cum enim actio eadem est cum sua substantia illud semper et tamen non est in tempore. Et intelligendum quod licet intellectus agens semper intelligat non tamen semper facit suam actionem que est facere formas potentia intelligibiles actu intellectas sicut est de luce que semper lucet et non tamen semper facit corpus actu lucidum ut si corpus non sit coloratum. Similiter intellectus agens non semper abstrahit species a conditionibus materialibus ita scilicet quod recipiantur in intellectu possibili. Sed solum quando convenit [illegible] No

speciem rei intelligitur in ymaginatione et ex hoc quod intelligimus
cum volumus quia cum in nobis est ymaginari species ymaginatas
abstrahit statim intellectus agens et facit recipi in intel
lectu possibili quare hoc licet non semper sciamus quando volumus contin-
git separatis dat quaestionem distinctam et est quod intellectus
agens secundum suam substantiam et secundum suam operationem hoc
est secundum suum intelligere est separatus et incorruptibilis. Intel
lectus autem possibilis quamvis non secundum suam substantiam tamen secundum suam
operationem. hoc est secundum suum intelligere est inseparabilis et
incorruptibilis. sed cum intellectum intellectus possibilis in quantum
huiusmodi non habet nisi virtute illius mediante ut mediante ymaginatione
et sic patent differentie intellectus agentis ad possibilem
ex quibus resultat dubitatio utrum sit una et eadem substantia
intellectus agentis et possibilis aut non. Et substantia intellectus possibilis
est intra. substantia autem agentis intellectus est extra. aut aliqua
natura angelica vel natura superior angelica. Circa quod
quos diversimode sciendum est. volunt enim quidam moderni
primum scilicet quod una et eadem sit substantia utriusque quod relatio-
nem habet ad ymaginationem. accipiat recipit formas intel
ligibiles dicitur similiter intellectus possibilis. sed hoc enim
esse ligatur aliquo modo cum corpore. et hoc tamen ei convenit
quod per decimum tertium de substantia intellectus possibilis eandem substantiam di
cunt per ut visum est consideratum. et dicunt esse substantiam intellec
tus agentis et quod sic sit eadem substantia utriusque et una et
alia extra ut dicitur in secundo videtur habere ex hoc quod dicit
ultima. quod necesse est in anima has esse differentias. Et per
plures rationes potest confirmari tamen per aristotelem quam
secundum commentatorem. Alii autem concedunt secundum modum dicentes
aliam esse substantiam intellectus agentis et possibilis dicentes sub
stantiam intellectus possibilis esse intra. substantiam autem intellectus agen
tis extra. et huius opinionis sunt multi theologi qui dicunt
intellectum agentem in nobis esse intellectum primum
qui quidem intellectus est lux secundum quod dicitur erat lux vera
que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum
et quod ista lux est intimior anime nostre quam sit ipsa
sibi et hoc videtur habere ab augustino propter hoc quod dicit intel
lectum agentem esse habitum ut lumen sicut dicitur et propter
hoc quod vult hic commentator quod substantia intellectus agentis est sua
actio. sed enim est hoc manifestum esse verum
nisi de primo

# Indivisibilium quidem et cetera.

Cum iam determinavit de substantia ipsius intellectus. hic in
tendit de ipsius eius actionibus que sunt due scilicet infor
matio intellectuum indivisibilium et compositio eorundem
In huius enim duabus actionibus complentur actiones ipsi

intellectus dividitur autem ista pars in duas partes. in prima dis
tinguit istas actiones ad invicem et destruit cavillatio
nes contra [illegible] secundam partem distinctionis exsistens in
secunda ut ibi. Indivisibile incipit agere de huius actionibus
prima dividitur in duas partes. In prima distinguit istas ac
tiones. In secunda ibi Falsum autem destruit istas cavilla
tiones. primum facit dicens quod informatio sive operatio ipsi
intellectus existens ad intellectus simplices consistit circa ea
in quibus nec est verum nec falsum et intelligendum est
de virtute completa actio autem ipsius existens ad compositionem
intellectuum simplicium consistit circa hoc in quibus est
tam verum quam falsum. Et quidem compositionem ita sic se habent ad invi
cem quod aut vero aut falso significatione unum ut depen
dens et aliud inherens. Et quod intellectus componat intentiones
prius divisas verificat per exemplum simile dictum ab empe
docle eiusdem. Quemadmodum dicens quod sicut dixit
empedocles quod multa capita prius divisa a collis per a
miciciam postea congregantur et copulantur ipsis ita
ex simile huius simul sunt intentiones simplices ut
subiectum et predicatum in quibus primo informatur intellectus postea
componuntur ab ipso intellectu ut cum dicitur dyametrum
esse coste commensurabile prius enim accipiuntur intentiones
simplices subiectum et predicatum et postea componuntur et
fit una compositio tam secundum preteritum quam secundum presens quoniam
ibi Falsum enim destruit quandam cavillationem. hoc
secundam partem distinctionis predicte et sunt due prima est
quod falsum consistit in remotione et divisione posset enim
aliquis putare quod actio intellectus in compositio non consis
tit circa ea in quibus est falsum hanc removet dicens
quod falsum semper consistit in compositione intellectuum et non verum
cum secundum intellectum componantur aliqua que ad invicem
non sunt componibilia ut si album componatur non cum al
bo in talibus semper est compositio ad invicem intellectuum quod
nisi non verum circa quam est falsitas quoniam ibi Contingit de
struit secundam cavillationem posset enim aliquis nega
re hoc quod presuppositum est. scilicet quod compositio intellectus fit tam
secundum preteritum quam secundum presens ut hoc putetur osten
dit quod sic hoc modo circa quemque existit intellectus in
dividendo existit in componendo sed existit intellectus
tam circa preterita et futura quam circa presentia in divide
do ergo et componendo quoniam ut ibi Indivisibile inci
pit agere de duabus actionibus predistinctis et primo de
prima secundo ibi. Amplius autem quod De prima parte in duas
dividitur. in prima declarat quomodo indivisibilia intelligun
tur aliquo tamen modo divisibilia. In secunda ibi punctum
declarat quomodo intelliguntur indivisibilia omnino ut

est punctus. prima adhuc in duas dividitur. in prima declarat quo
modo intelliguntur indivisibilia actu aut potentia et huiusmodi est mag-
nitudo. consequenter ubi Quod autem non quo intelliguntur
indivisibilia per se aut per accidens primum determinat di-
cens quod cum indivisibile dicatur dupliciter et similiter divisibile
dupliciter actu et potentia. cum vero intellectus indivisibile in actu
potentia autem divisibile intelligit in actu indivisibili et in tempore
indivisibili in actu sicut enim magnitudo intellecta indi-
visibilis est. sed in actu divisibilis cum in potentia similiter et tempus
erit divisibile et indivisibile. Non enim est dicere quod
intellectus intelligit totam magnitudinem quam ita scilicet quod in me-
diate temporis aliam magnitudinis medietatem hoc enim non esset
possibile nisi magnitudo esset divisa immo oportet quod sicut
est magnitudo solum potentia est divisibilis actu autem indivisibilis
similiter et tempus tunc enim non intelligitur magnitudo illa ut
una sed ut plures magnitudines. consequenter ubi Quod autem
non. determinat quo intelliguntur divisibilia per se
divisibilia aut per accidens et huiusmodi sunt forme universales quedam
vero per se carent omni magnitudine et ita indivisibiles. sed
per se divisibiles aut ad divisionem subiecti sive magnitudi-
nis sicut prius dictum est. quod hec intelliguntur anima sive
intellectu indivisibili et etiam in tempore indivisibili per se ip-
sum enim quod intelligitur per se et similiter oportet ut intelligatur
tempore indivisibili per se et similiter intellectu indivisibili
ipsum tamen per accidens est divisibile non quia intellectus
quo intelligit sed quia inseparabile est ab eo quod facit mag-
nitudinem unam et tempus unum. i. a continuo quod
eadem reperitur similiter in magnitudine et tempore et
vel in continuo et ita sic est divisibile per accidens sic
potest intelligi sed in tempore indivisibili. consequenter ubi
punctum autem determinat quo modo intelliguntur
indivisibilia omnino ut est punctus. intendens quod huius-
modi intelliguntur per remotionem et privationem di-
visionis de quibus exemplificat in contrariis. ut scilicet malum
non intelligitur nisi per privationem boni nec nigrum nisi per
privationem albi. vel tunc intelliguntur sicut pri-
vatio per remotionem habitus. intellectus autem qui debet
intelligere huiusmodi indivisibile oportet ut sit in potentia ad
susceptionem utriusque contrariorum vicissim. Si enim
aliquis sit intellectus in quo non possunt vicissim sus-
cipi contraria huiusmodi intellectus tunc intelliget seipsum
et nichil extra se et est intellectus in actu et separatus
hic autem intellectus non intelligit indivisibile per pri-
vationem immo indivisibile quod intelligit seipsum ve-
rum intelligit quod divisibile de quo tamen intellectu hoc
dicat dubium est solum enim sic videtur intellige-

quemvis prime cause que nichil intelligit nisi se et ipse in-
telligit omnia quod si dicatur quod omnia intelligibilia reducit
aut in intellectu agente causante et hoc per naturam pri-
me cause potest dici quod intelligit de intelligentiis sive
substanciis separatis consequenter ubi. amplius autem dicere agit
de secunda actione intellectus que consistit in compositione intelli-
gibilium determinans in principio quod hec compositio facta ab intelle-
ctu non est determinate vera nec determinate falsa sed
quandoque vera quandoque falsa et ne putetur quod consideret de intel-
lectu informato vel de intellectu simplici removet hoc
cum dicit. Intellectus autem dicens quod non omnis intellectus
est huiusmodi. scilicet quod sit quandoque verus et quandoque falsus immo intellectus
hic est qui accipit intentiones indivisibiles est tantum
verus qui quidem intellectus non dicit aliquid de aliquo sed
est incomplexus huius autem intentionem complexam et ita ista sig-
nificat per simile cum dicit. Sed enim sicut sic sensus
particularis circa proprium sensibile semper est verus per coniungendo
cum suum sensibile ad subiectum illius sensibilis quandoque est
verus et quandoque falsus est. similiter est in intellectu quod in
apprehendendo intentiones simplices semper est verus
per speciem enim hominis hominem et per speciem asini ap-
prehendit asinum et non unum per speciem alterius componendo
autem istas intentiones quandoque est verus quandoque est falsus
intellectus enim informatus comparatur sensui circa proprium sen-
sibile. intellectus autem componens comparatur sensui per coniunc-
tionem proprium sensibile ad suum subiectum et sicut est de
intellectu informato quod est semper verus et de sensu proprio
circa proprium sensibile similiter dicit esse de substanciis se-
paratis cum dicit. sicut se. scilicet quod ~~intellibile~~ intel-
ligentie separate semper sunt vere in intelligendo ipsis. i.
idem est actu scitum cum sciente. et scientia quandoque ipsis
est in actu scientia autem que est in potentia prior est tem-
pore in uno. i. in intellectu possibili sive in individu-
o individuato per intellectum possibile quamvis sit scientia in actu
simpliciter tamen non est prior tempore immo scientia in actu
simpliciter prior tempore scientia in potentia. omne enim existens in potentia fit
in actu per aliquid existens in actu vel potest sic exponi
secundum aristotelem quod scientia in actu prior est in actu sciat in
potencia quod scilicet precessit actu intellectus in aliquo in-
dividuo posteriori in individuo intellectu

Videtur autem dubitabile et c.

Determinato de intellectu per id quod est ei proprium sive
ipse hic determinat de ipso comparando ipsum ad sensum
et dividitur hec pars in duas partes in quarum prima comparat
intellectum ad sensum secundum proprietates de quibus mani-

sensibus includit ibi. Sive autem de necessitate. Exponit quandam comparationem dubiam de intellectu et sensu prius acceptam. Prima in duas adhuc dividitur. In prima comparat intellectum ad sensum proprium, secundo ibi Sicut enim comparat ipsum ad sensum communem. In prima primo dat convenientias intellectus ad sensum quarum prima est quod sicut sensibile facit sensibile actu sentiens et hoc sine aliqua passione auferente aliquid a sensu et omnino motu qui quidem motus est imperfecti et perfecti. Perfecti cuiusmodi est motus naturalis de quo determinatur in libro physicorum licet fiat in motu qui est actus perfecti cuiusmodi est motus sensibilis in sensum qui quidem est actus et expletio sensus similiter intellectus in potentia fit actu agens et intelligens sine omni passione vera et alteratione et sine motu modo predicto. Immo multo minus patitur aut alteratur intellectus cum egreditur de potentia in actum quam sensus qui de potentia sentiente fit actu sentiens consequenter ibi Cum autem dat secundam convenientiam et est sensus apprehendens letum aut triste mediante sensibili quod est bonum aut apparens bonum imitatur aut fugit et est idem imitans aut fugiens eadem secundum ipsam licet diversa secundum esse omnino. Sed similiter intellectus agens letum aut triste per fantasmata ipsius sensibilis imitatur aut fugit et est idem secundum ipsam quo imitatur aut fugit licet sit differens secundum esse sicut in sensu. Idem enim facit fantasma in intellectu quod facit sensibile sensui et quod intellectus modo predicto apprehendit mediante fantasmate. Ex hoc correlarie concludit quod dicit. Ex quo quod anima non intelligit sine fantasmate quod est intelligendum de intellectu hominis secundum quod est conditionibus materialibus et corporalibus obnubilatur et ligatur quemadmodum ut ibi. Sicut aer. comparat intellectum ad sensum communem et determinat duas convenientias. Prima est quod sicut terminus communis est terminus ultimus vel respectu apprehensionum exteriorum factarum per sensus proprios similiter intellectus est ultimus et terminus respectu apprehensionum interius factarum consequenter ibi Est tautologia dat secundam convenientiam quam sic procedit primo dat ipsam convenientiam secundo dat exemplum de illa tertio concludit correlarium quoddam inde manifestum ultimo removet quandam dubitationem inde nascentem et aliam tangit. Dat igitur primo ipsam convenientiam et est quod intellectus se habet in unius et proportione ad duo genera fantasmatum sicut sensus communis se habet ad duo genera sensibilium. Sicut enim sensus communis iudicat de sensibilibus eiusdem generis et diversi similiter et intellectus iudicat de fantasmatibus eiusdem generis et diversi et est sicut unitas sentiendi est eadem similiter ista intellectus est id quod ibi dicitur. Dat exemplum de predicta convenientia primum sic sit

a album b nigrum d quidem dulce quod se habet ad d sicut a ad b et intendit per a et per b sensibilia eiusdem generis per c et d fantasmata eiusdem generis per hoc quod dicit contrarium invicem dat intelligere tam sensibilia diversi generis quam fantasmata. Dicit igitur c et d quae sunt fantasmata eiusdem generis sic se habent sicut a ad b quae sunt sensibilia eiusdem generis sunt recepta ab eadem virtute per ipsam quae est intellectus licet a differentia secundum esse eadem ratio est si c et d significent fantasmata diversi generis et a et b sensibilia diversi generis sic adhuc necesse est ut a et b iudicentur et discernantur ab eadem virtute intellectiva consequenter ibi Species autem iustificet quandam correlarium et est quod intellectus intelligit formas et species rerum in suis fantasmatibus ita quod per presentiam fantasmatis imitatur aut fugit sed quod apprehendit per fantasmata utile aut nocivum et hoc quamvis sensibile extra fuerit absens sicut cum aliquis sentit ignem fortiter crematum incipiente imaginatur pluviam quae inflammatio solet esse signum pluvie vel aliquo modo causa ipsius quod sic imaginans pluviam quandoque fugit ac si pluviam sentiret et sic sentiens ignem sive inflammationem imaginatur pluviam per quod fugit tamquam esset presens. Similiter intellectus apprehendens quasdam res per illas apprehendit alias de quibus ratiocinatur cum deliberat tamquam essent presentes et cum iudicavit aliquid de illis letum primo cum aut triste fugit mediantibus fantasmatibus tamquam ipse res essent presentes et illud est universale verum in omni actione anime. Si tamen in actione intellectus speculativi qui est sine vero et falso quam in actione intellectus practici qui est cum vero et falso verum enim et falsum quod actu conveniunt in hoc quod sunt in eodem genere cum bono et malo quod tamen verum cum actu quam sine actu est in genere boni et tamen falsum cum actu quam falsum sine actu est in genere mali. In hoc tamen differunt quod verum sine actu est simpliciter bonum falsum autem econtrario est simpliciter malum verum autem cum actu non est simpliciter bonum sed vel simul potentia sic exponit commentator hoc quod dicit tum in actione secundum unam expositionem quam dat consequenter ibi Abstractiva autem removet quandam dubitationem ex predictis nascentem secundo removet tangit aliam dubitationem quam relinquit insolutam. Prima dubitatio est cum intellectus intelligit fantasmata quibus mediantibus fugit aut imaginatur sensibilia sine rebus extra quae aliquando separari non possunt dubium posset videri alicui quo modo intellectus intelligat vel mathematica cum hec intelligantur non ut in materia. Hanc dubitationem removet intendens quod quedam sunt vel quasi forme et de necessitate et de se contingunt id est conveniunt materiam cuiusmodi sunt simum et camus et talia non intelligit intellectus

separata quedam non sunt vel quia forme non habent concernunt materiam ut sunt res mathematice et talia intelligit intellectus separata sicut enim sunt res ita sic sunt et intellectum [illegible] quod quedam ipse necessario concernunt materiam aput intellectum non possunt separari alia autem que tamen ipse non concernunt materiam bene possunt licet non sint in materia quod de se non concernunt possunt considerari non ut in materia. Circa intellectum quod sequitur ibi utrum autem tangit aliam dubitationem quam relinquit insolutam et est utrum intellectus non separatus a corpore [illegible] modi scilicet intellectus hominis possit intelligere aliquid simpliciter separatum aut non. De quo dicit posterius esse considerandum quod forte facit quia hec questio non pertinet ad physicum sed magis ad methaphysicum secundum tamen Aristotelem in hiis libris videtur habere dubitationem quid ipse illius sit. Videtur enim in hoc libro in multis locis quod intellectus non intelligit sine fantasmate cum igitur penitus separata ut sunt substantie separate et etiam ipse intellectus hominis non comprehenduntur a sensu et ita nec ab ymaginatione sive fantasia videtur quod intellectus hominis nec se nec aliam substantiam separatam intelligat. Ad quod forte potest responderi secundum theologiam dicendo quod anima duas habet facies unam superiorem et aliam inferiorem et per superiorem intelligit se et alias substantias separatas et sic intellectus non scilicet mediante fantasmate nec intelligit in hoc libro quod intensione de illo modo. Secundum autem faciem inferiorem intelligit omnia hec inferiora et quidem intellectus non fit sine fantasmate. Sed illum modum intelligendi non videtur intellexisse Aristoteles. Tamen secundum Aristotelem forte posset sic responderi quod anima sive intellectus creatus in corpore creatur in potentia ut perficiatur cognitione omnium et scientia in tali enim ordine quod primo perficiatur cognitione et scientia sensibilium que quidem scientia non acquiritur nisi mediante sensu et ymaginatione et ita non sine fantasmate. Cum autem iam perficiatur cognitione et scientia talium tunc abstrahit se et separat ab ymaginatione et sensu et potest intelligere separata licet non sit simplex separatum [illegible] et sic separatus intelligit se et intelligendo se intelligit alias substantias separatas sicut vult Augustinus nisi esset intellectus mixtus cum fantasmate continue intelligeret se sic igitur separando se ab ymaginatione et sensu potest intelligere separata licet non sit simpliciter separatum. Pauci tamen sunt qui hoc modo intellectus suos separent et sic intelligunt et qui fuerint tales forte non diu sunt sicut separati nec sunt intelligentes et hoc est quod nostro [illegible] quod non intelligimus substantias separatas nisi ad modum fulguris et hoc est [illegible].

**Nunc autem de anima dicta et cetera.** Hic exponit quandam proprietatem ambiguam de sensu et intellectu prius acceptam quam dicit convenire esse quandam descriptionem anime que est quod anima est quodammodo omnia et circa hoc sic procedit. Primo ponit istam proprietatem et eam declarat. Secundo determinat quomodo est intelligenda. Tertio distinguit ambiguitatem ipsius et quandam incidentiam determinat ipsam proprietatem dicens quod recapitulantes ea que dicta sunt de anima dicamus iterum quod anima est quodammodo omnia que sunt intelligendum scilicet quod hoc intendit hic recapitulare. Tamen dicit recapitulantes quod in summa intendit determinare quod in precedentibus determinatum scilicet singulariter et divisim in precedentibus enim determinatum est dicens quod visus est visibilia et auditus audibilia et sic de aliis in hoc tertio probatum est quod intellectus est intelligibilia et hic in summa determinatur in hac parte quod est anima quodammodo omnia consequenter ibi autem enim declarat istam proprietatem sic: omnia que sunt aut sunt intelligibilia aut sunt sensibilia sed anima intellectiva est quodam modo intelligibilia et anima sensitiva quodam modo sensibilia ergo anima est quodammodo omnia. Hiis rationibus primo ponit maiorem ibi est autem et per hoc distinctionem [illegible] cum dicit qualiter autem sic quod oportet querere qualiter est intelligenda consequenter ibi secantur autem scientie determinat qualiter proprietas est intelligenda intendens quod anima est omnia potentia et non actu. Cum enim intellectus dicatur sit intelligibilia et sensus sit sensibilia sed quod sicut tam sensibilia quam intelligibilia dicuntur actu et potentia sic sensus et intellectus dicuntur potentia omnia sensibilia et omnia intelligibilia et sensibilia potentia et non actu ita quod anima intellectiva est potentia intelligibilia et sensitiva potentia sensibilia quamvis tamen non sic intro dicat hanc partem tamen secundum ipsum introducitur ad declarandum predictam proprietatem sic quorum differentie sunt eedem ipsa sunt eadem sed differentie sensus et intellectus sensibilium et intelligibilium sunt eedem quia actus et potentia ergo intellectus et sensus quodam modo sunt intelligibilia et sensibilia et ita anima quodam modo omnia. De hac continua dicendum scilicet cum enim omnium secundum commentatorem sint eedem differentie scilicet actus et potentia videtur quod eadem ratione omnia sint unum et idem. Et dicendum est quod in hiis non tenet in proposito tamen tenet et hoc propter essentialem operationem sensibilium ad sensum et intelligibilium ad intellectum propter quod hic cum enim est sensibile in actu necessario est sensus in potentia et cum est sensibile in actu [illegible] huiusmodi fit sensus in actu et sic scilicet de intelligibili et de intellectu. Non sic autem se habent potentia et actus ad invicem universaliter in omnibus. Consequenter ibi necesse autem distinguit ambiguitatem predicte proprietatis cum enim dictum est anima est

quodammodo omnia aut hoc est ita quod ipse res extra quas intellectus intelligit aut species ipsarum rerum sed non sunt res ipse quia si sic cum intelligeret lapidem necesse esset lapidem esse in anima quod falsum est oportet ergo quod sit quodammodo omnia ut sit quodammodo species ipsarum rerum ex quo concludit ibi quare anima quod anima est sicut manus sicut enim manus non est alia organa sed est organum organorum id est organum aliis organis utile de se ordinatum ad attrahendum utile aliis organis et apprehendendum bonum et ad depellendum nocivum. similiter anima non est ipse res extra sed habilis de se ordinata ad susceptionem specierum aliarum rerum unde dicitur species specierum intelligibilium et quia sicut dictum est quod sensus est quodammodo sensibilia et intellectus quodammodo intelligibilia ne aliquis hoc putaret quod sicut sensibilia non indigent intellectu ad hoc quod sentiantur quod similiter intelligibilia non indigent sensu ad hoc quod intelligantur hanc dubitationem removet cum dicit quoniam autem ostendens quod indiget sic cum nulla sensibilia separata a magnitudinibus necesse est sensibilibus esse intelligibilia in fantasmatibus sensibilibus ita non intelligit sine sensu et hoc sive sint intelligibilia abstracta ut in methaphisica sive sint habitus et passiones rerum sensibilium ut sunt res materiales quod concludit ibi et ob hoc quod neque addiscere neque intelligere aliquid talium sine sensu tunc cum anima speculatur actu intelligendo aut secundo aliquid talium necesse est simul speculari ipsa fantasmata quia quod fantasmata se habent ad intellectum sicut sensibilia ad sensum sed in hoc differunt quod fantasmata sunt sine materia sensibilia autem cum materia et huiusmodi et ne crederet aliquis propter hoc quod fantasmata essent penitus idem cum intellectu sive habitus propter hoc dat differentiam fantasmatum ad intellectum compositum secundo ad intellectum simplicem primam dat sic fantasma neque est affirmativum neque negativum sed ita non est verum nec falsum intellectus autem compositus est alterum utrorum ergo fantasma non est intellectus compositus quod innuit ibi primum autem determinat quod intellectus simplices non sunt fantasmata et primo querit in quo differunt intellectus simplices a fantasmatibus secundo ibi aut neque determinat quoniam intendens quod intellectus simplices non sunt fantasmata sumptive non sunt sine fantasmatibus sicut enim species sensibilium recepte in sensu non sunt ipsa sensibilia et tamen non sunt sine ipsis sic intellectus qui sunt simplices habitus anime non sunt ipsa fantasmata nec tamen sunt sine ipsis quod innuit ibi Omnia autem epylogat principaliter predeterminata ab illo loco secundo Determinatis autem hiis dicamus iterum de omni sensu ubi incepit determinare de anima apprehensiva inquantum apprehensiva dicens quod anima aliquorum diffinita sit secundum duas potentias quarum una est discretiva et apprehensiva que sunt opera et intellectus et sensus et alia motiva secundum locum de eius apprehensione que est apprehensiva et discretiva sive de sensu et intellectu inquantum sunt virtutes apprehendentes iam determinatum est

## De movente autem et cetera

Determinato de parte anime apprehensiva inquantum apprehensiva hic determinat de anima post apprehensionem motiva et procedit sic primo dat intentionem et exsequitur eam que intendit declarare circa ipsam secunda ibi Habet autem dubitationem prima in se dat primo intentionem dicens considerandum esse de movente sive de parte anime post apprehensionem motiva quid sit secundum speciem anime secundo in utrum una exsequitur ea que intendit determinare circa intentionem in sunt duo primum est utrum potentia motiva de qua est intentio sit aliqua una pars anime distincta ab aliis et divisa secundum situm et diffinitionem sicut ponebant quidam an sit tota anima secundum quod exprimit cum dicat et ipsius Et est si illa pars anime sit potentia utrum sit aliqua pars preter partes anime secundum quibus prius visus in hoc libro an sit alia ab ipsis quod innuit ibi Habet autem dubitationem et secunda intentionem et dividitur in duas partes in quarum prima prima secundam questionem in secunda vero ibi et iam de quo prosequitur primam questionem secundam questionem prosequitur ostendens quod potentia motiva de qua hic intentio non est alia ab aliis quibus prius dictum est et hoc facit ponendo divisiones aliorum de anima et eas destruendo et procedit sic primo dicit dubitationem esse quomodo sint partes anime et quot sint secundum numerum secundo dat causam illius dubitationis tertio dat divisiones aliorum de anima et eas destruit primo patet secundo dat causam dubitationis ibi quodammodo enim quodam et cetera quia tali modo possunt nominari et distingui partes anime quot possunt dici et hoc fit infinite secundum numerum rerum eis obiectarum quod innuit ibi Et non solum ponit divisiones aliorum et eas destruit et primo ponit eas et sunt due prima est secundum quod philosophi diviserunt animam in rationale et irrationalem et appetitivam et fuit ista divisio platonis secundam divisionem dat cum dicit sed et est quod quidam dividunt animam in rationalem et irrationalem quod innuit ibi secundum enim has destruit istas divisiones et primo per illud quod est eis commune secundo ibi adhuc autem per illud quod prime divisioni est proprium commune autem per quod destruit utramque divisionem

est insufficientia vel' eni insufficiens · prima s' qr obmi
sit poten^{tiam} fantasticam siue ymaginatiuam · secunda qr obmisit po
tentiam vegetatiuam dicit 2^{a} qr secundum diuisiones quas plures da
te sunt · de anima in h^{o} libro videntur esse partes anime
et maiorem diuersitatem siue distantiam habentes quam par
tes dictorum hic datur vegetatiua · nam in plantis
et in omnibus animalibus et sensibilibus que quidem poten^{tia} non
potest dici rationalis sicut irrationalis ipse sunt et obmise
runt potentiam fantasticam que videtur esse alia a partibus
in prima diuisione contentis et ideo insufficienter di
uiserunt · Si in aliquis concedat partes anime esse se
parabiles et distinctas ab inuicem siue secundum esse siue secundum
[illegible] et esse ut ponebant quidam dubium erit quibus
partium predictarum diuisionum · sint eedem potentie predicte · s'
fantastica et vegetatiua · quia dicet non est dicere quibus par
tibus sint eedem et ita insufficienter diuiserunt eas
obmittendo quiter ibi adhuc autem destruit predictas diui
siones per id quod est prime diuisioni contrarium etiam eum ulterius
prime diuisionis s' appetitiuum non diuiditur per oppositum contra
reliquas partes illius diuisionis nec est contra partes secunde diui
sionis et ita insufficientes sunt date · quia non est per opposita
dicit 2^{a} quia virtus appetitiua que in predictis diuisionibus sic
nominatur tamquam potentia diuisa ab omnibus aliis non potest
conuenienter diuidi contra reliquas partes ex opposito quantum
ad secundam diuisionem anime rationalis · que est volun
tas et ita appetitus anime est rationalis est desiderium et
etiam animositas et ita adhuc appetitus similiter · et
quantum ad primam diuisionem qua anima diuidatur
per tres differentias ut in illa diuisione in qua illarum est
appetitiua · ex quo patet quod appetitiua non diuiditur ex oppo
sito contra reliquas partes illarum diuisionum et quod ad hoc sunt
insufficientes et quia haec potentia motiua de qua intentio
inter partes illarum diuisionum non est contenda contra dicitur Sed
de quo ¶ Postea primam questionem inquirens s' virtutem po
de qua intentio sit aliqua partium anime quibus prius usus est
in h^{o} libro ausit tota vbi sic procedit primo resumit inten
tionem dicens quod illud de quo nunc est intentio est in
quirere quid est principium mouens animal secundum locum et
ibi secundum quidem excusat se quod non dicimus posse cum
videri aliquam quod sit debet hic inquirere quid est prima
principium mouens secundum augmentum et diminutionem et quid
est principium mouens in inspirando et expirando et in sompno
et vigilia · et h^{o} excusat se dicens quod manifestum est
quod in virtus generatiua que omnibus patentibus aut diminutionem aut
augmentationem in est et principium mouens secundum
motum augmenti et diminutionis qui motus omnibus
talibus insunt · de principio autem motiuo inspirando aut et
expirando et et in sompno et vigilia posterius determinandum

est in de sompno et vigilia et v · et in libro de inspiratione et
expiratione et forte in libro de animalibus et hoc quia magna
difficultas consistit circa hoc · hic autem est considerandum quid
est principium mouens animal secundum locum motum motu pro
cessiuo ¶ Sequitur ibi Quod quidem et incipit presens et
diuiditur in duas · in prima procedit opponendo in secunda ibi Vniuer
saliter duo · determinando · prima habet iiij particulas in prima ostendit
quod anima vegetatiua non est principium mouens motu pro
cessiuo in secunda quod nec potentia sensitiua in tertia quod nec po
tentia intellectiua in quarta quod nec potentia appetitiua sensitiua in prima
sic procedit primo ponit conclusionem quam intendit et patet
ibi secundo · secundum enim probat eam per duas rationes prima
motus processiuus semper sit alicuius propter quid aliquid vel fugiendum
et est semper cum fantasia siue ymaginatione nichil enim
non appetens aut non fugiens aliquid mouetur motu processi
uo nisi violentia · Cum igitur ratione vegetatiue non in
sit fantasia et appetitus · potentia vegetatiua principi
um motus processiui non erit h^{o} rationis solum dat · medi
um cum sua uerificatione · quod minor cum dicat Nichil enim
quod ibi amplius autem dat secundam rationem ad id et est
Si potentia vegetatiua esset principium et causa motus pro
cessiui tunc plante mouerentur hoc motu et haberent or
gana adhuc motui deputata nunc autem non sic est ergo
potentia vegetatiua principium h^{o} motus non erit quod dicit
Similiter autem incipit secunda pars in qua declarat quod potentia
sensitiua non est motiua h^{o} motu ubi sic procedit primo
ponit conclusionem suam secundo ibi multa enim probat eam
Sic multa animalia sensum habentia ut animalia sensitiua
solo tactu que solum sunt · in talibus locis vbi non est inno
uatio alimenti ut in profundo mari sunt inmobilia secundum
locum motu processiuo quia potentia sensitiua principium
h^{o} motus non erit h^{o} rationis solum dat medium cum
sua declaratione quam dat cum dicit Si igitur neque
sic cum natura nichil faciat · frustra neque deficiat in
necessariis nisi in eis que sunt ipsis nec licet deficiat in perfectis et
incompletis et est cum h^{o} modi animalia que non mouentur
motu processiuo sic perfecta in sua specie et non imperfecta quod signum
quod sunt generantia et recipiunt · alimentum et diminutionem
si h^{o} modi animalia haberent · motum processiuum cum
necessaria sunt organa mediantibus quibus perficiatur iste motus
nec dedisset illis animalibus partes organicas ad motum
processiuum deputatas quia cum natura non dedit eis
organa h^{o} modi relinquitur quod non dedit eis motum
processiuum ¶ Et intelligendum quod animal imperfectum
dicitur duobus modis uno modo quod non habet nisi unum sen
sum aut non omnes · et sic non accipitur hic aliter imperfectum
h^{o} modi · n^{a} talia uocantur hic perfecta alio modo dicitur
animal imperfectum quod adhuc est in generando [illegible] [illegible]

est completum in se et hoc modo finit hic in perfectum consequenter ibi At vero neque sensitiva. Secunda pars tertia in qua declarat quod potentia motiva non est intellectiva nec est motiva hoc motu et solum dicit tantum de intellectivo speculativo quam de intellectu practico. Unde sic procedit primo ponit conclusionem quam intendit in qua intelligendo propter hoc quod dicit ratiocinativum intellectum speculativum propter hoc quod dicit vocatur intellectum practicum. Secundo ibi Speculativum autem probat eam et primo quod intellectus speculativus non est motivus hoc motu potentia movens motu processivo semper precipit secundum operationem fugere aliquid aut imaginari intellectus speculativus nichil intelligit comparando illud ad opus sed abstrahendo illud quia intellectus neque precipit aliquid de imaginatione aut fuga cum multociens intelligat aliquid timendum aut letum non tamen iubet timere aut letari et ita nec fugere aut imaginari vel imitari licet aliquando talem intellectum comitetur imitatio aut fuga licet enim talis intellectus non precipit aut fugere aut imitari cor tamen movetur ad imitationem aut ad fugam propter passionem factam in aliquo alio membro ut scilicet quod aliquod aliud membrum delectatur aut tristatur quod intellectus speculativus motu processivo non movebit hic rationes primo ponit minorem secundo maiorem ibi Sed neque cum tertio ibi in tantum resumit minorem et explanat ipsam ut dictum est. Secunda ibi Amplius existente declarat quod intellectus practicus non est motivus hoc motu sic licet intellectus practicus in tantum extendatur quod iubet fugere aliquid vel imitari non tamen semper propter hoc fit motus processivus ad consequendum et fugiendum immo aliquando fit motus in contrarium secundum appetitum sensibilem ut patet in non abstinentibus cum enim succubit ratio et dominatur sensualitas non fit motus processivus quod quia vult et precipit intellectus practicus sic patet quod aliquis habens scientiam cor eius ducentem ad sanitatem cum ipse infirmatur non semper movetur in sanitatem tamquam sit aliquod aliud principium operans ad sanitatem a scientia ipsius medici quia si intellectus practicus hoc motu processivo tamen movebit. Et hac ratione sic procedit primo dat ipsam secundo assumit simile ad hoc cum dicit Et alio vel poterit quod ubi dat aliam rationem ad idem consequenter ibi At vero neque. Secunda quarta pars in qua declarat quod appetitiva sensitiva non movet hoc motu ubi sic procedit primo dat conclusionem secundo eam probat cum dicit Abstinentes enim sic scilicet iubet appetitiva sensitiva fugere id aut imaginari non tamen sit motus processivus ad illud consequendum vel fugiendum sic est in abstinentibus cum secundum sensum appetunt et concupiscunt non tamen operantur que appetunt intellectu dominante et rectificante quia scilicet intellectum sequuntur ex quo patet quod appetitiva non movet semper motu processivo

Videntur autem etc. Iam processit ex opposito hic procedit determinando et hec dividitur in duas quarum prima est de potentia motiva motu processivo in se et absolute secunda quam incipit ibi Sensibilis quidem de operatione potentiarum motivarum ad invicem. Prima habet duas partes in quarum prima est de hac potentia motiva in se secunda que incipit ibi Primum autem de modo eius intelligendi et primo determinat ea narrando quod uno modo sunt tantum duo moventia hoc motu scilicet appetitus et intellectus et hoc si nomine intellectus comprehendatur fantasia sive imaginatio. Alio modo scilicet si non comprehenditur nomine intellectus tria possunt dici et appetitus et intellectus et fantasia que quidem in animalibus considerata videntur esse tamquam causa intelligi et quod fantasia non debeat comprehendi sub nomine intellectus declarat cum dicit Multa enim et hoc duplici causa scilicet quia homines in quibus sunt simul intellectus et fantasia multa consequuntur secundum fantasiam ad que non moventur secundum intellectum tamen quia fantasia non solum est in illis in quibus est intellectus immo est loco intellectus in animalibus intellectu carentibus de quibus vocatur potest dici fantasia non comprehendi sub nomine intellectus consequenter cum dicit Utraque enim reducit hec tria moventia ad unum. Et primo reducit hec tria ad unum movens in secunda ibi Unum autem appetitus declarat quod istud movens ad quod reducit alia est unum. In prima parte reducit et dat tria moventia ad unum scilicet ad appetitum sive ad virtutem appetitivam sic intellectus non motu processivo tamen secundum appetitum licet quandoque appetitus moveatur secundum intellectum fantasia non est sola motiva sed appetitum. Secundo tamen est unum primum et principale movens hoc motu scilicet appetitivum in hac ratione sic procedit primo dat medium secundo ibi Unum ergo infert conclusionem. Tertio ibi Si enim declarat necessitatem consequentie fundando medium sic procedit primo dat primam partem medii scilicet quod intellectus non movet sine appetitu licet equivoce et determinat quis est ille intellectus qui movet hoc motu quia intellectus practicus et dat differentiam illius ad intellectum speculativum quo ad fines dicens quod hec duo sunt motiva motu processivo scilicet intellectus et appetitus qui quidem intellectus hoc motu motivus est ille qui movet propter aliquid scilicet intellectus practicus qui differt a speculativo fine finis enim intellectus practici excedit finem intellectus speculativi quia finis speculativi est cognoscere sive considerare finis autem practici est scire operationem et sicut motivus hoc motu movet propter aliquid sic et appetitus non tamen est appetitus motivus intellectus sed magis equivoce secundum aliam translationem intellectus practicus movet

appetitum est enim appetitus ut infra patebit ultimum principium
et immediatum motus processivi ex quibus patet tamen
quod manifestum quod appetitus et intellectus practicus sunt
moventia motu processivo verumtamen quod appetitus movet
per se quod movetur ab intellectu est enim intellectus principium
movens appetitum in quo salvatur appetitus sicut
posterius in priori sic igitur habetur una pars medii scilicet quod intellectus
non movet sine appetitu licet consequenter quantum ibi Fantasia
autem dat aliam partem medii dicens quod fantasia non
movet hoc motu sine appetitu quantum ibi Unum igitur ex me
dio infert conclusionem quantum ibi Si enim duo. declarat
necessitatem quantitatis sic si intellectus et appetitus et mo
vens motu processivo sint duo motores diversi itaque unum
non reducatur ad alium tunc neutrum movebit sed alte
rum tantum aut movebit utrumque et hoc per naturam sibi
propriam aut per naturam communis generis. hoc autem fal
sum est igitur primum Circa hanc rationem sic procedit primo ponit
rationem secundo destruit consequens tertio infert oppositum a
tecedentis quod est intentum Ratio patet consequens destruit cum
dicit. Nunc autem. sic intellectus non movet nisi secundum volunta
tem voluntas autem quidam appetitus est igitur intellectus non mo
vet nisi secundum appetitum cuius oppositum voluit secundum
dictum consequens. et quod intellectus sit minimus quantum appetitus ita
quod non possit movere nisi secundum appetitum licet consequenter
appetitus moveat sine intellectu declarat quasi per ef
fectum cum dicit Intellectus quidem. quia enim sic ideo omnis
intellectus rectus est sed tam appetitus quam fantasia est
recta et non recta et ita in plus modo predicto quantum ibi
Unum semper Infert oppositum antecedentis quod est semper in omni
motu processivo necesse est esse unum principale movens scilicet
appetitum et subiungit quod est illud ad quod movet et
est bonum simpliciter aut apparens et ita per bonum apparens
bonum actuale quod quidem non semper uniformiter se habet ta
le enim bonum quod actualiter sentitur creditur esse bo
num non tamen est necesse ut sit bonum simpliciter immo
magis bonum simpliciter non sentitur actualiter bonum
sed scitur esse bonum futurum quantum ibi Quod autem hu
epilogat dicens manifestum esse ex hiis quod potentia a
nime motiva motu processivo est appetitus Et intelli
gendum est quod cum appetitus non est nisi appetitus sensibilis
nec appetitus intelligibilis patet ex dictis consequens sunt superius
quod neuter potest esse principium movens hoc motu sed
est appetitus qui est communis ad utrumque et quia ex
iam dictis patet et patere potest quod plures sunt partes sive po
tentie anime quam fuerunt accepte in divisionibus fun
datis ab aliis de anima, infra hoc ut ple
nius informet, illas divisiones enumerat plures
partes anime in illis divisionibus anime non tactas cum dicit Di
visionibus quantum ibi quoniam autem cum iam reduxit omnes potentias
motivas ad unum motivum scilicet in appetitivum declarat quo
modo istud appetitivum est unum declarans quod est unum specie
et non unum numero. sic appetitus secundum quod terminatur ad intelle
ctum contrarius est appetitui terminato ad fantasiam et mi
tentis quod per processivos effectus qui sunt ratio et desiderium que
contraria sunt in illis in quibus est intellectus cum sensu in
tellectus enim bonum iubet propter futuram penam quantum tamen fan
tasia autem sive desiderium iubet ipsum consequi bonum simpliciter
et non discernit malum sequens tamen considerat ipsum ut simpliciter
bonum est igitur licet unum possit simul moveri motibus contra
riis virtus appetitiva movens hiis motibus contrariis
In eorum hoc modo dicendum unum specie et non numero. hoc rationis
primo ponit medium quod verificat cum dicit. hoc autem
ex quo infert. conclusionem cum dicit. Specie igitur unum con
sequitur ibi Primum autem omnium determinat quo virtus
appetitiva movet hoc motu intendens quod in huiusmodi
motu est ipsum appetibile movens ita quod non movetur.
virtus autem appetitiva movens et mota. movetur enim ab
appetibili et ipsa movet alterum organum scilicet animal quod movetur
hoc motu ipsum autem est tantum motum movetur autem immediate
a virtute appetitiva ipsum autem ulterius non movet de
cuius organi natura considerandum est in libro de com
munibus operationibus corporis et anime quia non pertinent
ad nos ut vult commentator et licet hoc de natura illius
organi esse alibi considerandum tamen in generali aliquid dicit
de ipso quantum ibi Sicut autem prescit dicens quod
ipsum est principium et finis motum ipsum est quies
cens et motum et potest sic intelligi illud organum
secundum aristotelem in veritate est cor quod quidem iacens iuxta
sinistram partem animalis non influit virtutem suam
in partem dextram per quam primo movetur pars dextra
in locum inferiorem et sic est illud organum principium motus
scilicet pulmonis stante autem et quiescente parte dextra a
trahitur sinistra post ad eundem locum et abstractio
nis est id organum finis et ita est principium pulsionis et
finis attractionis adhuc autem cum movetur post dextra
sustentatur super partem sinistram et tunc quiescit cum
descendente in ea quiescit organum latens iuxta stante
enim parte dextra movetur post sinistra in qua similiter movetur
illud organum et ita est illud quiescens et motum secundum
rationem aliam et aliam unde illud organum est in animali
sicut centrum in circulo influit enim virtutem et mini
strat motum aliis partibus corporis sicut si aliquis ymaginetur
centrum influere circumferentie in omnes partes virtutem
motivam et posset ex hoc sumi argumentum quod illud

scilicet cor ut in dicto sit organum sensus communis. Consequenter ibi omnino
igitur epilogat concludens ex dictis quod vult sicut dictum est
est animal vel anima movens se ipsum motu processivo per
virtutem appetitivam que quidem non est motiva sine fanta-
sia communiter dicta. Fantasia autem aut est rationalis aut sen-
sibilis per quam et animalia alia a rationalibus utuntur fantasia et
similiter virtute appetitiva que est principium motus processivi et intelli-
git de animalibus perfectis. Consequenter ibi considerandum quidem intendit
de potentia motiva motu processivo in imperfectis ubi sic proce-
dit primo dat intentionem dicens considerandum esse de anima-
libus imperfectis que solum habent gustum vel tactum et in ipsis mo-
veri motu processivo utrum scilicet sit fantasia et desiderium si-
ve appetitus sicut in aliis aut non. Secundo ibi videtur autem pro-
sequitur intentionem et habet illa partes duas in prima dat rationem qua
videtur quod fantasia et desiderium sunt motiva in talibus. In secunda
ibi aut sicut determinat modum quo fantasia et deside-
rium sunt in talibus et movent in ipsis. Ratio quam dat in prima
parte hec est animalibus imperfectis possunt inesse leticia et tristicia
cum igitur hec consequuntur ad fantasiam et desiderium leticia
enim inest et consequitur ymaginatum determinatum tristicia
autem cum non aut consequitur ymaginatum esse non deside-
ratum. Sed necesse est fantasiam et desiderium inesse talibus et
supponens tamquam manifestum ex antecedente ex fantasi-
a inest talibus. Contrario quo potest eis inesse et similiter intelligendo
est de desiderio. Consequenter ibi aut sicut determinat quo modo
fantasia et desiderium sunt huius et movent in huius. Intendens
ex infinite sunt sicut et motus processivus et huius modi alia
ex sumus sensibile semper est eis presens non movent ad lo-
cum alium nisi cum apprehendunt sensibile nocivum. Tunc enim
fugiunt non determinate ad aliquem locum plus quam ad alium
et ita infinite moventur motu processivo et quia huius modi sen-
te sunt eis desiderium et fantasia et infinite movent in
ipsis quemadmodum. Et cum ut sit in alio textu. Cum autem
sit determinatum de potentia motiva
motu processivo et in hoc est hanc partem posset dubitari
quo modo anima secundum aliquam sui potentiam possit movere
corpus de uno loco in alium scilicet cum ipsa in uno illorum locorum
ad quem movetur presens sit per se nec per accidens
Et potest dici ad hoc quod anima non est sita in aliqua parte
corporis immo ubique est in corpore tota ut vult augustinus et
ita est tota in parte anteriori corporis animalis et similiter in parte
posteriori. Sed tamen est dicere eam alicubi esse cum igitur ipsa
existens in parte posteriori movet partem posteriorem
ad locum partis anterioris in qua similiter vel similiter est pars
posterior expellit partem anteriorem ad locum alium
adhuc in qua similiter est anima secundum se totam et sic
deinceps. Non oportet est dicere animam movere corpus nisi ad locum
in quo est aliquo modo
Adhuc potest dubitari de hoc quod dictum est motum loca-
lem processivum fieri mediante corde sive a corde. Ex hoc in-
venitur videtur quod motus processivus animalis incipere a si-
nistra parte contra quam vult aristoteles in libro de celo et
mundo ubi enim ex incipiat a parte dextra
Ad quod dicendum quod est principium et inde unum oritur iste
motus est a parte sinistra quam a corde. Principium autem ex-
terius et manifestationis illius motus est a parte dext-
era quod animal naturaliter non movet nisi per partem dextram
et pars sinistra non est nisi ut sustineat partem dextram
in suo motu





Sensibus quidem etc. Determinato de
potentia motiva in se motu processivo hic determinat de compara-
tione huius modi potentiarum adinvicem et ex hoc nata occasione
transit ad operationem aliarum potentiarum anime. Unde sedum
hic dividitur hec pars in duas in prima comparat potentias moti-
vas anime adinvicem in secunda ibi vegetale. Inde nacta occasio-
ne comparat alias potentias anime adinvicem. Prima in duas
in prima ostendit in quibus sunt potentie motive in secunda
quo modo se habent adinvicem cum sint in eodem cum dicit
virtus autem. In prima parte sic procedit primo dicit quod
fantasia sensitiva et hoc est in rationalibus et irrationalibus
fantasia autem deliberativa sive intellectualis est solum in
rationalibus. Secundo ibi virtus autem declarat illud ultimum
scilicet quod fantasia deliberativa est in solis rationalibus. Sic
eligere de duobus utrum hoc sit eligendum aut hoc sive
agendum est opus rationis sola enim ratio de multis
fantasmatibus deliberans eligit unum. Cum sic existens in mo-
tus una [illegible] ymaginationes multas. Hoc autem est deli-
berare quod fantasia deliberativa in solis rationalibus est
et hoc est causa quod opinio que est cum sensu sit aliquid post de-
liberationem non inest omnibus post fantasiam non in-
omne habens fantasiam habet eam per decursum unius in
alterum quod est causa sue rationis sed ergo omnibus quibus
inest opinio inest fantasia et propter eandem causam non
appetitum in est deliberatio in sit appetitus. Consequenter ibi vir-
tus autem ostendit alio quo modo hee virtutes motive
scilicet fantasia sive appetitus sensitivus et intellectivus sive delibe-
rans se habent ad invicem cum sint in eodem ubi sic
procedit primo determinat quod deliberativa aliquando vin-
cit sensibilem aliquando contra et declaratio in [illegible]
in speris celestibus per exemplum [illegible] [illegible] cum una spera ulti-
ma natura est in suo motu movere omnes speras infra

ores sicut superior virtus nata est movere et rectificare virtutes inferiores et iste ordo servatur in illis quae abstinentes sunt semper in natura. Dico virtus superior principalior est et suo motu movet virtutem inferiorem cum igitur sic moventes tres virtutes animae quod sic potest intelligi cum sphaera ultima caelestis movetur sphaeram aliquam inferiorem tunc dicuntur sicut tres motus cum secundum motum primum et secundum motum orbis qui est gravius suo motu et secundum motum orbis inferioris quo movetur motu orbis primi. Similiter dicere virtutem animae superiorem dominari secundum tres motus cum movetur et rectificat virtutem aliquam inferiorem et cum sic ordinantur virtutes animae in modo naturali agit haec cum comparatio in tali. Hic facit primo secundo ibi Secundum hoc scibile quod dictum est quod appetitiva deliberativa movetur motu processivo et haec appetitiva pars dicta universalis et particularis speculativa et practica sensitiva et opinativa ne sic putetur quod appetitiva omnimodo sit motiva motu processivo determinat quod non intendens quod appetitiva universalis non est haec motiva vel hoc modo motiva sed particularis non speculativa sed practica non sensitiva sed opinativa. Quod etiam potest intelligi per hoc quod dicit universalis et particularis aut si verum tamen universalis quam particularis sit motiva et sic de aliis universalis non movetur nisi mediante particulari non speculativa nisi mediante practica nec sensitiva nisi mediante opinativa.

Vegetabilem quidem etc. Hiis in precedentibus quae de potentia motiva motu processivo quibus ultimo inde nacta occasione determinat in qua parte de aliis potentiis animae et illarum quibus insunt et dividitur in duas. In prima declarat quod potentia vegetativa necesse est esse omnibus viventibus generabilibus et corruptibilibus. In secunda ibi Sensum autem determinat quod potentia sensitiva sive sensus necesse est esse animalibus etc. Primum sic procedit primo ponit conclusionem quam intendit probare deinde probat ex dictis secundo ibi Necesse est enim. Probat eam sic omne vivens generabile et corruptibile indiget augmento mediante quo deducatur in magnitudinem completam et si sic indiget alimento et si hoc indiget potentia vegetativa patet igitur a primo ad ultimum quod necesse est potentiam vegetativam esse omnibus viventibus necessitas autem consequentiae satis patet inspiciendo. Consequenter ibi Sensum autem ostendit quod potentia sensitiva sive sensus necesse est esse omnibus animalibus et dividitur in duas partes in prima declarat hoc in communi in secunda ibi At vero si descendit ad species sensus declarans quis sensus necesse est esse animalibus ~~per esse~~ propter esse et quis propter bene esse. Prima pars habet tres in prima declarat quod omne animal habet sensum in secunda ibi Si igitur quod omne animal processivum habet sensum in tertia ibi Si non primo autem quod omne animal habens intellectum necesse habet sensum. In prima parte sic procedit primo ponit conclusionem quam intendit dicens quod non est necesse sensum esse omni vivente vel viventia ut sunt simplicia quorum ut sunt corpora caelestia non habent sensum tactum quod in illo forma non cadit sensus sive habent sensum quia non sunt susceptibilia specierum sensibilium sine materia et eodem modo sunt plantae et cetera ut ita sit in illis tamen impossibile est aliquod animal esse sine sensu et istam posuit conclusionem quam intendit probare. Secundo ibi Animal autem probat eam sic si natura non facit animal animam frustra quia quidem animal est animal necesse est omne animal habere sensum cum igitur manifestum est quod natura non facit aliquid frustra eo quod nihil facit frustra vel si esset omne animal sensum habere hac ratione primo ponit. Secundo ibi Propter quid continuat necessitatem consequentiae quae sic potest intelligi Si natura facit aliquid cum non fiat frustra a natura sed omne propter aliquid principaliter intentum aut consequens ad illud quod principaliter intenditur et ordinat natura facit animam propter aliquam operationem haec autem operatio ultra animam vegetativam est et citra intellectivam aliter enim esset frustra huiusmodi autem operatio media est sentire propter quod omne animal sensum habet cum nihil sit frustra apud naturam. Consequenter ibi Si igitur processivo ostendit quod omne processivum habet sensum sic. Si animal processivum non haberet sensum corrumperetur statim cum eius statim corrumperetur et non deduceret ipsum natura ad finem quem intendit cum igitur hoc sit inconveniens necesse est omne animal processivum sensum habere hanc rationem primo ponit. Secundo ibi quomodo enim declarat necessitatem consequentiae sic. Si animal processivum careret sensu quo non apprehenderet suum alimentum non per medium distans ad quod movetur per apprehensionem speciei ipsius alimenti in sensu ipsum non aleretur quod statim corrumperetur. Haec est differentia inter animal processivum et animal manens quia soli animali manenti est suum alimentum semper praesens in loco in quo natum est esse processivum animal non habet suum alimentum praesens sibi coniunctum distans ab eo ad quod movetur quando apprehendit speciem ipsius in sensu. Consequenter ibi Non pro autem corpus declarat quod omne animal habens intellectum et generabile habet sensum omne corpus non manens semper aut non semper habens intellectum id est omne corpus generabile aut simplex ut supponit habens intellectum habet sensum sed omne animal est huiusmodi ergo omne animal habens intellectum habet sensum. Huius rationis primo ponit conclusionem secundo ibi cum non inveniunt maiorem quam probat cum dicat quare non sic si contra

gnabile huius intellectum non habet sensum aut hoc est quia dignius est
intellectum non habere sensum quam habere aut quia dignius corpus
sed verum est falsum quod et primum hanc rationem primo ponit
secundo ibi Dicunt autem destruit quia sic intellectus ani
malis non magis intelligeret sine sensu quam cum sensu immo
forte nichil reservatum illi sit et corpus animalis non magis
durabit sine sensu quam cum sensu immo multo minus si
cum careret sensu indifferenter appeteret nocivum et uti
le et corruptivum et non corruptivum quare statim corrumpe
tur ex quo relinquitur quod nec dignius est animali nec in
tellectui sic secundum corpus non habere sensum quam habe
re quare nullum corpus huius intellectum caret sensu. quantum
ibi. at vero si secundum descendit ad speciales sensus decla
rans quis illorum necessarius sit ad esse et quis ad bene esse
et dividitur hec pars in duas partes in prima . . ostendit quod
tactus et gustus sunt de esse animalis ad esse . alii tres sensus
s. visus auditus olfactus insunt ad bene esse . ut ani
malibus perfectius inseda ibi quod autem declarat alio modo
quod solus tactus necessarius vel necessarius est prima pars habet duas in
prima ostendit quod tactus et gustus quidam sunt ad bene
esse in secunda ibi alii autem quod alii tres sunt necessarii ad bene esse
animalibus perfectius prima habet duas partes in prima ostendit
hoc de tactu in secunda ibi ex quo de gustu in prima pre
dat duas rationes prima est si omne animal habet sensum necesse
est ipsum esse mixtum simplex enim corpus non potest esse
et tale corpus tactum non habeat et ita non sensum aliquem et
si hoc s. si omne animal habet sensum et necessarium ad hoc quod sit ani
mal est ut habeat tactum et ita tactus necessarius est anima
li ad esse necessitas minoris declarationis quia sic omne orga
num sensus ut ostensum est est medietas sive media
proportio contrariorum sensibilium non elementi sed spiritualiter ex
tensum hoc autem media proportio est forma et comple
tio tactus quare si aliquod animal habet sensum et sit mi
xtum necessario habebit sensum tactus quantum ibi simplex
autem animal dat aliam rationem ad idem et est omne animal est
corpus animatum potest tangi et sit compositum ex diffe
rentiis tangibilibus et ita est sensibile sensu tactu si
quando cum tangitur a differentiis tangibilibus non perciperet
se tactu tangi statim corrumpetur a tangibili cor
rupto et motio quare si debet salvari animal necesse est ipsum
habere sensum tactum et ita tactus necessarius est ad esse
et non est simile de tactu et de aliis sensibus aliis enim
sentit sunt per alia i. per media extrinseca ut olfactus
visus auditus qui ad esse animalis non sunt necessarii sed tactus
necessarius est quia cum animal sit tangibile ut dictum est
non haberet sensum tactus non posset tangi utilia ac

cipere et nociva fugere et si hoc impossibile esset animal salvari
esse ad hoc quod ut salvetur in esse indiget gustu ibi . ex quo
declarat quod gustus necessarius est ad esse sic . gustus est quidam
tactus alimenti multum conferens ad alendum sensibile ipsum
multum confert ad alimentum quare cum gustus faciat ad aug
mentum et alimentum quae sunt necessaria ad esse animalis et gustus
necessarius ad esse sensibilia autem aliorum sensuum . s. sonus co
lor et odor in alimento non faciunt ad augmentum et diminutio
nem nisi per accidens quare sensus illorum sensibilium ad esse animalis
non sunt necessarii quantum ibi hec quidem . epylogat | dub.
Dubitatur super hoc quod dictum est universaliter principium hoc est tenus quod
omne vivens generabile indiget augmento hoc . non videtur in
senectutibus quibus quantitas est iam completa immo potius natura
tendit ad corruptionem et diminutionem
Ad hoc dici potest quod augmentum dupliciter potest | So
sumi quantum est proprie quando est pro actione quorum sit di
soluto et deperdito tunc deperditum restauratur per ali
mentum restaurato dicitur et sic sumitur hic sic indiget
senem augmento sicut et iuvenis quia . . . dum vivit indiget
restauratione deperditi alio modo sumitur augmentum et
proprie deductio supra magnitudine improportionata ad
perfectam illius speciei et hoc modo
non vivit senem quod augmento Item potest dubitari | Du.
de eo quod dicitur quod gustus est sensus alimenti si enim ita sit cum
plante recipiant alimentum videtur quod debeant habere sen
sum ad minus gustum . Et dicendum quod gustus non dicitur sensus | So
alimenti quia sit iudex super ipsum solum enim iudicat de su
o proprio obiecto quod est sapor sed dicitur esse sensus alimenti sed quod
est receptivus alimenti non propter hoc oportet quod sit plantis licet
recipiant alimentum illud enim quod in plantis recipit ali
mentum est natura quae non recipit . nisi illud quod est conveniens
rei in animalibus autem non solum est natura recipiens alimentum
sed est ibi voluntas quae recipit cum voluntate et quia vo
luntas potest esse aliquando ad quod utile aliquando ad nocivum
indiget animal in comprehendendo alimentum sensu qui discer
nat utile a nocivo quo plante non indigent
ista discretione et ita nec sensu

Alii autem propter bonum
hic declarat quod alii tres sensus s. visus auditus et
olfactus necessarii sunt ad bene esse et hoc non cuilibet sed animali
perfectiori quod sic probat animal perfectum ad hoc quod bene sit
et salvetur non solum indiget vitare nociva que possunt ei
in esse a sensibilibus per medium intrinsecum coniunctum sensibilibus hoc
modo . . indiget ad esse sed et illa que ei possunt in esse
a sensibilibus distantibus per medium extrinsecum coniunctum sensibilibus

sed talia nociva potest inferre per tres sensus predictos per me-
dium extrinsecum sentientes. Quod alii tres sint necessarii anima-
li propter bene esse. Hic primo ponit conclusionem secundo ibi "Si-
cut enim" dat maiorem tertio ibi "hoc autem esse" dat minorem
quarto ibi "sic enim" declarat minorem in parte. Sequitur conclusio
ad hoc quod dicit sensus tres sentiunt per medium extrinsecum
quod declarat per simile in motu pulsionis. Sicut enim in motu pul-
sionis quoddam est movens tantum scilicet pellens, quoddam autem est
movens et motum scilicet per medium sive fuit unum sive plura
et tertium tantum motum sic in alteratione que fit a sensibili
in sensum est tantum unum movens quod est sensibile vel-
ut movens et motum scilicet medium et tertium tantum motum scilicet
sensus et organum. Ex quo patet quod predicti tres sensus fiunt
per medium et ut videtur ~~quomodo~~ dummodo esse que
inertia istorum motuum adinvicem scilicet motus sensibilis in
sensum et motus pulsionis dat differentiam eorum adinvicem
cum dicit "sed non" quia est quod in motu sensibilis ad sensum quamvis
medium licet patiatur a sensibili et agat in sensum re-
manet tamen in suo in motu sed locum. In motu autem pro-
iectionis sicut lapidis vel sagitte depellitur non sic est
in medio quod aer tactus etiam depellitur a lapide
per suum motum nisi prohibeatur per obstaculum aut sit dis-
continuum. Sequitur ibi "verum et de" ... iam predicitur quod sensibile
movet medium quod motum movet sensum ex hoc concludit conver-
tente quod medius est inter ... scilicet ... quod sensibile a-
gat in medium et medium in sensum quod extramittendo ra-
dium vel corpus aliquod ab oculo ad obiectum quod quidem est
... redeundo ad sensum deferat secum ... et
dicit quod color movet visum imprimendo suam speciem in medi-
um et sic mediante ... sicut sigillum imprimit suam
figuram in ... per totam cere. Sequitur ibi "Quod autem im-
possibile" ostendit modo alio quod solus tactus necessarius est
propter esse sic. Omne corpus animalis est mixtum mixtione
proportionali ex qualitatibus tangibilibus sed tactus est media proportio ip-
sorum tangibilium. Ergo tactus necessarius est animali ad hoc quod sit
animal et ita quod solo tactu privato moritur animal ...
sit sensu ... et esse alii ... animali neque animal ad
hoc quod sit animal alio sensu indiget. Circa hanc partem sic
procedit primo ponit maiorem cum sua probatione secundo ibi
"manifestum" quarto infert conclusionem prima ... principale
et incidens in parte principali probat maiorem sic omne
huius sensum aliquid habet tactum cum quod tactus non sit cor-
poris simplicis sed mixti ut patet ... habet
sensum aliquem et ita tactum necesse est omne corpus animalis
esse mixtum. Hic rationis solum dat maiorem cum sua pro-
batione. Quare dat cum dicit "corpus enim" et est omne corpus animat-

um anima sensitiva et huius tactum et hoc quod tactus est primus sensuum
ut patet in hoc libro. Si omne huius sensum aliquem
est corpus animatum anima sensitiva ergo omne huiusmodi habet tac-
tum. Hic rationis solum dat maiorem ut prius minor satis est
manifesta. Sequitur ibi "alii autem sensus" secundo probat incidens
quod cum iam concludit est quod omne corpus animalis est mixtum
propter hoc posset aliquis videri quod animal secundum omnes sensus
eodem modo sentiat. Propter hoc dat differentiam inter tactum et gus-
tum et alios tres sensus in sentiendo et est quod alii tres sensus se-
tiunt sensibile et distantes per medium extrinsecum. Tactus autem et
gustus quia est tactus quidam fiunt per medium intrinsecum in tangendo
immediate propter quod tactus sic est nominatus scilicet a contingendo et ne
putetur quod dicti tres sensus nullo modo tangunt in sentiendo
removet hoc cum dicit "etiam alii sensus" docens quod sentiunt in tan-
gendo et quo distinguuntur a tactu dicens quod isti tres
sentiunt in tangendo sed hic non immediate sed per medium sen-
sibile tangit medium et medium organum sensus. Tactus autem
non solum sic sentit sed se ipso tangit non per medium sed in
mediate. Sequitur ibi "et huiusmodi" propter partem incidentem in-
terpositam resumit conclusionem prius probatam quia est maior principa-
lis ut ei addat minorem concludens quod ultimum corpus sim-
plex per esse corpus animalis ... quod sit mixtum ut osten-
sum est. Sequitur ibi "omnium autem tactus" ponit minorem principa-
lis rationis quam probat cum dicit "et est susceptivus" et pro-
pter ... secundo per signum per rationem sic sensus tactus non
solum comprehendit differentias terreas sed et calidum et fri-
gidum et alias omnes qualitates tangibiles ex quo re-
linquitur quod sit media proportio omnium sicut consistere in
aliqua extremitate non omnia comprehenderet. Sequitur ibi "et propter hoc"
probat id per signum sic nos non sentimus tactu sed ossa
capillos et ungues et huiusmodi quia hic terrea sunt mixtione
proportionali non habita ex quo signum est quod tactus est me-
dietas quedam sive media proportio ipsorum tangibilium et sic
dictum est in predictis partibus. Sequitur in plantis quod non tangunt
et propter eandem causam scilicet quod terre sunt non vero sentiunt et ita non
sunt animalia. Propter hoc non est esse sine tactu tactus autem non
est alicuius corporis simplicis neque mixto in quo dominatur aliquod
simplex ut terra tamen secundum formam et speciem quia sic ibidem terra
terra quod nec in capillis nec plantis et huiusmodi partibus terre
tactus est in nullis dominatur terra modo predicto. Sequitur ibi "necesse est" quarto
infert conclusionem principalem. Sequitur ibi "et propter hoc" infert conversionem expre-
dens manifestum et est quod sensibilia aliorum sensuum a tac-
tu secundum excellentiam non corrumpunt animal sed sensum licet
quandoque accidentaliter corrumpant animal et sunt sonus odor et
color. Hec enim licet per se non corrumpant animal sed tamen ac-
cidens quandoque corrumpunt ipsum ut si simul cum sono accidat

fortis percussio et ictus vehemens et scindens sicut accidit in tonitruo. Similiter visibile sed acutum quod corrumpit ut dicitur de basilisco qui solo visu interficit. Et si aer fuerit excellens in calore vel frigore aut consimili passione et tactus ipsius coaccidit cum visu aut olfactu, per accidens potest dici color aut odor corrumpere animal. Sic igitur sensibilia aliorum sensuum per excellentiam non corrumpunt animal nisi per accidens licet per se corrumpant sensum. Sed sensibilia tactus sed excellentia corrumpunt animal. Cum enim excellentia omnis sensibilis corrumpit ipsum instrumentum, tangibilia excellentia necessario corrumpit tactum quo corrupto sic corrumpitur animal quia per ipsum sit animal. Esse sine tactu non ostensum est. Hunc enim solum sensum exigit animal ad esse. Alios autem propter bene esse ut visum ad discernendum utile a nocivo in coloribus et insensibilibus per medium extrinsecum quod est aer aut aliquid tale. Sed per medium quod magis prope potest dici medium gustus et exigit ut discernat dulce ab amaro in alimento et si fiunt delectabile apprehensum moveatur. Si autem nocivum fugiat. Et exigit auditum ut sibi ipsi innuet quod ab aliis acceperit et tradiderit. Multa docere ad quod exigit linguam ut significet aliis signum quod apud ipsum et hec armonia facit propter bene esse. Et ideo tres sensus habet animal non propter esse sed propter bene esse.

¶ Dub°

¶ Dubitari potest propter quid hic ostendit tactum solum esse necessarium ad esse animalis et prius dixit hic de tactu et gustu quod sibi est necessarius. ¶ Ad hoc potest dici quod gustus duo facit et secundum unum illorum est necessarius ad esse et secundum aliud non. Sed ad bene esse unde in actu gustus est accipere alimentum et discernere alimentum a non alimento et sic necessarius est ad esse. Alia eius actio est in talibus iam accepto discernere delectabile a non delectabili et sic non est necessarius ad esse. Primo modo intendit de gustu superius secundo modo hic.

¶ Dub°

¶ Adhuc dubitatur hic de hoc quod dicit terra quod ossa pili et hiis terrea sunt non habent sensum propter hoc enim ut videtur nullum animal habet sensum quod omne animal terreum sit eo quod in compositione sua dominatur terra. Et patet propter hoc quod motu naturali tendit ad centrum.

¶ S°

¶ Et potest ad hoc dici quod terreum dicitur dupliciter. Uno modo quod sensum dicitur, id est quod licet in eius compositione dominetur terra secundum quantitatem et materiam adequatur tamen cum aliis elementis in forma et virtute sicut est in hominibus et aliis animalibus et ad istam adequationem consequitur sensus. Alio modo terreum dicitur, id est in compositione solum dominatur secundum quantitatem et materiam sed et secundum formam et virtutem et hoc modo sunt plante et similia et tale terreum excludit sensum.

¶ Et in hoc terminatur sententia super hunc librum de anima a magistro A. de Boucheraumfort tradita.

41 45

p^m problemma :—

1 sit scia de aia et q sit e[ius] utilitas.
2 si est mater vel accessoria
aia scipsam sciam cognoscit
3 et his cogo sit innata vel acquisita.
4 tal cog immediate cadit sup se ipsa
4 q magis cog seipsam q alia sit separ
6 de vacuis q sit sepata cog f. sol
7 p[ro]pria sit p[er] sepa
8 scia sit de aia separata.
9 ad quam sciam cog pertineat
10 ad quam sciam pti cog de aia vnita
11 aia sit i s[ub]iecto vel coll materi / diag
12 de aia deriet iuxta hec scia soci sim / a
13 sp[eci]es sic q sit sor coll mag sic sciaz
14 sic cadit q sit alium a[nimal] p[ar]ticip. dici te
16 debeat dei de ois d[ic]tio gesta col
17 q i cad sit ho de de cor sust ga
18 ista sci sit cad q sit libro p[ri]mo
19 q[uod] dicit dei h de aug re degnat
20 q[uod] h dei d[ic]it de colore et libro de ssu
21 q[uod] d[ic]it de voce et libro de ssu
22 q i.h. de ssu n dei de plere de voce sit
23 q[uod] d[ic]it dei de sapore i s[ens]u h de ssu tia
24 q[uod] d[ic]it dee q[ui] eligit ra alus
24 q[uod] p[ro]p[ter] dei de misc q[uod] de alus. alibi
24 q[uo]mo d[ic]it cet de alib[us] splaces i libro ac
26 q[uod] d[ic]it de morte et vita ac
27 sic de memo et r[emi]n[iscentia] sit cad q sit
28 q mod p[ro]ssil no sic alia sia
29 q[uod] p[ro]p[ter] i telle no sueuit dubi sia
30 q[uod] d[ic]it dei h de op[er]ibus i sia
31 q[uod] q so li. sit dee de s[ens]ib[us] et v[er]ba deub
32 q[uod] p[ro]sidet sic a[n]i[m]a et p[ro]pter i spa
33 q p[ro]distico sic a[n]i[m]a et p[er] se ipsa

3^m pblemma
34 abstracto sit neci sed nili
34 q[uod] q[uo] scia utit p[er] abstract
35 necessitas abstractois si er sic eo v[e]l res
36 q et p[ri]n[cipiu]m abstractionis
37 i reb[us] sensibil sic ple p[ri]n[cipiu]m abstractionis
38 ista scia sit nobilior et p[er]ti q[ua]m meth[aphisica]
39 ista sci sit nobilior mathe ista
40 ista sci sit nobilior q phisica
41 sit nobilior q moralis
42 sit nobilior q logica et s[er]mo / s[ecundu]m
43 accedit m[inu]s ceffissimo.
44 q[uod] n cogit nobilitate a p[ar]te sui
45 q[uod] no cogit nobil a p[ar]te efficiens
46 q[uod] no cogit nobil a p[ar]te p[er]ss sit sbi
47 q[uod] no cogit nobil a p[ar]te ee sal.
48 influat m[ag]is alus scis
49 aia sit p[ri]n[cipiu]m a[n]i[m]alium
41 q[uod] dic ee aia et p[ri]n[cipiu]m q[uo]d m[odo] et n[on] dic sip
42 aia sit p[ri]n[cipiu]m cuiusl corpis
43 scialis t dat diffones et modos diffi oib[us]
44 q sit sci q doct modos diffi di
44 q[uod] corpio diffine et diffina collectiua
46 an a[n]i[m]a[lia] q[ui] ee cop[er]at diffo
47 p[ro]p[ter] q[ui]d trib[us] diffo
48 cui op[er]te deum acio sic vel acuta

59 aia sit sibi p[er] adiectiuus
60 sit for in vt g[ra]p[h]o
61 vege sit sit fort et ppo
62 telle a sit for et p[ro]pio cr
63 aia sit d et p[ro]pria insens
64 dulicens p[er] sit ab aia et creatur
64 iste vires p[er] sit eed p com
66 sit ead sci i hoie et alus
67 cad q[uo]s diffo grerat ob[ius] diuisic
67 vna op[er]diat ab aia medi alia
68 aia sit cad q[uo]s suis potetiis.
69 telle sit q[uo]d op[er]ato aie
70 heat q[ui]d op[er]at op[er]diectu abspa
71 telle p[ro]p[ter] ee sit fatalit
72 p[ro]p[ter] diffnat p[er] suis causas
73 diffo logica depedeat a nih
74 q sit sbm i mathias
75 aiatu dicit ab i[n]a[n]i[m]ato p[er] mot
77 ab ee libet mo p[ro]p[ter]ia t suffiens
78 q[uod] p[ri]mo motores mouet suffic
79 ab aiato grerat mot sufficiens
80 aia sit n i[n] ignee
81 achonu sint p[ri]n[cipi]a
82 aia gerat corpis
83 q[uod] h d[ic]unt antiq
84 valeaut ad resp[on]sa
84 aia moneat achonos
85 aia moneat
86 telle s moneat aia
87 alls moues aia sit cad
88 sit impmxi
89 p[ri]n[cipiu]m telli sit telli p[er] con
90 telle sit con aie
91 telle sit n om[ne]r[es]
92 q forms aie ad[iu]essit p[ro]p[ri]a
93 q formas rep[re]sent sit p[ro]p[ri]e rea
94 q sit p[ri]n[cipiu]m aia gerit sititudies
95 illa p[ri]n[cipiu]m sit et p[er] sci regia
96 illa b formas sit inata aie
97 in esse p[ri]n[cipiu]m rez
98 sit p[ri]n[cipiu]m cora / sui p[ri]n[cipiu]m rez
99 h[uius] mod cora debeat mag
100 h[uius] mod disterat ab g[r]a
101 aia cognoscat p[er] miles
102 aia sit nas
103 sit nas seip[sa]m mouens.
104 motor il sit om[n]ia
105 aia moueat oia
106 ad mag attrat fr venetie
107 q sit illa vr attria
108 aia heat potestate h corpis
109 sol[u]m q electitas
110 cla sit p[ri]n[cipiu]m ee s[ecundu]m
111 ecordia e discor sit p[ri]n[cipiu]m
112 amor sit p[ri]n[cipiu]m om
113 sit sol. q. s[ecundu]m mot
114 oi[u]s mod s[ecundu]m der t mod
115 mot p[ri]mo sit r[ati]o et dat
116 coll sp[irit]ui mo[ue]t violenta / molit
117 al[ius] motor[um] h[abe]at mo admot
118 motor mo i[n] mo distet sbi
119 q[uo]s motor i mag sufficiet ad mo
120 aia mo[ue]t alio motu locali
121 moueat p[ro]p[ter] t[em]p[ore] a se b[e]ne ec
122 eius p[ro]p[ri]io sit s[ecundu]m forte
123 aia i p[ar]te cod scip[sa]m moueat

Explicitt q[uo]nes p[ri]mi libri de aia
s[ecundu]m magistrum petrum hispanum.

124 aia sit i grez n[on] / d. i. / hic incipit s[ecundu]s liber
126 sit s[ecundu]m vel actus / et for
127 istz cadit sit op[er]i p[ri]mu
128 m[edi]a sit cad ab ea et[iam]
129 s[ecundu]m vi d[ic]it p[ri]m[u]s for[m]a corpo
130 aia sit a[n]i[m]a for
131 aia sit q[ui]da et for
132 vmens sit corp[or]e co[mmun]i
133 a sit p[ri]m[u]m organizat[i]onis
134 planta heat organa
134 q[uod] nihil organa p[ro]cedit
136 p[er] ee plate sit sp[eri]ces
137 cor celeste heat aiaz
138 sit d alt et a[n]i[m]atu / d 2
139 aia sit p[er] se
140 sit p[er] se coll
141 corpis il sol[u]m
142 corp organum
143 sit act q[uo]d nll sit
144 si p[ro]ceder q sit d[ic]it
146 sit sic sep[ar]a.
146 diffo i d[ic]it oi aie
147 sor tact sit id
148 aia sit p[er] se col mixta
149 sit p[er] se col viuificans
140 viuificans i se et actu
141 sit sor co[rpo]r n[on] sit spu
142 q p[er] ad cor v[e]l co et sic
143 q[uod] vita sor sit sit
144 cad sit q[ui]d tota a[n]i[m]a ad cor c[ausa]
144 ei q[uo]d i alt aie vel pte
146 vege i s[ens]u sit vite p[ar]s i ali
147 vires distead s[ecundu]m diste m[odo]
148 i[n]tellecta sit i cor
149 sit distesti i ali pte
150 detier p aliq pte
151 sit act alie p[ar]s col
152 sit s[ecundu]m a cor
153 sit heat ad eos s[ecundu]m natura
154 d[ic]it aie p[er] s[ecundu]m ea coll p[ar]tes
154 aliq diffo sit dem
166 an sit n[on]
167 q sit n[on] q deme
168 q sit diuisitas i[n]t diffones
169 n[on] diffo d[ic]itur logica
170 n[on] diffnat p[er] cam
171 aia p[er] se dem n d[ic]it
172 p[er] q[uo]d vita p[er] se dem m d[ic]it / sic
173 q[uo]d diffo d[ic]itur q[uo]d duplicet h[ab]et
174 q[uo]d imaginat aia ee i cor
174 aia d[ic]it vita p[er] q[uo]d s[ecundu]m d[ic]it
176 i[n]telle sit viue
177 moui p[er] loca sit vita mo / h[abe]t
178 sentire sit viue sp[eci]ale
179 nutrire et augere sit d[ic]it vite
180 igitur corp[or]is opere vita
181 ecia nutriti et augere
182 platee mouet p[er] om[n]i pte
183 aie p[ro]p[ri]e p[er] se ee i cor sit vegs / li
184 telle t hoie sit vna sit h[uius] q s[ecundu]m
183 vege et s[ens]u sit vna sit i cod
184 telle sit aliq col act
184 sit sep[ar]a a corpe. et natura admanet
186 q corp[or]ib[us] dolet vita
187 sbe et actu sit d[ic]it vita
188 sit m[agis] for et corp[or]e
189 fore q p[er] for[m]a p[ro]p[ri]a et h[abe]at
200 sbe cor q sp[irit]u
201 p[er] q[uo]d n[on] ge gat
202 aia sit vniet et a q p[ro]p[ter] vnit
203 q[uo]d vnde dr p[er] vita et p[ro]p[ri]a
204 i q[uo]d gra ee aia corp[or]e ad ee
205 q[uo]d act actiu sit i p[ar]te et diffo

206 potentie anime sit una vel multe
207 omnes reducuntur ad unam primam questio utrum
208 reducantur ad aliquam unam que non sit de genere
209 anima sit sit eadem quantum ad potentias per predicta
210 anima intellectiva sit forma alius diversus quantum
211 ipsa possit esse in corpore sine aliis
212 quomodo differt virtus vitalis que reducitur ad vegetativam
213 virtus vitalis aliquid nichil sicut causa cordis vitalis
214 vita in se omnibus viventibus conveniat vel viventes
215 per quam viam devenimus in notitiam potentiarum anime
216 anima vegetabilis sit necessaria
217 ipsa sit principium vite in omni vivente
218 detur prima per suam essentiam per ipsius
219 vivere in viventibus sit esse
220 generatio in viventibus sit ab anima
221 sit ab anima secundum omnes suas differentias vel secundum vegetativam
222 in semine deciso sit aliqua anima
223 illa non sit anima aut virtus anime
224 illa virtus procedit per decisionem vel alia
225 similiter anime quoniam sunt a principio sicut semine deciso
capitulum

Circa ea que determinantur in scientia de anima dubitantur primo quatuor [?]. Primum est de stabilitate sive scientie de anima et de necessitate illius scientie. Secundum autem est de comparatione illius scientie ad alias scientias. Tertium est de modo procedendi. Circa primum queruntur due questiones. Prima autem questio est utrum sit scientia de anima que est necessitas scientie de anima. Et videtur quod scientia de anima sit necessaria sic. Omnis substantia spiritualis cuius omnes operationes et virtutes magis offeruntur cognitioni maxime cadit in scientia. Sed anima est huiusmodi, ergo anima maxime cadit in scientia. Necesse est ergo habere scientiam de anima. Maior patet quia substantie spirituales manifestantur per suas operationes. Minor patet quia sicut vult Aristoteles in libro de anima operationes animalium maiores sunt quam operationes vegetabilium et vegetabilium quam lapidum. Hoc autem est aperte ex ipsis. Secunda ratio hec est. Omnis substantia cuius notitia excellit alias quantum ad nobilitatem sive certitudinem cognitionis maxime cadit in scientia et maxime est necessaria et digna ad hoc ut de ipsa habeatur scientia. Anima est huiusmodi, ergo necessarium est de anima habere scientiam. Maior per se patet. Minor similiter patet ab Aristotele hoc probante et dicente in principio libri de anima. Tertia ratio hec est. Omnis substantia cuius cognitio affert maxime iuvamentum ad omnem philosophiam naturalem maxime cadit in scientia. Sed anima est huiusmodi, ergo de anima maxime debet esse scientia. Maior patet de se. Minor patet ab Aristotele in principio de anima. Quarta ratio hec est. In anima sunt duo scilicet substantia eius et operationes. Sed operationes eius maxime manifeste sunt sensui, ergo anima maxime cadit in scientia quantum ad suas operationes. Sed scientia oritur a sensu, ergo de ipsa maxime debet esse scientia propter suarum operationum [manifestationem?]. Item sua substantia est maxime similis anime cognoscenti quia est sibi similis et ex similibus resultat cognitio; cum enim in anima maxime resplendeant similitudines rerum et propter hoc ipsa cognoscit res, cum ipsa maxime sibi resplendeat maxime cadit in cognitione. Omne autem tale cadit in scientiam maxime. Quinta ratio hec est. Sicut dicit Augustinus in principio de anima iniustum [?] est ut me ipsum cognoscerem [?] et me ipsum ignorem. Ea autem per quam cognoscimus est anima, ergo necessarium est animam per hoc se ipsam cognoscere, ergo ipsa cadit in cognitione et ita in scientiam, et ita de anima necessarium est habere scientiam. Ad oppositum sunt rationes. Prima talis est. Sicut habetur in tertio de anima nichil quod non prius fuit in sensu cadit in intellectu. Sed anima non cadit in sensu cum sit substantia spiritualis, ergo nullo modo cadit in intellectu. Omne autem illud de quo est scientia cadit in intellectu et offert se cognitioni intellective, ergo de anima non potest esse scientia. Secunda ratio hec est. Virtus anime nostre dependet a materia corporali; intellectus enim dependet a sensu et sensus ab organis. Sed omnis virtus dependens a materia corporali solum cognoscit res corporales, ex quo talis virtus coarctatur ad materiam et non extenditur ultra illam. Sed anima non est res corporalis sed spiritualis, ergo intellectus non potest cognoscere animam. De nullo autem tali est scientia, ergo de anima non est scientia. Solutio. Dicendum quod scientia de anima est necessaria et hoc propter multas causas. Una causa est propter sui nobilitatem et certitudinem cognitionis. Secunda causa est propter iuvamentum quod affert omni scientie et maxime naturali scientie ex quo anima est principium omnium animalium et propter hoc necesse est ad cognitionem animalium habere cognitionem virtutum et operationum ipsius anime, quia ignorato principio necesse est ignorare et ea quorum est principium. Tertia causa est propter utilitatem quam affert aliis scientiis. Affert enim utilitatem morali et illi scientie que est de regimine civitatum quia tota scientia moralis est de virtutibus anime. Affert etiam utilitatem theologie sicut vult [?] quia per scientiam de anima cognoscuntur virtutes anime que sunt necessarie ad cognoscendum habitus theologicos. Quarta causa est propter manifestationem operationum anime, quia licet substantia eius sit occulta tamen operationes eius sunt manifeste in animalibus sicut vult Aristoteles. Concedimus autem rationes que probant scientiam de anima esse necessariam. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod aliquid cognoscitur ab intellectu vii modis. Uno modo per speciem quam habet prius in sensu et sic res corporalis cognoscitur ab intellectu et de hac bene obicit. Secundo modo cognoscitur aliquid ab intellectu non per speciem sed quia est species alicuius, et sic species que sunt in anima cognoscuntur se ipsis, unde [?] sunt illud quo cognoscuntur. Tertio modo per effectus sensibiles et sic substantie separate et prima causa cognoscuntur ab intellectu. Quarto modo per suam presentiam et sic anima illuminata non obumbrata mole carnis se per se cognoscit ex quo apparet sibi nuda et presens. Deus enim se ipsum cognoscit ex quo est sibi presens ex quo inter ipsum et ipsum non cadit medium, sicut vult Algazel, et similiter est de anima. Quinto enim modo per privationem aliorum et sic dicit Dionysius in Ierarchia quod Deus cognoscitur per privationem entium et omnium rerum quia non est hec res nec illa. Sexto modo per comparationem et sic materia prima cognoscitur [?] sicut vult Aristoteles [?], ut sicut ex ligno fit scamnum sic ex primordiali materia fiunt omnia entia. Septimo modo per similitudinem alicuius, sic universale cognoscitur per similitudinem et ydolum singularium. Et sic anima cognoscitur per essentiam ab intellectu licet cadit quantum ad hoc in sensu, sed solum quantum ad operationes cadit in sensu. Ad secundam rationem dicendum est: ex operationes anime et substantia cadunt in scientia; tamen operationes prius cadunt in sensu et informant ipsum et per sensum intellectum, et intellectus informatus cognoscit principium a quo fluunt ille operationes; hoc autem est anima per suam substantiam, et propter hoc intellectus cognoscit animam et suas operationes, et sic de ipsa est scientia. In primo autem causa est. Primum enim primo cognoscit se ipsum et cognoscit se esse causam et propter hoc in ipso relucent omnia tanquam in causa, et sic per se omnia cognoscit. Secundo queritur utrum cognitio de anima sit nobis innata vel acquisita. Et videtur quod sit nobis innata quia sicut dicit Augustinus anima ad similitudinem creatoris sapientie facta omnium similitudines in se gerit, et ideo appellatur omnium similitudo. Sed ex similibus res cognoscuntur, ergo cum anima a prima sui creatione gerat in se omnium similitudines a principio suo cognoscit omnia. Ergo illud maxime cognoscet quod est ei immediatius a principio et cui immediatius habet similitudinem. Hoc autem est ipsa, ergo a principio suo se cognoscit. Ergo cognitio sui est ei innata. Cognitio ergo de anima nobis est innata. Secundo [...]

quot modis / [aliquid] cognoscitur

q. 2

[illegible]

ratio hec est: sicut dicitur in libro fontis vite, forme colliguntur in substantiis spiritualibus, id est species, ergo cum anima sit substantia spiritualis et hoc est ab initio suo et maxime anima mole carnis, ergo ab initio relucent in ea species rerum, ergo ab initio cognoscit res quarum sunt species, ergo cognitio rerum est ei innata. Ergo cognitio illius que est ei immediatius maxime est ei innata, hoc autem est ipsa, ergo cognitio de anima est nobis innata. Tertia ratio hec est: duplex est cognitio, scilicet sensitiva et intellectiva, sed intellectiva est magis abstracta sensitiva vel minus, sed in spiritualibus magis relucent species et velocior est cognitio spiritualis in suas operationes, ergo intellectus est velocior quam sensus. Sed operatio sensus est a genere, quam cito sensus est tam cito videt et audit, ergo operatio intellectus est velocior, ergo quam cito est anima tam cito cognoscit se ipsam, ergo cognitio de anima est nobis innata. Ad oppositum sic: habetur in initio de anima: anima creata est imperfecta sicut tabula rasa et est imperfecta in virtutibus et scientiis, ergo habet scientiam acquisitam et non innatam; et iterum si esset innata non indigeremus scientia de ipsa. Solutio dicendum est quod multiplex fuit opinio circa rerum cognitionem sicut vult Averrois. Quidam enim posuerunt quod anima creatur perfecta scientiis et virtutibus, sed propter obumbrationem carnis non habet in actu que habuit primo, sed obfuscatur et obumbratur, et ita posuerunt quod nichil est aliud scire quam memorari, et sic posuit Plato dicebat enim quod quecumque anima scit modo prius sciuit et rememoratur. Alii posuerunt quod anima cognoscit per acquisitionem solum, sed quidam illorum posuerunt res corporales acquiri in anima; alii autem posuerunt res spirituales acquiri in anima, scilicet per species, et sic posuit Aristoteles, sicut patet in anima. Unde posuit quod anima non habet cognitionem sibi innatam sed acquisitam, et hec acquisitio spiritualis est. Sed tamen distinguendum est quod anima duplicem habet cognitionem: unam quam habet a suo creatore a quo exit, et hanc habet naturaliter, et hec est cognitio summi boni et sui ipsius; hec enim cognitio insita est ei naturaliter et prompta ad hec, et hec est ei innata. Est autem alia cognitio anime quam habet in mundo, quam per fantasmata acquirit, et hec est ei acquisita et non innata, et de hac loquuntur omnes philosophi qui dicunt quod cognitio anime est acquisita. De prima autem non est verum, anima enim illuminata est a primo et data est ei virtus a principio ut cognoscat se ipsam et divinum bonum, et de hac cognitione verum est quod est ei innata; et hec non est cognitio scientie eius ipsius anime, sed est cognitio sui. De cognitione autem scientifica dicendum est quod non est nobis innata sed potius acquisita. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod anima gerit similitudines a primo ortu et non actu sed habitu, et propter hoc si offerantur statim cognoscit actu, sed ista cognitio actualis fit per acquisitionem. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod anima gerit similitudines et est per fantasmata. Ad secundum dicendum est quod forme relucent in aliquo dupliciter: uno modo in alio in per receptionem. Primo modo relucent forme rerum intelligentiis; alio autem modo relucent in anima, sed hoc est adhuc dupliciter quia aut relucent per receptionem in se patiendo et sic relucent in intellectu possibili supradicto, aut relucent in alio patiendo et in se ipso agendo et sic relucent in intellectu agente, et ex unione cum altero habetur cognitio completa de illo. Et primo modo relucent forme sub obiecto, de alio autem non. Ad tertium dicendum quod operatio sensitiva est quasi naturalis et propter hoc quam cito incipit esse aliquis cognoscit sensitiva cognitione, sed intellectiva non est naturalis sed ex multo experimento et tempore. Sensitiva enim sola applicatione obiecti ad organum; intelligentia vero multiplici investigatione causarum, et ideo cognitio scientifica ipsius anime acquisita est, cognitio autem sui ignata est.

Tertio queritur utrum anima se ipsam cognoscat, et ostenditur quod sic, quia sicut dicit Algazel: ad hoc ut aliquid cognoscatur requiruntur tria. Primum est ut substantia cognoscens sit immunis a materia corporali; secundum est ut res cognita sit denudata a materia corporali; tertium est ut sit unio rei denudate et immunis a materia et presens. Et propter hoc est primum: cognoscit se quia est immune a materia, propter hoc cognoscitur; et quia est denudatum et separatum a materia, ideo cognoscitur; et quia est sibi presens, ideo cognoscit se ipsam. Ergo cum anima intellectiva sit huiusmodi et habeat istas proprietates, verum est quod anima intellectiva se ipsam cognoscat. Secunda ratio hec est: sicut dicit Algazel, quanto aliqua substantia est magis simplex et spiritualis tanto manifestius cognoscit res et sub plenari luce et incomparabili delectatione, et ideo primum sub plenissima luce cognoscit res et magis delectatur. Ergo cum anima intellectiva sit substantia spiritualis et sibi maxime luceat, quia est sibi maxime presens, patet quod si cognoscit res alias propter hoc multo magis se cognoscit anima, ergo intellectiva se ipsam cognoscit. Ad oppositum dicit Aristoteles: obiecta precedunt actus et actus primi scilicet potentias, et potentie precedunt substantias; ergo si anima cognoscit se, cognoscet se per sua obiecta, per suas potentias et per suos actus; ergo non cognoscit se per se, sed est primo cognoscitiva suarum operationum et si sui sit cognoscitiva hoc est per suas operationes et a posteriori et non simpliciter nec per se. Solutio dicendum est quod anima cognoscit se per se sicut vult Boetius in libro de consolatione: duo sunt que anima non potest ignorare, scilicet verum et se; verum non potest ignorare quia quam cito ignorat verum decipitur; se autem non potest ignorare quia semper est sibi presens. Item Augustinus dicit quod anima omnia alia cognoscat, se non debet non cognoscere, et sic patet per Boetium et per Augustinum quod anima cognoscit se ipsam. Ad rationem in contrarium dicendum est quod duplex est cognitio anime: una que oritur a sensu, et hec incipit ab obiectis et terminatur ad potentias et a potentiis ad substantiam, sed hec non est cognitio anime que sit de se vel sui. Est autem alia per reflexionem super se, et hanc habet anima de se, et de hac non est verum quod obicitur. Quarto queritur utrum hec cognitio sit innata

ta anime aut acquisita et videtur quod sit innata quia diuina anima cognitionem
precedit amorem sed amor anime sui ipsius innatus est ei ergo et
cognitio sui ipsius innata est ei. minor patet quia sicut vult
boetius anima maxime optat bonum sui ipsius. Secunda ratio hec est
sic dicit boetius anima se ipsam ignorare non potest quia semper est
sibi presens ergo cum sit sibi presens semper et in principio et in fine se
semper cognoscit ergo sua cognitio est ignata et non acquisita
Ad oppositum sicut habetur in tertio de anima. anima cognoscit
se alia cognoscendo quia inuenit se informatam aliis sed
cognitio aliorum est acquisita ipsi anime ergo cognitio sui ipsius est acqui
sita ipsi anime et non innata. Solutio dicendum est quod cognitio anime
quam habet sui ipsius est innata ei et hanc habet per suam presen
tiam. Ad rationem in contrarium dicendum est. sicut iam patebit solutio
.93. 94. Quinto queritur utrum cognitio anime sui ipsius sit immediate cadens et pri
mo super se aut supra res primo et per res supra se ita quod anima
prius cognoscat res et per res cognoscat se scientem aut prius
cognoscat se scientem et videtur quod aspectus anime prius cadit
super se quia cognitio fit per unionem cognoscentis cum cognoscibili
sed prius est unio anime ad se quam ad res supra quas cadit ergo pri
us cognoscit se quam res. Secunda ratio hec est. anima habet cog
nitionem sui innatam ergo cum illa cognitio que est supra res
sit acquisita et innatum prius sit quam acquisitum ergo prius est
cognitio anime per reflexionem super se quam supra res primo ergo ca
dit aspectus anime. supra se quam supra res. Ad oppositum
anima cognoscendo alia cognoscit se ut habetur in tertio ergo prius com
paratur cognitio anime ad res quam ad animam ergo prius cadit super
res et per res super animam. Solutio dicendum est quod cognitio anime sui ipsius
est duplex. una est per reflexionem sui supra se et hec primo
cadit supra se et hec est ei innata et hec non datur cuilibet
anime sed magis abstracte a sensibilibus non dico separate sed abstrac
te quia talis est sibi presens et quanto est abstractior tanto
est sibi presentior. Est autem alia cognitio anime per informationem
scientie acquisite et hec incipit a rebus exterioribus et terminatur
ad animam et de hac loquitur aristoteles. et hec prius cadit supra
res et per res super animam prima autem super animam primo. et per hoc
soluuntur obiectiones. Sexto queritur propter quid hoc est in
95. telligentie scilicet quod cognoscit se ipsam et non insensibili quia
videtur quod sensus cognoscere possit se ipsum. nam sic se habet
anima intellectiua ad suum actum sic et sensitiua ergo sicut
intellectiua se et suum actum apprehendit ita et sensitiua
96. Septimo queritur propter quid ita est in virtute intellectiua quod e
adem virtus intellectiua cognoscit se ipsam in virtute autem sen
sitiua non est ita quod se ipsa possit cognoscere sed per aliam si
bi superiorem sicut sensus particulares et operationes eorum cog
noscuntur per sensum communem. qui est virtus illis superior
Ad istas duas questiones dicendum est et primo ad primam dicit a
uicenna. quod quedam virtus alligatur organo et sibi pre
97. sens est et non est medium inter ipsum et se ipsam nec ob
umbratur aliqua caligine et quia intellectiua talis est

ideo cognoscit se ipsam per se ipsam. virtus autem sensibilis obumbra
tur umbra organi et non est ita sibi presens nec sibi lucet
quia inter ipsam et se est organum medium unde non est sibi
unita nec presens nec sibi lucens et propter hoc anima sensibilis se
ipsam per se non potest cognoscere. nec apprehendere nec potest
reflecti super se. nec super suum actum et per hoc soluitur
ratio in contrarium. Et per hoc patet solutio ad septimum sensus enim ob
fuscatur est organo et propter hoc suam operationem non cog
noscit. sed alia virtus interior abstractior est et potentior
scilicet sensus communis qui est superior ad sensus particulares sic autem
non est de anima intellectiua quia sic non est obumbrata et
propter hoc ipsa se et suum actum potest apprehendere. Octavo 98
queritur cui virtuti anime intellectiue sit hoc facere. scilicet se ip
sam cognoscere. utrum possibilis aut agentis et videtur quod a
gentis quia virtus magis abstracta et minus intendens
sensibilibus virtutibus est magis sibi presens hec autem est agens
et talis maxime se cognoscit ergo virtus anime se cognos
centis est intellectus agens et non possibilis. Ad oppositum
illius virtutis est cognoscere se ipsam cognoscendo alia cuius est alia cog
noscere. sed hoc est intellectus possibilis ergo virtus possibilis est illa cuius de
bet cognoscere se ipsam. Solutio dicendum est quod virtuti anime
agenti intellectiue debetur hoc. scilicet cognoscere se ipsam
sed dicendum quod cognitio anime sui ipsius est duplex. una est anime per
reflexionem supra se et hec maxime appropriatur intellectui
agenti cum sit lux ipsius anime. et acies per quam non quam de
mat a virtute. alia est que est per reflexionem super alia
per quam ultimo se cognoscit et in ista sunt duo. scilicet illud quo
cognoscit. et hoc est intellectus agens et illud quod recipit
et hoc est intellectus possibilis. et per illuminationem agentis super
possibilem est cognitio completa. Nono queritur utrum cognitio a
nime qua habet sui sit per presentiam aut per speciem et videtur quod
non sit per speciem quia nichil est immediatius anime quam ipsa
ergo cum species non sit ei ita immediata. videtur quod co 99
gnitio anime qua habet sui sit per presentiam et non per speciem
Secunda ratio hec est. In separatis a materia non differt quod
intelligit et quo intelligit ut habetur in tertio de anima. sed anima
que habet hanc operationem est aliquo modo abstracta a materia
ergo se per suam presentiam cognoscit et non per speciem mediam
Ad oppositum virtutis superioris est cognoscere istam et o
perationem virtutis inferioris sicut sensus communis cognoscit
sensus particulares sed intellectus agens est superior respectu pos
sibilis ergo cum anima cognoscit se intellectus agens cognoscit pos
sibilem. sed res in virtute superiori sunt modo magis spirituali
quam inferiori et sic res in virtute superiori abstracte sunt
ergo si superior virtus que est intellectus agens cognoscit pos
sibilem cognoscit eum per abstractionem speciei. sed unus non dif
fert ab altero per essentiam ergo anima cognoscit se ipsam per
suam speciem et non per presentiam. Secunda ratio hec est po
est animam meminisse suam statim. sed memoria est conseruatio

intellecta. ergo possibile est quod cognitio quam habet de se transeat et postea redeat. Sed illud quod iam transactum est non idem numero redit in memoria. ergo hec memoria erit per simile. ergo cognitio quam habet sui ipsius erit per simile. et non per se ipsam. cognitio autem per simile erit per speciem et non per presentiam. Solutio dicendum est quod cognitio quam habet anima de se est per suam presentiam et non per speciem. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod intellectus agens cognoscit potentiam. Sed hec cognitio non est per receptionem que sic esset per speciem. Sed est per reflexionem et illuminationem. In sensibilibus autem virtutibus est cognitio per receptionem et ideo necesse est quod in illa fiat abstractio et quod fiat in illis cognitio per speciem. non autem in aliis. Ad secundam rationem dicendum est quod cognitio anime sui ipsius est duplex. Una est per reflexionem sui ipsius supra se et hec est continua per naturam. alia autem est per reflexionem sui supra res supra quas se reflectendo reflectitur super se. et ista est cognitio a parte rerum supra quas se deleatur. ipsa tamen semper stat sibi presens et eadem et de hac procedit ratio a parte rerum. Prima autem cognitio similiter fit per presentiam solum et de illa non procedit ratio predicta.

q. 10 Decimo queritur utrum de anima separata a corpore aliqua possit esse scientia, et ostenditur quod sic per talem rationem. cuiuslibet [illegible] substantie spiritualis cui competunt operationes et proprietates preter inclinationem ad materiam possibile est esse scientiam. Sed anima separata a corpore est huiusmodi. ergo de anima separata a corpore potest esse scientia. maior patet quia scientia habetur de spiritualibus substantiis a parte suarum proprietatum et operationum. Minor patet quia dicit Aristoteles in primo de anima quod anima habet passiones proprias et operationes per quas possit a corpore separari. Ad oppositum est talis ratio. substantie separate non cadunt in cognitione nisi per operationes et motus quos exercent in corporibus celestibus. Sed anima separata non dirigit motus nec operationes super corpora. ergo anima separata non cadit in cognitione. de nullo autem tali est scientia. ergo de anima separata non potest esse scientia. maior patet quia Aristoteles non determinat de substantiis separatis nisi secundum numerum ipsarum nisi per numerum motuum et mobilium. Solutio ad hoc dicendum est quod anima separata cadit in scientiam et cognitionem. Ad rationem in contrarium dicendum est quod scientia respicit duo scilicet naturam rei et respicit indigentiam inquisitionis nostre. a parte autem nature rei potest esse scientia de anima separata. a parte autem inquisitionis nostre semper vel cadit anima separata in cognitione nostram multis modis. uno modo considerando ordinem rerum corporalium et spiritualium. considerando enim ordinem rerum corporalium et spiritualium consideramus nos ipsam animam in scientia tamquam rem spiritualem. Secundo modo cadit in cognitione nostram a parte inquisitionis nostre considerando operationes eius quas primo in corpore acquisivit et modum per hoc eius quod ipsa existens in

corpore prius non erat aliud preter corporis actus per hoc cognoscimus ipsam esse recte separabilem. Tertio modo per ymaginationem aliarum rerum sensibilium. unde sicut per ymaginationem rerum inferiorum cognoscimus substantias separatas ita per ymaginationem rerum sensibilium cognoscimus substantiam spiritualem que est anima. Undecima questio est de cuius scientie consideratione sit anima separata et videtur quod methaphysice quia sicut ponit Aristoteles substantias rerum triplex est. quedam enim res coniuncte sunt motui et materie secundum esse et diffinitione non. et de illis sunt mathematice scientie. alie autem sunt res separate a motu et materia omnino et secundum rem et secundum diffinitionem. et tales sunt de consideratione methaphysice. Sed anima separata omnino privata est motu et materia et omnibus acceptis preter materiam. ergo anima separata erit de consideratione scientie methaphysice. Secunda ratio hec est. anima dicitur separari per reductionem ad creatorem suum et per acceptionem status spiritualis. ergo ad scientiam illam spectat in qua est reductio rerum ad suum creatorem et que scientia considerat res in statu spiritualitatis. hec autem est methaphysica. ergo anima separata est de consideratione scientie methaphysice. maior per se patet et minor similiter per Aristotelem. Ad oppositum hec est ratio. illius scientie est considerare de anima separata cuius est considerare meritum et demeritum eius post separationem et unionem cum creatore vel recessum et beatitudinem vel penam eius. Sed consideratio istorum spectat ad theologiam vel moralem. ergo anima separata potius est de consideratione moralis scientie vel theologie quam methaphysice. Solutio dicendum est quod anima separata est de consideratione methaphysice sicut ostendunt rationes ad hoc posite. Videndum autem quod tripliciter contingit loqui de anima separata. primo modo a parte illa qua est eius et a parte sui status et sui esse et sue unitate separate et sic est de consideratione methaphysice cuius est considerare substantias separatas et status earum in quantum sunt entes. Secundo modo contingit loqui de anima separata a parte illa qua fruitur beatitudine per virtutes acquisitas in corpore et a parte modi acquirendi virtutes per quas anima adquirit beatitudinem et sic spectat scientia de anima separata ad scientiam moralem et maxime ad scientiam de felicitate et maxime iterum ad illas que vocantur a Macrobio scientie de purgatis animabus. q. 11 Tertio modo contingit loqui de anima separata a parte illa qua unitur creatori et fruitur visione dei creatoris et habet ordinationem cum aliis substantiis spiritualibus et suo creatore et a parte gradus meriti et demeriti eius et a parte elevationis maioris vel minoris propter meritum vel demeritum cum aliis creaturis et sic spectat consideratio de anima separata ad theologiam. Duodecima questio est de anima unita corpori ad quam scientiam spectat et videtur quod spectat ad naturalem. anima enim unita corpori habet passiones et operationes que diffiniuntur per naturam et in materia sunt. ergo spectat ad illam scientiam que considerat passiones in motu et materia et probat illas de suo subiecto. hec autem est naturalis. ergo q. 12

anima unita corpori spectat ad naturalem scientiam maior patet ab aristotile dicente in principio de anima quod anima habet passiones communes corpori. ¶ Ad oppositum est hec ratio omnis forma cadens in scientia naturali est forma materie. omnis autem forma materie est actus alicuius partis corporis ergo omnis forma que cadit in scientia naturali est forma materie et est actus alicuius partis corporis. Sed anima intellectiva unita corpori non spectat ad scientiam naturalem. maior patet quia talis forma coniuncta est solum motui et materie. ¶ Secunda ratio hec est. sicut scribitur in libro de ortu scientiarum. subiectum scientie naturalis est corpus generabile et corruptibile variabile variis mutationibus. Sed anima intellectiva non est huiusmodi. ergo anima intellectiva non potest esse subiectum in scientia naturali. ergo anima intellectiva unita corpori non spectat ad naturalem scientiam. minor patet quia anima intellectiva non est generabilis et corruptibilis est itaque invariabilis. ¶ Solutio dicendum est quod dupliciter est loqui de anima intellectiva uno modo a parte sui esse et ut est separata et sic est de consideratione metaphisice. Alio modo contingit loqui de anima a parte unionis eius cum corpore et existentie eius in corpore secundum quod movet corpus et habet operationes communes cum corpore et sic spectat ad naturalem scientiam quia naturalis scientia considerat passiones et operationes in materia et ita hec scientia de anima que est plenius speculationis naturalis est quia est de anima unita corpori. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod forma materie est duplex. quedam est que distenditur secundum distensionem materie et hec est forma elementi vel mixti que dicitur corporalis. alia autem est forma materie que non distenditur per distensionem materie et hec est duplex. quia quedam est que determinat sibi partem in corpore quantum ad operationem sed operatur non determinando sibi partem materie et non alligatur organo et talis est anima intellectiva et ideo dicitur in secundo nullius partis corporis esse actus et de omni tali necesse est quod sit scientia naturalis secundum operationes quas habet communicantes cum materia et quas exercet in materia. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod dupliciter est loqui de anima unita corpori vel a parte sui esse vel a parte illa qua est forma et a parte operationum quas exercet in corpore. primo modo est anima intellectiva invariabilis et sic non spectat ad scientiam naturalem. Secundo modo variabilis est et est corporalis aliquo modo et secundum hoc isto modo spectat ad scientiam naturalem et a parte illa est unita corpori. scilicet a parte illa qua est forma. ¶ Tercia questio est. utrum anima sit subiectum in scientia de anima aut corpus animatum et videtur quod corpus animatum sit subiectum in scientia de anima. scientia enim ista non considerat passiones anime separate sed passiones communes anime et corporis. hee autem passiones causantur ab anima cum corpore ergo passiones hic inquisite causantur ab anima cum corpore et non ab anima solum. Sed illud est subiectum in scientia a quo causantur passiones inquisite et probate in illa ergo anima solum non erit subiectum huius scientie sed anima cum corpore hoc autem est corpus animatum ergo corpus animatum est subiectum huius scientie. ¶ Secunda ratio hec est nulla forma in quantum forma considerata per relationem ad ma-

teriam habet quod denotetur in scientia sine materia nec materia sine illa. Sed anima considerata in hac scientia est forma corporis per relationem ad corpus ergo anima hic non determinatur nisi per relationem ad corpus ergo compositum ex anima et corpore hic determinatur hoc autem est corpus animatum ergo corpus animatum est subiectum in hac scientia. ¶ Tercia ratio hec est. universale subiectum per attributionem totius scientie denominat omnia subiecta in illa scientia. Sed sicut dicit agazel et avicenna subiectum scientie naturalis est corpus mobile et quodlibet aliud inquantum mobile ergo in qualibet parte scientie naturalis subiectum est corpus mobile cum alia differentia superaddita ergo in hac scientia subiectum est corpus mobile cum alia superaddita non autem nisi esset ista quia est animatum ergo subiectum in hac scientia est corpus animatum et non anima. ¶ Ad oppositum est hec ratio primo dicit aristotiles quod hec scientia est de anima et inquisitio in hac scientia est de anima et hoc dicit in principio de anima nullam faciens mentionem de corpore. Sed illud est subiectum in scientia de quo est inquisitio in scientia. ergo anima subiectum est in hac scientia et non animatum corpus. ¶ Secunda ratio talis est. scribitur in principio de sensu et sensato in libro de anima determinatum est de anima secundum se. Sed dicere de anima secundum se est dicere quod anima sit subiectum in hac scientia ergo anima est subiectum in hac scientia. et non corpus animatum. ¶ Solutio dicendum est quod corpus animatum est subiectum in hac scientia. Sed intelligendum est quod subiectum in scientia est multis modis. uno modo appellatur subiectum in scientia illud universaliter ad quod reducuntur et a quo fluunt omnia in illa scientia et sic primum est subiectum in metaphisica quia ad ipsum reducuntur omnia in illa scientia tamquam ad primum principium universaliter sicut vult aristotiles. solus enim deus videtur esse principium omnium. Secundo modo appellatur subiectum in scientia illud commune per predicationem quod ad omnia illa scientia et sic ens inquantum ens est subiectum in metaphisica. Tercio modo appellatur subiectum in scientia illud in quo radicantur omnia in illa scientia et de quo illud commune per prius predicatur et sic substantia subiectum est in metaphisica. quia in substantia fundantur omnia et de hac predicatur ens per prius. ¶ Quarto modo appellatur subiectum in scientia circa illud quod et ad quod applicatur scientia et sic causa vel questio civilis subiectum est in rethorica quia circa ipsam intensio eius involvitur. ¶ Quinto modo appellatur subiectum in scientia illud quod est subiectum cuius intentum speculatur et instrumentum cuius inquantum utitur et sic sillogismus est subiectum in logica et oratio in gramatica et oratio rethorica in rethorica. ¶ Sexto modo appellatur subiectum in scientia illud ratione cuius formaliter aliquid est subiectum in scientia illa et sic anima est subiectum in scientia ista non de quo est scientia sed ratione cuius de aliquo est ista scientia. est enim de corpore animato non ratione corporis sed ratione qua comparatur ad animam. de corpore vero animato in vegetabilibus determinatur sed non inquantum refertur ad animam sed inquantum refertur ad partes suas et dispositiones suarum partium et in libro de animalibus determinatur de corpore animato non inquantum refertur ad animam sed inquantum refertur ad complexionem partes suas et dispositiones suarum partium et in libro de animalibus etiam ad completionem suam et dispositiones suarum partium. In hac autem scientia determinatur de corpore animato

inquantum refertur ad animam et ad operationes anime et per hoc
solvitur prima ratio in contrarium. Ad secundam dicendum est quod de-
terminare de anima secundum se est dupliciter: uno modo sine rela-
tione ad corpus et sic non determinatur in hac scientia secundum
se. Alio modo est determinare de anima secundum se ut est in corpore
a parte operationum que ab ipsa incipiunt et diffunduntur
ad corpus et non a parte operationum que habent ortum a cor-
pore sed habent ortum in corpore et sic determinatur in hac scientia
de anima secundum se non tamen sine corpore et sic corpus animatum est
q. 14 subiectum in hac scientia. Quartadecima questio est utrum de anima secundum
omnem suam differentiam determinetur in hac scientia et videtur quod
sic quia omnis scientia que considerat operationes et obiecta cuiuslibet
differentie anime determinat de omni differentia anime sed hec
scientia de anima est huiusmodi ergo in hac scientia determinatur de anima secundum
omnem suam differentiam. maior per se patet. minor patet quia in tertio
de anima determinatur de operationibus obiectis et virtutibus anime in-
tellective. Ad oppositum est hec ratio. primo omnis forma
que est alicuius partis corporis est actus in eadem scientia cum corpore
debet determinari. Sed alie differentie anime ab intellectiva sunt huiusmodi
ergo debent in alia scientia determinari cum corpore et non in eadem
scientia cum intellectiva cum per oppositum se habeant quia intelle-
ctiva nullius partis corporis est actus ergo in hac similiter de omni
differentia anime. Secunda ratio hec est scientie de rebus animatis
habent pro subiecto corpus animatum. Sed in libro de vegetabilibus determi-
natur de corpore animato per formam animam vegetabilem. In libro autem animalium de-
terminatur de corpore animato per formam animam sensibilem. ergo necesse est
ponere aliam scientiam ab illis in qua determinatur de corpore
animato per formam animam intellectivam hec autem est ista scientia de
anima ergo in scientia de anima non determinatur de anima secundum om-
nem suam differentiam sed solum de intellectiva. Dicendum est
quod quidam posuerunt quod subiectum in hac scientia non nisi corpus
animatum anima intellectiva et posuerunt quod in libro de
vegetabilibus determinatur de corpore animato anima vegetativa.
In libro autem de animalibus de corpore animato anima sensibili.
In hac autem scientia de corpore animato anima intellectiva et si
in hac scientia determinetur de aliis differentiis anime hoc est
per accidens et per (?) ut sunt dispositiones ad intellectivam vel
non principaliter determinatur hic de illis sed in aliis libris
qui dicti sunt. hoc autem de intellectiva principaliter. Dicendum
autem quod hic determinatur de anima secundum omnem suam diffe-
rentiam. Ad primam autem rationem in contrarium dicendum est quod
duplex est forma quedam est que est forma tantum quedam que est
forma et substantia. prima forma non habet operationes alias nisi
quas habet in materia. forma autem que est substantia habet alias operati-
ones preter illas quas habet sine commercio (?) a materia tamen illas in materia
exercet et egrediuntur ab illa preter materiam. Forma
vero prima nullam habet sine materia verum habet illas et autem est
in materia. Forma autem illa que habet operationes omnes preter ma-
teriam ita quod non est a materia potest eadem in alia scientia

possunt eadem quia corpus quorum sunt. Ad secundam rationem dicendum est quod
in corpore animato sunt tria scilicet complexio corporis et dispositio partium eius
et ortus et ornatus (?) illarum et sic determinatur de corpore animato in
libro animalium et vegetabilium. Sed in libro animalium determinatur
hoc modo de omni corpore sensibili tam bruti quam hominis. In li-
bro autem vegetabilium determinatur hoc modo de corpore vegetabili. Secundum quod
est in corpore animato et operationes anime que egrediuntur ab
anima et terminantur ad corpus et sic determinatur in libro de
anima de quolibet corpore animato et ideo intitulatur ab anima
quia de ipso determinatur ratione anime et operationum eius. Tertium
est operationes que proveniunt corpori animato a parte corporis
et habent ortum a corpore et sic determinatur de corpore animato
in minoribus libris ut in libro de sompno et vigilia de
morte et vita de inspiratione et respiratione quia
sompnus vigilia mors vita inspiratio respiratio incipiunt a
corpore et sic patet quod non est alia scientia in qua determinetur
de anima vegetabili cum corpore quod est. Sed in hac scientia
determinatur de anima secundum omnem suam differentiam. Quintade- 15
cima questio est propter quid hec forma cum sit forma corporis potius
facit scientiam separatam quam aliqua alia forma. obicitur non
sic sicut se habet materia universalis et forma universalis ad scientiam ita se
habet materia particularis et forma particularis ad scientiam sed in eadem
scientia determinatur de principiis nature que sunt materia et forma
et non faciunt scientiam separatam ergo similiter corpus et anima non
faciunt scientiam separatam hoc autem falsum est quia in li-
bro de animalibus et de vegetabilibus determinatur de corpore non re-
ferendo ipsum ad animam sicut visum est. Ad oppositum
patet per hoc quod in libro vegetabilium et animalium determinatur
de corpore animato hoc autem de anima et de operationibus eius.
Dicendum est quod duplex est forma scilicet forma que
est forma tantum et forma que est forma et substantia. forma que
est forma tantum non habet operationes sive passiones que ab
ipsa egrediantur sine materia. forma autem que est substantia habet
operationes et passiones preter unum tamen in materia et item materia sua
habet alias dispositiones situm partium a suis principiis (?)
que faciunt scientiam separatam quas non est necesse ut simul
cadant cum scientia de forma sua et ideo potest esse scientia se-
parata de anima et de sua materia que est corpus. Ideo autem sic
est de forma que est forma tantum que est principium
nature et propter hoc talis forma non facit scientiam separatam
a materia sed similiter in eadem scientia determinatur scilicet in scientia phisicorum
et sic patet insufficientia eorum que queruntur de problemate
principali etc.

Circa problema secundum principale queritur de comparatione huius scientie 16
ad alias scientias naturales et circa hoc queruntur xx questiones.
Prima questio est de comparatione huius scientie ad scientiam animalium et
plantarum et videtur quod sit eadem cum scientia animalium et
plantarum quia eiusdem scientie sunt materia et forma ergo cum
anima sit forma corporis animati eiusdem scientie sunt materia et erit

aīa et corp' aīatum. s; in hac sciā determiāt' de aīa secūdm omne
suū diffinitum. In libro aūt aīaliū et vegetaliū determiā de cor
pib; animatis istis aīab; g° hec sciā est eadem cum istis
sī cū ist'. Secdā rō hec est. sicut vult arz. passiones aīe
sunt de cōsideratione phīci quia cōmunicant nūm sunt. in cōmunes
aīe et corpi g° ꝑ ut in hac sciā determiāt' sunt cōmunes
aīe et corpi g° debent cadere in sciā de aīa et corpe hec
g° sciā in q̄ determiā de anima et de opatōnib; eius ē
eadem cū illis in quib; determiā de corpe. Ad oppositū
est illud quod vult arz qui idiuisit scias ut visum ē
de hiis determinat. Solo dd est quod in diuersis sciis deter
minā de aīa et corpe animato. quia in corpo animato st
multa. pmū est corpus et dispōnes eius et suar ptiū
et diuersitas earum et diuise nē aīaliū et plantaꝝ et di
uise cōplexiones eoꝝ et diuersa loca in quib; hitant ꝯ sc
et aꝑte ista determiā de corpe aīato in libro aīaliū et
[illegible] in libro vegetabiliū. Secdm est natura aīe. qua ifor
matur et opationes aīe que egrediuntur ab aīa supra
corpus et sic de ipo determiatur In sciā de aīa et ꝓp hoc
intitulat' ab aīa. quia determiā in illa sciā de corpe
aīato aꝑte opationū egredientiū ab aīa determī supius
tercium est natura opationū quas ht corpus aꝑte corpis
et que cōueniunt nūm ab eo et sic de eo in minorib; libris
sic in libro de sensu et sensato. de morte et vita. de
sompno et vigilia. Diuersitas autem istar sciaꝝ est a diuersita
te diuersoꝝ pncipioꝝ quia alia sunt pncipia et rōnes
corpis aꝑte opationū aīe quā aꝑte suar opationū et
iterū opationes que egrediunt' a corpe adducunt rōnes et
pncipia sup cōplexiones corpum et sic patz diuersitas hi
sciē ab illis. Ad pmam rōnem ī ꝯrium dd est quod dupl'
est forma. s. forma que est forma tm et forma q̄ est
forma et sba. forma que est forma tm nichil ht nisi illd
quod ht a mā et ideo non ht. alias rōnes n passiones n cū
mā in suo ꝯitum ad oīa dependz a mā. et ideo cadit ī ead
sciā cū mā. forma aūt que est forma et sba ht alias
rōnes et passiones ꝑter illas quas ꝯhit a mā ut ar ꝯ mā
et ideo potest cadē in alia sciā quam sua mā. talis aūt for
est aīa r' corpis aīati et ideo hec sciā diuersa est a sciis
de corpe aīato. Ad secdam rōnem dd est quod hec sciā
cōsiderat passiones cōmunes aīe et corpi tn separata est
ab aliis que sunt de cor' aīato quia cōsiderant cōplexionem
corpis et formatōnem eius et dispōnes suar ptium
[illegible] et hec non sunt cōmunia aīe et corpi set insunt cor'
soli et ideo est separata istar sciaꝝ. Secda questio est
ꝓp quid ī eadem sciā determinatur de omni differentia a
nime. In eadem aūt sciā non determinatur de omni diff'
corpis animati. Imo in libro vegetaliū de corpe vege
tabili. In libro aūt aīalium de corpe sensibili et obz
sic sicut se ht forma ad formam ita se ht mā ad mām

s; omīs forme corpum aīatoꝝ determinant' in ead' sciā. s. in i
sta g° in eadem sciā determinari debent omnia corpa anima
ta. Solo dd est quod differenter operantur ad inuicem
differentie aīe et differentie corpis aīati ꝓp duas causas. pͥ
ma causa est quia easdem opationes cōmunes exercent
omīs differentie aīe in diuersis corpib; vegetatiuis. enim aīa easd'
operatōnes exercet in omnibus corpibus in quib; est. s. nu
triē et c. et sensitiuis sit et rōnalis sit hnt g° in hoc
cōuenientiam omīs differentie aīe. et quia cōuenientia in sbo fa
cit vnitatem in sciā. et ꝓp hoc est eadem sciā de omnib;
differentiis aīe. Secda cā est quia in differentiis aīe ita
est quod una ad alteram ordinatur sicut est una sine
altera sicut dicit phus in secdo li. s. de aīa. et ꝓp h
cadunt in eade sciā. aꝑte aūt aīatoꝝ corpum non est s°
quia dispōnes corpum vegetaliū non cōueniunt cū dispōnib;
corpum sensibilium ut aīaliū sicut cōplexiones eoꝝ q̄ cōueniunt
sicut natē. sicut enim vult arz. impōle est cōpare ptes
sensibiliū aīaliū ad ptes plantaꝝ. Item una cōplexio non or
dinatur ad aliam nec ptes ad ptem et ideo sic non est
ex ꝑte corpum inuicem sicut ex ꝑte aīaꝝ et ideo licz sit
una sciā de aīalib; non tn una de corpibus et soluendū z
ad rōnē ꝑ interemptōnē quia sicut visum est non sic se ht
cor' ad corpus sicut aīa ad aīam. Tercia qō est ꝓp quid in
eadem sciā determiā de cor' aīato sensibili. humano et · 18 q
bruto non aūt de vegetali ī eadem sciā cum aliis istoꝝ
vel non cadit corpus humanū cū vegetali in sciā sicut brut'
simul et obicit' sic secantur sciē sicut et sba cū g° cor' hu
manū sit diuisum a bruto dz determinari in alia sciā q̄
brutum et non cū bruto. Solo dd est quod corpus ve
getale n determī cum bruto nec cum humano ī ead' sciā s;
brutū et humanū simul et hoc est ꝓp duas causas. pͥ
ma cā est quia cōplexio corpis bruti et humani cōueniunt
ī eisdem pncipiis. s. ī carne. et osse et organis vtri;. n
ht carnē et ossa et organa formata vegetale aūt corpus
non ht hanc naturam et ꝓp hoc non ht cōuenientiam cū cor'
bruto et humano et ideo in eadem sciā cū illis non deter
minatur. corpus aūt brutum et humanū hnt cōuenientiā
ꝓpinquam et ideo simul determinantur. Secda cā est quia sic
vult arz ī libro de sensu et sensato ꝑ cōplexionem hoīs
venimus ī cognitōnē cōplexionis aīaliū ex ꝑtes hominis ma
nifeste sunt. s; non est ꝯtio ab aīali ad cognitōnē cōplex
ionis ptiū plantaꝝ sicut ergo. quia non possunt ptes aīa
liū cōparari ad ptes plantaꝝ et ita quia vegetamur
ī cognitōnē cōplexionis aīaliū ꝑ cōplexionē humanā
ideo in eadem sciā determiāt' de cōplexione corpis huma
ni et bruti et non corporis vegetabilis et ꝑ hoc patz solo
ad rōnē. Quarta qō est de separatione h' sciē a sciis · 19 q
ꝑuoꝝ libroꝝ et videt' quod sint eedem sicut enim eiusdē
sciē sunt opationes aīe et ipa aīa. cū g° ī istis libris

determinatur de operationibus anime in hac autem scientia de ipsa anima et ita vi-
detur quod illa scientia sit eadem cum illis et non separabilis ab illis.
¶ Ad istud dicendum est quod duplex est ibi in scientia unum quod scientia ad-
dit principium alterius nature super illud genus et principia in illa to-
ta scientia sicut linea curva et recta sunt eiusdem scientie cum
linea simpliciter. ¶ Aliud est quod addit aliud principium
supra illud idem genus sicut linea visualis addit aliud
principium super lineam simpliciter et tale facit scientiam separatam
ab illa et ideo in alia cadit scientia linea visualis et line-
a simpliciter. Similiter dico quod operationes anime que determinantur
in minoribus libris addunt principia alterius nature super illas que
determinantur in hac scientia quia in hac scientia determinatur de anime
operationibus que egrediuntur ab anima. In illis autem de operationibus
anime que tamen egrediuntur a corpore et ita sunt ab alio principio ille
et iste et propter hoc hec scientia separatur a scientia minorum li-
20 q brorum. ¶ Quinta questio est cum in libro de anima determinetur de
augmento et in libro de generatione queritur quo differenter
.s. n. aliquid determinetur in diversis scientiis necesse est quod
diversimode consideretur in illis. ¶ Ad istud dicendum est quod aug-
mentum dupliciter consideratur. Uno modo secundum quod in effectu ele-
mentorum secundum quod nutrimentum ex elementis resultat et aug-
mentum ex nutrimento et sic determinatur de augmento in libro
de generatione. Alio modo consideratur augmentum secundum quod in
corporibus animatis a parte anime secundum quod anima operatur mediis
qualitatibus ita quod anima est principium et calor vel calidi-
tas instrumentum et sic determinatur de augmento in scientia
ista de anima. ¶ Sexta questio est quo differenter determinetur de
21 q colore in libro de anima et in libro de sensu et sensato
et in medicina. ¶ Ad istud dicendum est quod color tripliciter conside-
ratur. Uno modo a parte sue prime generationis secundum quod resul-
tat ex natura perspicui et mixtionis qualitatum et sic determinatur de
colore in libro de sensu et sensato. Secundo modo consideratur co-
lor prout est obiectum visus immutans visum et sic determina-
tur de colore in scientia de anima. Tertio modo consideratur color secundum
quod est signum attestans complexionem humane vel bene
vel male disposite et sic consideratur color ab ipso medico .s.
secundum quod est signum bone vel male dispositionis in comple-
xione humana. ¶ Septima questio est quo differenter de-
22 q terminatur de voce in libro de anima et in libro de sensu
et sensato et in grammatica et in libro de animalibus et in
musica. ¶ Ad istud dicendum quod multipliciter loqui de voce. Uno
modo a parte illa que formatur in animalibus instrumentis et suis prin-
cipiis que in quibusdam animalibus sunt et in quibusdam non sunt et
sic in libro de animalibus determinatur de voce in quo determinatur
de partibus animalium. Secundo modo consideratur vox secundum quod movet
auditum et est obiectum eius et sic determinatur de voce
in libro de anima. Tertio modo consideratur vox a parte proportionis

sue et sic determinatur de ipsa in musica. Quarto modo consideratur vox
secundum quod instituitur ad significandum et secundum suas differentias et
sic determinatur de voce in grammatica. Quinto modo consideratur vox
secundum quod est signum attestans complexioni humane bene
vel male se habenti et sic determinatur de voce in medicina. In libro
autem de sensu et sensato determinatur de illa in quodam transcur-
su secundum quod a parte prime sue generationis consideratur. ¶ Octa- 23 q
va questio est propter quid in libro de sensu et sensato non determi-
natur complete de voce sicut de aliis obiectis aliorum sensuum
licet fit tractatus specialis de illa. Similiter queritur propter quid in libro de
sensu et sensato non fit tractatus specialis de illo completus de
obiecto tactus quod est in qualitates. ¶ Ad istud dicendum est ad
hoc quod omnia habent duplicem generationem primam scilicet per quam
alterantur corpora in quibus sunt. Secunda est per quam sensus im-
mutatur. In quibusdam autem obiectis eadem est prima generatio cum secunda. In quibus-
dam autem non est eadem quod patet. Prima enim generatio coloris est
ex commixtione qualitatum. Secunda autem est per irradiationem lucis ducentis
colores de potentia ad actum et per hanc alterat color visum
et immutat et aliud agens est in prima generatione et
in secunda. In sono autem vel voce quod idem est hic utraque generatio
est eadem et ab eodem agente quia utraque est a percutiente et per-
cusso et aere intercepto. Dicendum ergo quod in libro de sensu
et sensato determinatur de obiectis quantum ad primam generationem. In
libro autem de anima determinatur de illis quantum ad secundam generationem
et quia in colore et in aliis obiectis quibusdam alia est
prima generatio quam secunda ideo de illis fit specialis tractatus comple-
tus in libro de sensu et sensato quantum ad primam generationem
et in libro de anima quantum ad secundam. Quia autem in sono vel vo-
ce eadem est prima generatio et secunda et determinatum sit complete
de ipsa in libro de anima quantum ad secundam generationem non debuit
de ipsa fieri tractatus specialis completus in libro de sensu et
sensato quantum ad primam vel secundam generationem cum una sit
eadem cum altera. Licet tamen ibi determinetur de voce in illo epilogo
et de obiecto tactus iam patebit solutio. ¶ Nona questio est cum 2[illegible]
de sapore et odore determinetur in libro de sensu et sen-
sato et in libro de anima et in medicina et in libro vege-
tabilium queritur quo differenter. ¶ Ad istud dicendum est quod sapor
consideratur multipliciter. Uno modo quantum ad primam suam genera-
tionem qua habet ex qualitatibus contrariis et sic in libro de sensu
et sensato determinatur de sapore. Secundo modo consideratur
prout est obiectum gustus et odor prout est obiectum olfactus
et sic determinatur de sapore in libro de anima. Tertio modo conside-
ratur prout est medium deveniendi in cognitionem comple-
xionis ciborum et medicinarum per quod medium innuitur
complexio humana a complexione cibi et medicine ut si iste
sapor est acetosus signum est frigide complexionis determi-
natur ergo calide et sic de eo determinatur in medicina. Quarto

non considerat secundum quod est dispositio fructuum plantarum acquisita in illis
24 q. per propagationem fructuum et plantarum et sic de eo determinatur in li-
bro vegetabilium et similiter dicendum est de odore. ¶ Decima questio est quare
non differenter determinatur in hac scientia de quatuor qualitatibus tangibilibus et
in aliis scientiis. ¶ Solutio dicendum est quod quatuor qualitates multipliciter
considerantur uno modo prout sunt relate ad quatuor elementa et secundum principia
25 q. eorum distinctiva et sunt ea quibus operantur elementa et sic de quatuor qualitatibus
determinatur in libro de generatione. ¶ Secundo modo considerantur prout sunt
principia corporum mixtorum et sic determinatur de ipsis in quarto metheo-
rorum. Tertio modo considerantur prout sunt principia diversitatis comple-
xionis humane a parte illa qua decidit in sanitatem vel e-
gritudinem et sic determinatur de illis in medicina. ¶ Quarto
modo considerantur prout sunt obiecta tactus et sic de illis determinatur
in libro de anima. Et per hoc solvitur questio predicta quare quidem scientia
non determinat de obiecto tactus complete in libro de sensu et
sensato. In aliis enim libris ut visum est determinatur et
sufficienter de obiecto tactus quod est quatuor qualitates et
ideo non necesse est quod de illis fiat tractatus alius specialis in libro de
26 q. sensu et sensato. ¶ Undecima questio est quare quidem Aristoteles in libro
de anima determinando de sensibus primo determinat de visu quam de a-
liis quia videtur quod primo debet determinari de sensu tactu
quia sicut vult Aristoteles in libro de anima tactus est primus sensus
quo animal primus vivit. De priori autem prius est determinandum quam de vi-
su. ¶ Secunda ratio hec est quia sicut dicit Aristoteles in secundo sic se
habet anima vegetabilis ad alias differentias anime ita se habet sen-
sus tactus ad alios sensus. ergo si de vegetabili prius determinatur
in scientia de anima videtur quod similiter de tactu prius inter omnes sen-
sus debet determinare. ¶ Solutio dicendum est quod sensus multi-
pliciter possunt ordinari uno modo ratione generationis et potentie. Secundo
modo a parte simplicitatis obiecti. tertio modo a parte perspicacitatis operatio-
nis. Quarto modo a parte simplicitatis et puritatis medii et quantum
ad omnes modos istos sensus visus prior est aliis quia obiectum eius
est communissimum quia color est in omnibus corporibus vel est secundum suum
obiectum. Similiter visus communissimus est quia per ipsum plures rerum
differentias cognoscimus sicut vult Aristoteles in libro de sensu et
sensato. Item suum obiectum est simplicissimum. Item perspicacissime
operatur. tactus autem est minor et grossior et ideo ultimo de-
terminatur. visus autem prius. Alio modo possunt ordinari scilicet
a parte prioritatis et necessitatis in animali et alio modo a parte di-
gnitatis perceptionis animalis et hoc modo tactus prior est et sic
procedunt rationes ad quas iam tamen non ordinantur sensus in
libro de anima sed quantum ad cognitionem visus enim prius cadit
in cognitione et per ipsum plura cognoscimus et ideo prius Aristoteles
determinat de visu in libro de anima quam de aliis sensibus et
27 q. per hoc solvuntur rationes. ¶ Duodecima questio est cum de a-
nimalibus determinetur in libro de animalibus et in medicina quare
non differenter. Item cum de plantis determinetur in libro vege-
tabilium et in medicina in dietis quare eo quod different.
¶ Solutio dicendum est quod dupliciter est loqui de natura animalium
et plantarum uno modo a parte sui et a parte suorum principiorum et sic
de illis determinatur in scientia naturali ut de animalibus in libro a-
nimalium et de plantis in libro plantarum vel vegetabilium
quod idem est. ¶ Secundo modo est loqui de ipsis a parte illa
qua referuntur ad corpus humanum in reddendo ei principia dispositionis
sanitatis vel egritudinis et sic determinatur de illis in medi-
cina. Unde omnia corpora animalium et plantarum determinantur in
medicina prout referuntur ad corpus humanum in ratione sanitatis vel
egritudinis. ¶ Tertiadecima questio est quare differenter determi- 28
natur de morte et vita in medicina et in aliis et in
libro mortis et vite et de anima unde dicitur quod vivere in vi-
ventibus est ab anima vegetabili. ¶ Solutio dicendum est quod multi-
pliciter est loqui de morte et vita uno modo secundum quod sunt
operationes fluentes ab anima vegetabili per suam presentiam et
absentiam et sic determinatur de illis in libro de anima ubi
dicitur quod vivere in viventibus ab anima vegetabili. ¶ Secundo modo
est loqui de hiis a parte causarum quas habent in corpore et a
parte dispositionum corporis et sic de illis determinatur in libro mor-
tis et vite. Tertio modo est loqui de illis a parte illa qua
habent causam a corporibus superioribus secundum diversitatem illorum si-
tuum et influentiarum secundum quod hiis inferioribus tardant
plus vita vel minus et sic in astris determinatur de illis. ¶ Quar-
to modo est loqui de illis a parte illa qua vita recipit re-
gimen in corpore per exhibitionem ciborum et auxilium et per ex-
hibitionem medicine ut possit vita diu conservari per
exhibitionem eorum et sic determinatur de illis in medicina. ¶ Octa quarta 29
va decima questio est de operatione huius scientie ad alias in ordine
sicut ad scientiam de animalibus et de vegetabilibus que sit prior inter illas
et videtur quod scientia de animalibus et scientia de vegetabilibus priores sunt
quam scientia de anima sicut quod in illis determinatur de corpore vivente anima
vegetabili et sensibili et de partibus et dispositionibus eius in hac autem
scientia determinatur de operationibus quas anima per corpus exercet sed prius
est corpus et partes et dispositiones eius quam anima et operationes
eius super corpus ergo ille scientie priores sunt quam hec scientia de
anima. ¶ Secunda ratio hec est. materia fundamentum est omnium re-
rum naturalium et ideo materia prior est forma sed corpus sit materia
anime et fundamentum omnium operationum anime prius est corpus
quam anima et eius operationes ergo priores sunt scientie vegetabilium
et animalium in quibus determinatur de corpore animato quam hec scientia
de anima et de operationibus suis super corpus. ¶ Contrario hec
est sicut ordinantur res in natura sic ordinantur in
scientia procedunt vel scientie secundum ordinem nature sed in natura
prius est corpus et postea secundum naturam habet operationes anime
ergo in scientia prius est determinandum de corpore et de operationibus
eius quam de anima et de operationibus eius supra corpus

quod priores sunt scientia vegetabilium et animalium in quibus determinatur de
corpore animato quam hec scientia de anima. Ad opposita sunt ratio-
nes. prima hec est. omnis scientia que superat alias eiusdem ge-
neris quantum ad certitudinem demonstrationis et nobilitatem subiecti prece-
dit alias scientias. hec est talis. ergo hec scientia precedit alias
scientias quod prior est quam scientia vegetabilium et animalium. Secun-
da ratio hec est. omnis scientia cuius subiectum est principium omnium que sunt
in aliis scientiis eiusdem generis et que magnam affert utili-
tatem et iuvamentum et influentiam aliis eiusdem generis est
prior. set hec scientia de anima est huiusmodi ut dicit aristoteles ergo hec scientia
de anima est prior aliis naturalibus scientiis. Tertia ratio hec est
sic dicit philosophus in libro de sensu et sensato dicens cum est de
anima secundum se et postea continuat scientiam illam de sensu et
sensato et omnes alias scientias naturales ad scientiam de anima et
dicit quod ea que determinantur in hac scientia debent suppo-
ni tanquam principia in aliis scientiis naturalibus omnis autem scientia cuius
dicta supponuntur tanquam principia in aliis scientiis est prior ali-
is hec est talis ergo hec scientia prior est aliis scientiis naturalibus.
Ad istud dicendum est quod prioritas est duplex. quedam est in
scientia. quedam autem est in re. hec autem scientia de anima prior est sci-
entia animalium et vegetabilium et aliis prioritate scientie et
hoc propter multas causas. Prima causa est propter subiecti nobilitatem.
Secunda propter certitudinem demonstrationis. tertia causa est quia subiectum
eius est causa omnium eorum que determinantur in libris de re-
bus animatis et sunt omnia ea propter animam. Quarta causa est
iuvamentum quod affert omnibus aliis influit. in certi-
tudine super omnes alias scientias. et debent supponi dicta
eius in aliis scientiis. a parte autem rei est duplex ordo est
enim prius in via generationis et in complectionis et sic
prius est autem corpus et corpus animatum quam animam et sic scientia
de animalibus et de vegetabilibus precedunt istam. alia est prio-
ritas in via complectionis et perfectionis et nobilitatis et
dignitatis et sic forma precedit materiam et anima corpus et
sic hec scientia de anima a parte rerum precedit alias que dicte
sunt et per hoc patent solutiones ad rationes ad utramque
30 q partem. Quintadecima questio est de comparatione huius scientie ad
scientiam de memoria et reminiscentia et queritur utrum scientia
de memoria et reminiscentia sit eadem cum scientia de anima
et ostenditur quod sic quedam sunt operationes anime que con-
grediuntur ab anima super corpus. quedam sunt que habent esse a parte
corporis. prime autem operationes cadunt in eadem scientia cum
anima cum ergo memoria et reminiscentia sint de illis opera-
tionibus que ab anima egrediuntur patet quod scientia de memoria
et reminiscentia erit eadem cum scientia de anima. Secun-
da ratio hec est virtutum quedam sunt apprehensive inte-
rius quedam autem conservative illarum. apprehensive sunt ut
quinque sensus. conservative autem sunt ut memoria et remi-
niscentia. set eiusdem scientie sunt apprehensive et conserva-
tive virtutes precedentium et virtutes conservative earum ergo

eiusdem scientie sunt quinque sensus et memoria et reminiscentia cum ergo
in ista scientia determinetur de quinque sensibus patet quod scientia de memoria
et reminiscentia erit eadem cum illa scientia de anima. Tertia ratio
hec est. virtutum quedam sunt exteriores. quedam interiores
virtutes exteriores sunt quinque sensus virtutes autem interiores sunt 31 q
sensus communis ymaginatio et fantasia. memoria et reminis-
centia. set in libro de anima determinat aristoteles. de virtutibus in-
terioribus et exterioribus que sunt sensus communis fantasia y-
maginatio ergo debet similiter determinare in libro de anima
de virtutibus interioribus que sunt memoria et reminiscentia ergo
scientia de memoria et reminiscentia est eadem cum scientia de anima
Ad oppositum est hoc quod aristoteles in libro de sensu et sen-
sato continuat scientiam de memoria et reminiscentia inter scientias se-
paratas a scientia de anima ostendens quod in scientia de anima determinavit
secundum se et in sequentibus dicendum est de operationibus eius inter quas
scientias enumerat scientiam de memoria et reminiscentia et sic
scientia de memoria et reminiscentia alia est a scientia de anima
Secunda ratio hec est quia aristoteles continuat librum de memoria
et reminiscentia ad librum de sensu et sensato dicens ex quo
de sensibus et sensibilibus dictum est relictum est ut deter-
minetur de memoria et reminiscentia et sic si liber de sensu et
sensato non est eadem cum scientia de anima scientia de anima
patet quod nec scientia de memoria et reminiscentia. Tertia ratio hec
est. quedam operationes comparantur ad animam sicut ad causam in
qua egrediuntur. quedam autem habent causam et diversitatem a par-
te corporis prime autem operationes determinantur in eadem scientia 32
cum anima relique autem in alia. set memoria et reminiscentia
habent diversitatem a parte corporis. ponit. n. aristoteles in libro de
memoria et reminiscentia diversitatem memorie a parte corporis
scientia ergo de memoria et reminiscentia alia est a scientia de anima
Solutio dicendum est quod quidam ponunt tractatum de memoria
et reminiscentia esse de continuatione scientie de anima dicendum autem est
quod non continuatur scientie libri de anima. set continuatur scientie libri de
sensu et sensato. liber autem de sensu et sensato continuatur
scientie de anima non tamen una est scientia set consequens ad scientiam
de anima et ordinata ad ipsam. Ad primam rationem in contrarium
dicendum est quod memoria et reminiscentia dupliciter possunt consi-
derari. uno modo considerantur prout referuntur ad animam et sic
determinantur in eadem scientia cum anima et debent determinari.
alio modo considerantur prout recipiunt diversitatem secundum diversas dis-
positiones corporis et sic adduntur alia principia et dispositiones super
animam et sic cadunt in alia scientia ab anima sic autem determinan-
tur ut in scientia que appellatur de memoria et reminiscentia et
ideo scientia de memoria et reminiscentia diversa est a scientia de
anima et per hoc patet solutio ad secundam rationem. Ad tertiam dicendum est
quod virtutes interiores dupliciter considerantur uno modo
per relationem ad scientiam et sic in eadem scientia determinantur
cum illa. Alio modo considerantur per relationem ad corpus a cuius prin-
cipiis et dispositionibus diversitatem recipiunt et sic deter-

minatur in alia scientia ab anima sicut autem determinavit de memoria et reminiscentia in libro suo et ideo illa scientia est alia a scientia de anima.

31 q ¶ Sextadecima questio est propter quid quedam operationes anime faciunt scientiam separatam, quedam autem non. Quia propter quid motus progressivus non facit aliam scientiam separatam ab anima sicut et alie quedam operationes anime. ¶ Solutio dicendum est quod quedam operationes anime oriuntur ab anima et ad ipsam reflectuntur et tales in eadem scientia determinantur cum anima, talis enim est motus progressivus quia motus progressivus comparatur ad virtutem appetitivam a qua habet ortum precedentibus operationibus virtutum sensibilium apprehendentium a longe. In solis enim illis est motus progressivus in quibus est virtus appetitiva et virtutes sensibiles apprehendentes a longe. Alie sunt operationes que oriuntur a parte corporis et que addunt illas dispositiones et causas preter illas quas habent ab anima et tales propter illa principia faciunt scientiam ab anima separatam; tales autem sunt operationes anime que determinantur in minoribus libris. Dicendum est enim quod dupliciter est loqui de motu progressivo: uno modo per comparationem ad animam et sic determinatur de ipso in libro de anima. Alio modo est loqui de ipso per comparationem ad organa et dispositiones animalium per que exercetur et sic determinatur de ipso in scientia de anima. Alio modo est loqui de ipso per comparationem ad organa et dispositiones animalium per que exercetur et sic determinatur de ipso in libro quem vocavit Averroys super librum philosophorum quem facit Aristoteles de motibus animalium qui non est in latino.

32 ¶ Septimadecima questio est propter quid operationes anime intellective secundum Aristotelem non faciunt scientiam separatam ab anima intellectiva sicut operationes anime sensitive faciunt scientiam separatam ab anima sensitiva quia de istis determinatur in minoribus libris. ¶ Solutio dicendum est quod operationes anime intellective que proprie sunt non habent ortum a parte corporis ex quo anima intellectiva nullius partis corporis est actus vel totaliter habent relationem ad animam et propter hoc non addunt alias dispositiones vel principia super illas quas habent ab anima intellectiva et propter hoc non faciunt scientiam separatam ab illa. Operationes autem anime sensitive habent relationem ad animam et sic in eadem scientia cum anima determinantur; habent etiam comparationem ad dispositiones corporis per quas diversificantur et quantum ad hoc in alia scientia determinantur quam in anima. Et sic addunt super et dispositiones alias super ea que habent ab anima cuius sunt.

33 ¶ Octavadecima questio est cum in libro de anima determinetur de virtutibus sensibilibus et in libro de sensu et sensato et in medicina et in libro animalium quomodo iste differunt. ¶ Solutio dicendum est quod virtutes sensibiles multipliciter considerantur. Uno modo a parte suarum operationum et prout ad animam referuntur et sic determinatur de illis in libro de anima. Secundo modo per comparationem ad organa et obiecta et ad eorum naturam secundum quod in quolibet organo est dominium alicuius qualitatis elementaris vel dispositionis elementaris secundum quam exigentiam et proportionem medii et obiecti operatur virtus in organo existens et sic determinatur de illis in libro de sensu et sensato. Tertio modo considerantur a parte ortus quem habent ab organis et a parte formationis organorum et situs eorum prout sunt partes animalium et sic determinatur de illis in libro de naturis animalium. Quarto modo considerantur per operationem ad partes corporis et dispositiones earum secundum quod per dispositiones organorum recipiunt dispositiones salvas vel lesas ut lese in salvas possint conservari et alesis removeri per anthidota exhibita exterius et sic determinatur de illis in medicina.

¶ Nonadecima questio est propter quid in eodem tractatu huius scientie sicut in secundo libro determinatur de anima vegetativa et sensibili, in alia parte huius scientie determinatur de intellectiva sicut in tertio libro et videtur oppositum, quia magis conveniunt operationes virtutis cognitive cum operationibus virtutis cognitive quam cum operationibus virtutis non cognitive. Sed anima intellectiva et sensitiva sunt cognoscitive, vegetativa autem non est cognoscitiva, ergo plus conveniunt operationes intellective et sensitive quam operationes sensitive et vegetative. Sed propter convenientiam est identitas [illegible] in scientiis et in tractatibus, ergo magis debet determinare in eodem tractatu de operationibus sensitive et intellective quam de operationibus sensitive et vegetative. 32

¶ Secunda ratio hec est: sicut se habent corpora invicem ita se habent invicem anime que sunt perfectiones illorum corporum. Sed in eodem libro determinatur de corpore perfecto anima sensibili et intellectiva et non de corpore vegetativo. Cum ista ergo simul in eadem parte scientie debet determinari de anima intellectiva et sensibili et non de vegetativa et sensibili simul. ¶ Solutio dicendum est quod anima vegetativa et sensibilis in eodem tractatu huius scientie debent determinari scilicet in secundo quia conveniunt in hoc quod sunt alicuius partis corporis actus et ita sunt virtutes corporales et propter hanc convenientiam determinantur in eodem tractatu. Intellectiva autem est magis spiritualis nec est alicuius partis corporis actus, immo per oppositum se habet cum illis quantum ad illam viam et ideo non cadit cum sensitiva in eadem parte scientie. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod non ordinantur hic differentie anime secundum posterius illius rationis sed secundum predictum [illegible] et ideo non cogit ratio illa. ¶ Ad secundam patet solutio per predicta quia alia habent comparationem corporis ad invicem et differentie anime, et ideo non valet ratio illa, licet supponit verum.

¶ Vicesima questio est que est causa distinctionis scientie a scientia et partium scientie ad invicem. ¶ Solutio dicendum est quod diversitas ista provenit a parte subiecti et a parte eorum que in subiecto indicantur. Et hec diversitas multiplex est. Quedam enim [illegible] subiectum distinguitur ab alio subiecto secundum genus abstractionis sicut res coniuncta motui et non distinguitur a re omnino separata a materia et a motu et ab illa que est coniuncta secundum esse separata secundum diffinitionem et hec diversitas facit diversitatem distinctam in scientiis principalibus sicut in partibus philosophie principalibus. Est autem alia diversitas que est per additionem dispositionis super subiectum quod dispositio est alterius nature et sic linea visualis addit super 34

lineam simpliciter et haec diversitas facit separationem scientie per modum subalternationis. linea enim visualis addit super lineam simpliciter aliud principium scilicet visibile quod est alterius nature quia est a principio nature et subalternata scientia de linea visuali scientie de linea simpliciter. Tertia diversitas est que attenditur inter partes integrales ipsius subiecti aliquas vel eorum que ad principia subiecti concurrunt que partes addunt aliquas proprietates et passiones supra subiectum que tamen sunt eiusdem abstractionis et haec diversitas facit separationem librorum principalium qui adinvicem diversas passiones habent que partes continentur sub diversis partibus principalibus et haec facit diversitatem capitulorum. Quarta diversitas est que est ratione diversarum conclusionum et passionum que probantur de eadem parte subiecti et haec facit distinctionem in paragraphis in scientia. haec autem distinctio scientie per eas diversitates predictas non procedit secundum exigentiam traditionis tantum sed secundum exigentiam rerum et status scientie et rationem ipsius et sic patet unificatio et notificatio eorum que sunt secundum problemata principalia proposita inquirimus.

3m problema

Hoc tertium est de modo procedendi

in hac scientia et sunt hoc quindecim questiones. prima est de modo abstractionis in hac scientia et est utrum abstractio sit necessaria in scientia naturali et ostenditur quod sic. Scientia est de aliquo fixo finito et stabili. singularia non sunt infinita instabilia et non fixa ergo de ipsis non est scientia ergo necesse aliquid existens incorruptibile per quod ipsa singularia maneant unum et fixum hoc autem non est nisi universale ergo in quali scientia cadit universale sed universale non cadit in scientia ergo in qualibet scientia est abstractio universalis ergo et in ista scientia. Secunda ratio hec est in secundo posteriorum scribitur quod ex pluribus sensibus fit unum experimentum et ex pluribus experimentis una memoria et ex pluribus memoriis unum memorabile vel unum universale quod est principium artis et scientie hoc autem non est nisi per abstractionem ergo in hac scientia est abstractio universalis. Tertia ratio hec est. scientia est de omnibus que sub illo genere continentur sic scientia de anima est de omni anima sed proprietates cuiuslibet anime non possunt in arte comprehendi sicut nec proprietates rerum omnium singularium infinitum diverse sunt quia intellectus non cadit supra res infinitas et dispersas sed supra rem unam et certam ergo si omnes habeat cadunt in scientia necesse est quod hoc sit per aliquam naturam communem propositam intellectui que maneat una omnes illas comprehendat hoc autem est similitudo vera quod est universale omnium singularium et hoc per abstractionem ergo in qualibet scientia est speculatio sub universali quod universale non accipitur secundum hanc unitatem nisi per abstractionem ergo in hac scientia et in qualibet est abstractio. Quarta ratio hec est ut habetur in posterioribus universalis scientie unum est subiectum cuius passiones et per se accidentia considerat et proprietates ergo necesse est quod si singularia cadunt in scientia quod cadant ratione illius ratione cuius habent unitatem hoc autem est universale quod est unum in multis licet tamen modum unius preter multa ergo de rebus ratione universalis est scientia hoc autem non est nisi per viam abstractionis ergo in qualibet scientia et in ista est abstractio necessaria. Ad oppositum sunt rationes sic. prima ratio naturales sunt coniuncte motui et materie prout ut cadunt in scientia et hoc vult Aristoteles distinguens negotium physice et sic dicit Aristoteles in libro de anima quod passiones anime considerantur a naturali prout sunt in materia et in motu et in corpore et sic dicit quod physicus diffinit per materiam. sed nulla scientia que considerat res in motu et materia necessario abstrahit ergo naturalis scientia non abstrahit necessario. Secunda ratio hec est. In scientia ista determinatur de anima a parte suarum operationum operationes autem circa singularia consistunt ut habetur in libro methaphysice ergo scientia ista determinat de illis que circa singularia consistunt. nulla autem talis scientia abstrahit ergo hec scientia non abstrahit. Tertia ratio hec est sicut habetur in libro de sensu et sensato qui est de ortu scientiarum scientia naturalis est de rebus mobilibus que continue variantur secundum omnes modos variationum sed nulle tales res abstrahuntur a motu et a materia ergo scientie de illis non abstrahunt in quantum has considerant. sed scientie naturales sunt huiusmodi ergo non abstrahunt. Solutio dicendum est quod ista scientia et quelibet scientia sicut ostendunt rationes abstrahit. abstractio autem multiplex est. uno modo est abstractio universalis a particulari et secundum hanc abstrahit ista scientia et quelibet scientia naturalis. alia est abstractio que est forme a materia et secundum hanc abstrahunt scientie mathematice que sunt de quantitate abstracta. Tertia est que est separatio rerum a motu et materia que est in liberatione spiritualibus separatis et talem abstractionem intendit methaphysica. Quarta vero abstractio est acceptio specierum a sensibilibus secundum representationem earum ad virtutem intellectivam et hec abstractio est via in cognitionem et per hoc solvuntur quedam precedentium rationum. prima secunda et quarta. Ad tertiam autem dicendum est quod operationes dupliciter considerantur. uno modo considerantur in suo esse singulari prout ut sunt singularia. alio modo in suo esse universali prout ut sequuntur subiectum universale sicut enim subiectum abstrahit eodem modo et operationes et proprietates subiecti non considerantur autem in scientia primo modo sed secundo. Secunda questio est quid quelibet scientia utitur prima abstractione que est universalis a particulari mathematice vero specialiter utuntur illa que est forme a materia. videtur enim oppositum hac ratione. quia omnis forma que immediate adheret sive inheret materie et dispositionibus materialibus minime abstrahitur a materia sed quantitas est huiusmodi ergo quantitas minime abstrahitur a materia ergo si abstrahat abstrahet solum abstractione que est universalis a particulari. Secunda ratio hec est immediatum subiectum motus est continuum sicut patet in libro physicorum omnes enim dispositiones motus in continuo fundantur ergo continuum minime abstrahitur a motu set numerus sicut numerus resultat ex decisione continui ut habetur in physicis ergo eodem modo non abstrahitur numerus sicut nec continuum ergo scientia que est de utroque diffinita quantitatis scilicet continua et discreta minime

abstrahit abstractione que est forme a materia. Ergo si abstrahat abstrahit abstractione que est universalis a particulari. ¶ Ad oppositum: ille res abstrahuntur que habent principia preter materiam per que possunt intelligi et diffiniri preter materiam et passiones et proprietates preter materiam et motum; set quantitates sunt huiusmodi; ergo abstrahuntur illa abstractione que est forme a materia. ¶ Isto dato est quod scientie mathematice abstrahunt abstractione que est universalis a particulari que est communis omnibus scientiis et alia abstractione que est forme a materia. Et causa huius est quia inter omnia accidentia sola quantitas habet principia diffinitionis et essentie preter materiam et proprietates consequentes ipsam. Unde dicit Aristoteles quod alia est diffinitio circuli et eris circuli. Potest enim diffiniri circulus preter materiam, caro vero et quelibet forma illius non possunt diffiniri nisi per relationem ad materiam et ideo res naturales non abstrahuntur nisi abstractione una que est universalis a particulari et non abstractione que est forme a materia, cum sint totum et fundentur in materia; res autem mathematice utraque abstractione abstrahuntur. ¶ Ad rationes autem dicendum est quod quantitates dupliciter considerantur: primo modo secundum esse essentie quod sunt id quod sunt et secundum quod sic entes et cadunt in speculatione mathematica. Secundo modo considerantur secundum quod sunt ordinabiles in genere et cadunt sub eos aspectus rationis et sic cadunt in speculatione logica. Tercio modo considerantur secundum quod causantur a principiis ipsius mobilis et consequuntur motum et materiam et sic cadunt in speculatione philosophie naturalis. ¶ Quarto modo considerantur a parte principiorum que habent preter applicationem ad materiam per que diffiniuntur et per que in sua essentia consistunt preter applicationem ad materiam prout sine relatione ad materiam diffiniuntur et considerantur et sic abstrahuntur abstractione forme a materia et sic cadunt in speculatione scientie mathematice et per hoc solvuntur rationes hoc [illegible] supra quorum phisici negotii dicte sunt. ¶ Tertia questio est ex qua causa conveniat necessitas abstractionis utrum ex parte anime vel ex parte rerum et ostenditur quod ex parte anime quia proportio est obiecti ad virtutem; virtus autem anime intellectiva est spiritualis; ergo necesse est obiectum eius esse spirituale. Res autem de se non sunt spirituales nisi a parte speciei ab ipsis abstracte; ergo necesse est ab eis abstrahi speciem. Ergo cum [illegible] cognoscantur ab anima hec cognitio est per abstractionem speciei que est natura spiritualis in rebus; ergo a parte exigentie anime est abstractio in rebus quia aliomodo non posset cognoscere. ¶ Secunda vero hec est: differunt in substantiis corporalibus et spiritualibus, quia in corporalibus sunt secundum suam divisionem et proprietates apparentur partibus et sunt in eis et totum in toto sicut patet in existentia partium corporalium. Hoc autem propter corporalitatem et partialitatem earum. In spiritualibus autem sunt tote in [illegible] secundum parvam diminutionem quia anima totum cognoscit per se totum et hoc est propter simplicitatem et spiritualitatem substantiarum spiritualium cognoscentium; ergo cum in anima

sunt res secundum modum existentie in materia set res habent huiusmodi existentiam rationis simplicitatis per quam in suo simplici esse tota huiusmodi apprehenduntur. Hec autem est species spiritualis in intellectu per quam existunt in anima secundum modum abstractionis; ergo secundum exigentiam anime et existentiam in materia est abstractio rerum. ¶ Tertia vero hec est: sicut vult Aristoteles res non sunt in anima sed species rerum et ideo dicit Augustinus in libro de anima et spiritu: anima ad similitudinem totius sapientie facta omnium species in se gerit; similiter non res cognoscuntur et ideo obiecta sensibilia in illo sunt magis [illegible] substantiis magis autem spiritualia sunt in memoria et plus in organo et magis in virtute et multo plus in virtute in virtute intellectiva que magis est spiritualis. Hec autem spiritualitas non datur rebus nisi per abstractionem specierum ab ipsis; ergo necesse est in rebus ponere abstractionem secundum exigentiam anime et virtutis eius. ¶ Quarta vero hec est: secundum illius exigentiam est abstractio in rebus cuius virtutes sunt principium abstractionis in ipsis; sed in anima intellectiva sunt due virtutes quarum una est in qua nata sunt omnia fieri per cognitionem; alia est per quam est omnia facere abstrahendo et ponendo res in esse spirituali, que virtus est intellectus agens; ergo secundum exigentiam anime est abstractio in rebus. ¶ Ad oppositum: omnis intellectus accipiens res aliomodo quam sint et ultra earum exigentiam est falsus; ergo si acciperet res secundum exigentiam suam et non secundum exigentiam rerum esset falsus; ergo in qualibet abstractione esset falsitas quod est inconveniens in cognitione; ergo hec abstractio non est a parte anime set a parte rerum. ¶ Secunda vero hec est: omne agens possibilius ordinatum agit secundum exigentiam rei possibilis; sed anima est agens possibilius in natura cum sit ultimum in natura; ergo anima agit secundum exigentiam rerum possibilium; ergo si abstrahit abstrahet secundum exigentiam rerum; ergo non erit solum abstractio in rebus secundum exigentiam anime sed etiam secundum rerum exigentiam. ¶ Tertia vero hec est: actio anime est duplex: quedam secundum quam operatur secundum suam exigentiam et hec est actio voluntaria vel fantastica que nichil ponit in re et ista non est via in cognitione nec principium cognitionis; alia est secundum quam operatur secundum exigentiam rerum et ordinem et per illam procedit anima in scientiam et hec est actio rationis et intellectus ordinati cognoscentis res secundum omnium statum et est secundum illam actionem est in anima abstractio; aliter enim esset actio inordinata et vana; ergo cum secundum illam actionem operetur secundum exigentiam rerum, abstractio in rebus est non solum secundum exigentiam anime sed rerum. ¶ Isto dato est quod abstractio est in rebus secundum exigentiam anime et secundum exigentiam rerum. Hic ostenditur vero necesse est, id est aliquid in rebus ex est principium abstractionis

in ipsis quod est proportionale ipsi anime cum res per illud ab anima abstrahatur quod mouet animam secundum spiritualem statum et dispositionem et hec est simplex species ipsius rei necessitas uero ista est per exigentiam recipientis anime secundum quam recipio res sub esse spirituali et huic necessitati respondet exigentia in rebus a parte sui principii spiritualis res enim non solum habent comparationem ad inuicem sed ad animam sunt euidentes et cognoscibiles et sic habent aliquid per quod sunt et per quod cognoscuntur et hoc est idem differens secundum maiorem spiritualitatem quia spirituales essentie qua sunt id quod sunt est principium uere cognitionis in ipsis sicut postea patebit. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod intellectus duplex consideratur rei aut secundum suam exigentiam et proportionem et talis ordinatur. Alius ultra rerum exigentiam et talis est extraneus. Intellectus autem abstrahens non considerat res ultra suum statum immo aliquid est in rebus proportionale intellectui per quod intellectus abstrahit res. Rationes autem contrarie item concludunt quod non solum abstractio est per exigentiam anime sed secundum proportionem et exigentiam ipsarum rerum secundum quam proportionantur anime per suam similitudinem ut ab ipsa cognoscantur. Quarta questio est quid est principium abstractionis et ostenditur quod uniuersale. Prima ratio talis est. Abstractio est in rebus prout cadunt in aspectum anime intellectiue cognoscentis ergo principium abstractionis in illis est obiectum proportionale ipsi anime intellectiue cum ergo anima intellectiua sit spiritualis necesse est illud obiectum habere naturam spiritualitatis. Item cum illa cognitio que est secundum abstractionem sit per uera principia rei illud spirituale est uerum principium rei nullum autem spirituale quod sit uerum principium in rebus est in rebus nisi species uniuersalis ergo principium abstractionis est uniuersale. Secunda ratio hec est anima enim in abstractione secundum quam scientia procedit per abstractionem cognoscit omnia que sunt in illa scientia non cognoscat autem illa que sunt secundum quod sunt sub particularibus existentiis singularibus que sunt infinite et corporales et flexibiles ergo cognoscit illas per aliquam naturam communem existentem in eis secundum quam omnia ad scientiam reducuntur hec autem est natura uniuersalis in eis coniuncta cum illa cognitio sit per uniuersalia ergo nulla communis natura uniuersalis est in rebus singularibus nisi sola natura uniuersalis ergo necesse est naturam uniuersalem esse principium abstractionis in scientia. Tertia ratio hec est duplex est cognitio quedam est per uera rei principia quedam autem est per posteriora. Cognitio autem que est per uera rei principia est intellectiua cognitio uero per posteriora est sensitiua sed unumquodque sicut se habet ad esse ita se habet ad cognitionem que est per uera principia rei esse autem in rebus est a forma ergo uera cognitio rei est a forma que dat esse hoc autem est forma essentialis ergo cognitio rei est per



formam uniuersalem set anima intellectiua non cognoscit rem secundum unam suam partem sicut secundum unum principiorum suorum immo secundum utrumque principium et per formam ergo necesse est quod per formam que utrumque principium complectitur ergo cum hec sit forma uniuersalis per formam uniuersalem est cognitio sed illud per quod est cognitio est principium abstractionis ergo necesse est quod forma uniuersalis sit principium abstractionis. Quarta ratio hec est sicut dicit Algazel uirtus intellectiua est in nobis que cognoscit propriam essentiam rei prout ita a conditionibus accidentalibus denudatur et cognoscit hominem in quantum est homo non in quantum est albus uel stans uel aliis accidentibus informatum. Sed hominem in quantum est homo ergo proprium obiectum eius est uera essentia rei qua res est id quod est non in abstractione ergo hoc est principium cognoscendi et hoc est quod dicit Aristoteles quod obiectum intellectus est quiditas rei et illud per quod cognoscitur res est principium abstractionis in ea ergo essentia illa est principium abstractionis hoc autem est uniuersale ergo uniuersale est principium abstractionis rerum. Ad oppositum illud quod abstractum est extra rem a qua extrahitur si ergo uniuersale esset principium esset extra res naturales et ita esset separatum quod est inconueniens. Secunda ratio hec est uniuersale est forma composita ergo si solum uniuersale esset principium abstractionis illa que non habent compositionem non possent abstrahi. Sed talia sunt accidentia et forme et cetera ergo de istis non posset esse abstractio ista. Solutio dicendum est quod principium uniuersale abstractionis est forma et species uniuersalis sicut ostendunt rationes. Ad rationes autem in contrarium dicendum est et primo ad primam quod in uniuersali tria sunt scilicet essentia et hec est eadem cum illa in singulari sicut eadem est essentia hominis et Sortis et hec predicatio est separata sed simul in multis. Secundum est similitudo uniuersalis in qua multa conueniunt et hec est simul multorum quia in multis est et ad multa refertur. Tertium est species uniuersalis que cadit in anima hec separata est et in intellectu existens sicut multorum. Ad secundam autem rationem dicendum est quod uniuersale est multis modis. Uno modo est uniuersale forma composita et hec est in rebus compositis. Alio modo est uniuersale similitudo rei simplicis et compositi et prima primum est principium abstractionis in simplicibus. Quinta questio est principium abstractionis in rebus naturalibus et ostenditur quod necesse est quod non habeant spirituale principium abstractionis quelibet scientia habet modum abstrahendi set modus uniuersalis est ille quem uniuersaliter a particulari ergo super modum illum addit scientia naturalis alium modum specialem et non apparet illum sibi ergo habet alium modum sed non est alius modus abstractionis nisi ille qui est forme a materia secundum quem mathematice scientie procedunt et modus separationis secundum quem procedit scientia methaphysica nullum autem talium modorum habet scientia naturalis ergo uidetur quod nullo modo abstrahat ergo non habet principium abstractionis. Talia autem ratio talis est scientia na

naturalis est de corporibus mundi, corpora mundi sunt ista sola particularia que sunt preter universalia. Unde non est aliud celum nisi hoc celum. Ideo non est alius ignis nisi hic ignis et sic de aliis corporibus elementatis que sunt firma unum solum individuum habentia. Ergo cum sit de talibus non est de universalibus. Ergo non abstrahit abstractione que est universalis a particulari, nec alia abstractione ut visum est. ¶ Ad primum vero hec est: scientia naturalis est de rebus mobilibus in quantum mobilia sunt et generabilibus et corruptibilibus, sed talia non sunt universalia sed singularia, quia iste operationes circa singularia sunt. Ergo scientia naturalis non habet modum abstractionis. ¶ Ad oppositum: omnis scientia est de rebus prout cadunt in cognitione anime secundum modum necessitatis et fixionis earum et certitudinis. Si ergo res naturales cadunt in scientiam necesse est quod habeant hunc statum. Sed illum non habent nisi secundum modum abstractionis. Ergo habent modum abstractionis. ¶ Solutio: dicendum est quod scientia naturalis habet modum abstractionis et principium illius est universale, non enim abstrahit abstractione forme a materia nec separatione sed sola illa que est universalis a particulari. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod scientia naturalis non habet alium modum abstractionis nisi illum qui est universalis a particulari, sed illum sibi appropriat propter exigentiam rerum quas considerat, et hec abstractio est contractio minus et non addit alium modum supra illum modum sed illum considerat et contrahit. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod sicut dicit Aristoteles in posterioribus non fit diffinitio de hoc sole vel de hac luna in quantum hic sol vel hec luna, sed in quantum luna simpliciter vel sol simpliciter, et hoc est in quantum habet naturam universalis. Eodem autem modo scientia naturalis considerat hec corpora sub ratione universalis et ideo hec abstrahit considerando rationem universalis et contractum universalium. ¶ Ad tertiam rationem dicendum est quod dupliciter est loqui de corporibus: uno modo a parte nature singularis ipsorum et hoc modo non cadunt in scientia per se sed per accidens, eodem modo nec operationes nec generationes ipsorum cadunt in scientiam. Alio modo considerantur a parte sui universalis per quod cognoscuntur et per quod cadunt in certitudinem et scientiam et hoc modo cadunt in scientiam, sicut enim habent modum abstrahuntur similiter et ipsorum generationes et operationes et motus. ¶ Sexta questio est. Antequam aggrediamur disputare de anima secundum suam substantiam queruntur sex de scientia de anima. ¶ Primum est de nobilitate et utilitate scientie de anima secundum quam superat alias scientias. ¶ Secundum est de modo procedendi in illa et in aliis et de difficultate que incidit circa modum procedendi diffinitive. Tertium est de communibus incidentibus circa potentias anime. ¶ Quartum est de proprietatibus et passionibus quas considerat physicus. ¶ Quintum est de diversitate modi diffiniendi physici ad logicum et ad alios philosophos. ¶ Sextum est de ordine negociorum philosophie quam tangit Aristoteles in principio de anima dicens quod magis est de rebus quietis motum et materiam et c. ¶ Circa primum incidunt sex querenda. Primum est de comparatione huius ad alias scientias et maxime ad mathematicam et a parte excellentie sive nobilitatis. Secundum est de modo certitudinis eius. Tertium est de modis nobilitatis scientie quos tangit Aristoteles quod unus est a parte demonstrationis, alius est a parte subiecti. ¶ Quartum est quod scientia de anima affert iuvamentum ad omnem scientiam. ¶ Quintum est quod in anima sit principium animalium sicut ponit Aristoteles in principio. ¶ Sextum est de bonitate et utilitate scientie, eius et honore et reverentia.

¶ Hec primum sic proceditur et est questio de comparatione scientie de anima ad metaphysicam que sit prior inter ipsas et nobilior et videtur quod metaphysica sit prior et nobilior, quia scientia dicitur nobilior et prior propter nobilitatem et prioritatem subiecti, sed subiectum metaphysice est nobilius et prius quam subiectum scientie de anima. Ergo metaphysica est nobilior et prior quam scientia de anima. Maior patet, minor patet sic: subiectum enim superius nobilius est et prius, sed subiectum metaphysice est superius quam subiectum scientie de anima. Ergo est nobilius ipso et prius. ¶ Quod autem sit superius patet, quia subiectum metaphysice est ens in quantum ens, ens autem superius est ad omnia sicut dicitur in libro de causis: prima rerum creatarum est esse, quia esse latius est et communius et extenditur ultra substantias corporeas et incorporeas et est super illas, et hoc confirmatur per Aristotelem in libro posteriorum dicentem quod universale est nobile et honorabile, ergo cum ens sit universalius quam anima et honorabilius et ita prius. ¶ Secunda vero hec est: subiectum metaphysice est triplex vel duplex secundum diversos philosophos. Uno modo est subiectum metaphysice illud principium a quo fluunt omnia et sic deus est subiectum in metaphysica quia ab ipso fluunt omnia de quibus est metaphysica. Secundum est illud in quo indicantur omnia in illa scientia et sic substantia est subiectum in metaphysica. Tertium est subiectum illud quod est commune analogum ad omnia in illa scientia et sic ens est subiectum in metaphysica. Sed primum subiectum est nobilius et prius quam anima et superius quam anima. Secundum autem subiectum et tertium similiter prius est et nobilius quam anima et superius. Ergo quodlibet subiectum metaphysice est prius et nobilius quam anima. Scientia ergo metaphysica prior est et nobilior quam scientia de anima. Tertia vero hec est: scientie distinguuntur secundum rerum distinctionem et habent nobilitatem et ordinem a parte rerum, sed res superiores sunt nobiliores et priores quam res inferiores. ¶ Scientia autem metaphysice considerat res superiores sicut substantias separatas, hec autem scientia de anima cum sit naturalis considerat res naturales et coniunctas et ita inferiores. Ergo scientia metaphysice est de superioribus et nobilioribus quam scientia de anima. Ergo est nobilior et prior quam scientia de anima. ¶ Quarta ratio hec est: illa scientia est nobilior que propter suam nobilitatem non est possibilis ab homine attingi, sed scientia metaphysice est huiusmodi sicut vult Aristoteles cum natura humana sit maxime subdita servituti, dicit enim ibi Aristoteles quod natura humana illa habere non potest quia natura humana multipliciter est ancilla et cum deus sit liber so-

ius deus [?] hoc sensum i. illam scientiam senem sicut dicit Symo-
nides. ergo a parte subiecti videtur quod metaphysica sit nobilior et prior quam
scientia de anima. ¶ Quod autem a parte demonstrationis et modi de-
monstrandi sit metaphysica nobilior et prior quam ista scientia sic
ostenditur. Omnis scientia que est regulans principia omnium a-
liarum et que per suam potentiam super omnes influit ex-
cellit omnes in modo procedendi et in nobilitate demonstrationis.
metaphysica est huiusmodi sicut vult Aristoteles. ergo excellit scientiam de anima
et omnes alias in nobilitate demonstrationis. ¶ Secunda ratio hec est:
sic habetur ab Aristotele in metaphysica illa scientia est certior omni
scientia que procedit per causas maxime universales et que considerat
illa que maxime sunt remota a sensu et proxima
intellectui et nature et illa sunt universalia. metaphysica
est huiusmodi ergo excellit scientiam de anima et a parte nobilitatis et
prioritatis subiecti et modi demonstrandi. ¶ Ad oppositum sunt
rationes. prima hec est: illa scientia est nobilior et prior que
est de principio [?] ut naturali et effectivo omnibus scientiis. scientia
de anima est huiusmodi ergo est prior et nobilior omni scientia et quam
metaphysica. maior patet. minor quia scientia de anima est anima. anima autem
est [?] subiectum omnibus scientiis quia quelibet scientia est in anima et
sibi effectiva quia quelibet scientia est ab anima quia ipsam ef-
ficit. ¶ Secunda ratio hec est: scientia metaphysica procedit secundum mo-
dum abstractionis et separationis et circa res abstractas
et separatas. omnis autem abstractio est ab anima et a potentia
is eius. ergo non potest cognosci modus abstractionis nisi
cognoscatur anima et eius differentie et potentie. anima ergo prior est sci-
entia metaphysica. ergo scientia de anima prior est illa et nobilior. ¶ Tertia
ratio hec est: cognitio omnium rerum est per cognitionem status hu-
mani et per cognitionem anime et corporis quia anima est speculum
in quo omnia relucent. item corpus humanum est illud de
cuius participatione sunt omnia corpora et ita anima secundum cognitionem partici-
pat omnia et corpus secundum substantiam participat omnia. item homo omnia
investigat per differentias anime sed illa natura est que est omnia
participans et que omnia requirit secundum participationem prior
est hoc est homo. ergo homo est prius subiectum cuiuslibet scientie. ergo de
homine scientia prior est qualibet scientia. set scientia de anima est de ho-
mine et de eius anima. ergo scientia de anima est prior omni scientia et
nobilior et ita prior metaphysica. ¶ Quarta ratio hec est: omnis
scientia est ab anima et propter animam quia omnis scientia est ad hoc
ut anima perficiatur et maxime in cognoscendo se ipsam quia
ad hoc ordinantur omnes scientie. ergo illa scientia per quam maxime
habetur cognitio anime simpliciter est prior et nobilior inter
omnes. sed scientia de anima est huiusmodi ergo scientia de anima est nobilior et
prior omni scientia et maxime metaphysica et sic videtur quod a par-
te subiecti scientia de anima sit nobilior et prior. ¶ Quod autem a parte
modi procedendi sit prior et nobilior hoc apparet sic.
Omne in principium certitudinis est a parte aspectus anime su-
per res secundum quod anima investigat. sed principium huius investigatio-
nis procedit per potentias anime. ergo a scientia illa que determinat po-
tentias anime debet accipi quelibet certitudo in scientia. set illa
scientia a qua accipitur certitudo in aliis est nobilior et
prior omnibus aliis quantum ad modum demonstrandi et maxime
quam metaphysica. ¶ Solutio. dicendum quod quidam dicunt quod sci-
entia de anima nobilior est metaphysica secundum utrumque modum con-
iunctim scilicet quantum ad nobilitatem subiecti et certitudinem demonstrationis
coniunctim. sed secundum alterum modum est metaphysica nobilior scilicet quantum
ad subiecti nobilitatem et non quantum ad certitudinem demonstrationis
quia scientia de anima procedit per causas manifestiores. scientia autem me-
taphysice procedit per effectus cum procedit de substantiis separatis
que multum sunt occulte et cause similiter. et ideo scientia
de anima completur utroque modo et propter hoc est nobilior me-
taphysica. ¶ Alia est positio quam videtur tangere Commentator
scilicet quod metaphysica est nobilior simpliciter quam scientia de anima sicut osten-
dunt rationes. quod autem ponit Aristoteles hanc scientiam esse nobiliorem et
priorem hoc non est per comparationem ad divinam que est metaphysica sed
per comparationem ad naturales que sunt singulares. Tertio vero modo
dicendum quod in scientia est nobilitas dupliciter uno modo a parte subiecti a-
lio modo a parte modi demonstrandi. a parte autem subiecti sunt multe no-
bilitates. una est ratione prioritatis et generalitatis subiecti et sic eius prius
ius est et nobilius quia extenditur supra omnia. ¶ Secunda est
quia subiectum est principium omnium que in qualibet scientia determinantur
et sic subiectum metaphysice quod est deus prius et nobilius. Tertia
est a parte status et supereminentie subiecti secundum quod dicimus
quod substantie separate sunt nobiliores quam coniuncte. ¶ Quarta
est a parte principiorum radicatorum in subiecto scientie per quod possunt
omnes scientie regulari et probari et sic nobilius est subiectum me-
taphysice quod est ens quod est [?] quia in eo omnia principia radi-
cantur omnium scientiarum et huius modus nobilitatis et pri-
oritatis subiectum metaphysice nobilior est et prior a parte subiecti quam scientia
de anima. Quinta autem nobilitas in scientia a parte subiecti est quia subiectum in
illa scientia est sustinens omnem scientiam sine quo nulla scientia potest
esse sicut anima est subiectum omnis scientie et sine qua nulla scientia potest esse
sicut anima est subiectum omnis scientie. Sexta est quia subiectum illius scientie est
principium abstractionis cuiuslibet scientie et cognitionis rerum
sicut anima est principium cuiuslibet abstractionis. omnis autem
scientia habetur per abstractionem et quantum ad hoc est anima principi-
um cuiuslibet scientie et his duobus modis hec scientia de anima et
suum subiectum precedit subiectum metaphysice et nobilius est eo non in se
i. non a parte ipsius subiecti metaphysice sed a parte qua subiectum metaphysice sci-
tum est et prout cadit in scientia quia non habetur cognitio
de ipso sine anima. ¶ Septima nobilitas est a parte subiecti et
in scientia alia quia omnis scientia alia ordinatur ad subiectum illius sci-
entie. et sic item scientia de anima nobilior est et sic est anima
nobilissimum subiectum quia propter animam est omnis scientia et ad ipsam

ordinatur. Octava nobilitas est a parte subiecti in scientia est quod suum subiectum est principium distinctivum omnium scientiarum, secundum cuius partes et potentias omnes scientie distinguuntur, et partes et potentie sunt vie cognoscendi scientiam; et sic iterum scientia de anima habet nobilius subiectum quam methaphysica. Nobilitas autem a parte modi demonstrandi multiplex est. Uno modo est scientia una nobilior quam altera quantum ad modum demonstrandi quia procedit per causas superiores et priores et notiores quo ad naturam. Secundo modo quia scientia illa est regula omnium aliarum et dirigens omnes alias et influens super omnes, et his duobus modis est methaphysica nobilior et prior quantum ad modum demonstrandi quam scientia de anima. Tercio modo est nobilitas in scientia a parte modi demonstrandi quia illa scientia est procedens per ea que sunt priora quo ad naturam et notiora nobis; et sic scientia de anima nobilior est, procedit enim per obiecta que priora sunt et certiora quo ad naturam perfectionis et distinctionis, quia hoc modo actus et obiecta precedunt potentias. Methaphysica autem quantum ad substantias separatas non procedit per causas sed per effectus, quia cause ille non possunt capi ab intellectu humano sed ipsum excellunt. Quarto modo est nobilitas in scientia a parte modi demonstrandi quia illa scientia procedit de rebus que sunt inmediatiores anime cognoscenti, et in qua scientia idem est subiectum et illud quod dicitur cognoscere subiectum et passiones eius; et sic scientia de anima nobilior et certior et prior. Quinta est quia illa scientia est de illis que sunt principia omnibus certitudinis et sine quibus non est processus in certitudine; hec autem sunt differentie anime et obiecta, et propter hoc isto modo est hec scientia nobilior a parte modi demonstrandi quam methaphysica. In statu scientie ergo scientia methaphysica est nobilior et prior; in statu autem alio de quo dictum est scientia de anima nobilior. Secundo queritur hoc de comparatione huius scientie ad mathematicas scientias secundum nobilitatem, et videtur quod mathematice scientie sint nobiliores quam ista scientia, quia tria sunt negotia: unum est de separatis sicut methaphysica, alterum est de abstractis quodam modo et quodam modo coniunctis, tercium est de omnino coniunctis. Mathematice sunt de abstractis quodam modo, quodam modo [illegible]; naturalis autem scientia et scientia sunt de coniunctis. Sed quanto res sunt separabiliores a motu et a materia tanto sunt nobiliores in se et in statu scientie; sed res de quibus sunt mathematice sunt remotiores a materia quam res de quibus est ista scientia, cum sit naturalis; ergo sunt nobiliores quam ea de quibus est ista scientia; ergo mathematice sunt nobiliores quam ista scientia. Secunda ratio hec est: dicit Avicenna quod quedam sunt forme quas cum intellectus apprehendit sine [illegible] post eis apparet [illegible] ut forme mathematice sunt. Alie quas cum invenit intellectus non apparet eis statim materia sed secundum successionem et maximam diligentiam, ut sunt accidentia quedam ut albedo. Alie forme quibus statim apparet materia, ut forme naturales. Forme ergo mathematice sunt priores et altiores secundum naturam et intellectum omnibus aliis formis, ergo et nobiliores; ergo sunt nobiliores quam forme vel scientia de qua determinatur in scientia de anima; scientie ergo mathematice sunt nobiliores quam scientia de anima. Tercia vero hec est: dicit Boetius in prohemio arismetice quod scientia est eorum que sunt semper inpermutabilem sortiuntur substantiam comprehensio veritatis; et iste sunt forme mathematice, que de se incorruptibiles sunt, contractu vero corporis sunt corruptibiles; ille ergo forme sunt nobiliores quam forme naturales que permutabiles sunt; ergo mathematice cum sint de illis sunt nobiliores quam scientia de anima. Item ostenditur quod a parte modi demonstrandi sunt mathematice nobiliores quam scientia de anima, quia scientie mathematice procedunt per causas intelligibiles, hec autem scientia procedit per obiecta et per operationes exteriores que fallibiles sunt et corruptibiles; ergo mathematice scientie sunt nobiliores hac scientia. Ad oppositum: scientia nobilior est quorum accidentia [illegible], sicut vult Averroys in principio de anima; sed mathematice sunt de accidentibus, scientia autem de anima est de substantia sive de anima et corpore; ergo est nobilior sive de nobilioribus quam mathematice; ergo est nobilior illis. Secunda vero hec est: omnis scientia que principium scientiarum est et fundamentum omnium scientiarum per se et per suas differentias et a qua sumunt omnes scientie certitudinem est nobilior aliis et quantum ad nobilitatem subiecti et quantum ad modum demonstrandi; hec est talis; ergo est nobilior quam mathematice scientie. Solutio. Quidam ponunt quod scientie mathematice sunt nobiliores ista scientia de anima, et cum dicit Aristoteles quod scientia de anima est nobilior, loquitur de ipsa per comparationem ad alias solum naturales. Dicendum autem est quod hec scientia est nobilior quam mathematice scientie. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod duplex est in scientia nobilitas: una est a parte subiecti, alia est a parte modi demonstrandi. Nobilitas autem a parte subiecti duplex est, quia una est a parte substantie eius et veritatis et nature eius, alia est a parte modi abstractionis eius. Primo modo est ista scientia nobilior a parte subiecti, quia hec scientia est de anima que est principium substantiale, ille autem de accidentibus. Alia causa est quia hec scientia est de anima que est principium abstractionis illius scientie. Tercia causa est quia hec scientia est de anima que est subiectum omnibus scientie. Quarta causa est quia est de anima que per suas differentias est principium investigationis omnibus scientie. A parte autem alia mathematice scientie sunt nobiliores, sed hec non est nobilitas simpliciter. A parte autem modi demonstrandi est nobilitas in scientia duplex: uno modo quia illa scientia procedit per causas magis abstractas a sensibilibus et proximiores intellectui, et sic mathematice sunt nobiliores a parte modi demonstrandi; alio modo quia illa scientia procedit per viam que nobis est proximior et nature, et sic hec scientia a parte modi demonstrandi est nobilior quam ille, quia obiecta et operationes anime que sunt proximiora nobis et in omni scientia sunt via demonstrandi, quia per obiecta deveniunt in scientiam et diriguntur, detrahuntur in hac scientia, et procedit hec per illa. Tercio queritur hoc de comparatione huius scientie ad naturalem a parte nobilitatis, ut ad scientiam libri phisicorum; et videtur quod scientia phisicorum sit nobilior et prior scientia de anima

quia scientia est nobilior et prior que est de magis universalibus et prioribus. Sed scientia physicorum est huiusmodi, ergo est prior quam scientia de anima. Sicut ergo methaphysica que est de omnibus est prior omnibus scientiis que sunt de ente, ita scientia physicorum prior est ista. Minor patet quia scientia physicorum est de corpore non contracto, scilicet de corpore mobili simpliciter et communiter sumpto. ¶ Secunda ratio hec est. Sicut dicit aristoteles in methaphysica illa scientia est prior que non se habet ex appositione. Sed scientia physicorum non se habet ex additione, scientia autem ista se habet ex additione ad illam, quia addit animatum supra corpus, ergo scientia physicorum est prior ista scientia. ¶ Quod autem a parte modi diffiniendi sit prior sic ostenditur. Quia illa scientia est prior et nobilior a parte demonstrationis cuius principia supponuntur in alia scientia et influunt super eam. Sed scientia physicorum est huiusmodi respectu scientie de anima, quia scientia de anima supponit ab ea corpus et motum, ergo scientia physicorum a parte diffinitionis est prior quam scientia de anima. ¶ Secunda ratio hec est illud subiectum scientie est nobilius. ¶ Ad oppositum est hoc quod dicit aristoteles in principio de anima. ¶ Secunda ratio hec est illud subiectum scientie est nobilius quod est completissimum in genere vivi et propter hoc scientia sunt ea que sunt in invisibilibus. Sed homo est huiusmodi et anima rationalis, ergo homo est nobilius subiectum aliis scientiis. Ergo scientia de homine vel de anima rationali est nobilior quam scientia physicorum. Minor patet quia sicut dicit philosophus elementa sunt propter mixtum, mixtum propter vegetabile, vegetabile propter sensibile, sensibile propter rationale, et in hoc est status. ¶ Solutio. Dicendum quod nobilitas in scientia est duplex: uno modo a parte subiecti, alio modo a parte diffinitionis et certitudinis simpliciter. Prima duplex est: quedam in prioritate et subiecti nobilitate in via generationis et incompletionis, et sic corpus simpliciter est ante corpus animatum. Est autem alia que est in via perfectionis et completionis et nobilitatis, et sic corpus animatum prius est et nobilius quam corpus simpliciter, quia ad ipsum ordinantur omnia corpora. Primo modo a parte subiecti scientia physicorum prior ista. Secundo modo, scilicet a parte completionis et perfectionis et cognitionis, est ista scientia prior a parte subiecti. A parte autem modi diffiniendi dicendum quod hec est prior illa, quamvis enim hec supponat aliqua principia ab illa, tamen modus diffiniendi in ista est certior quam in illa. Et sic ista simpliciter precedit illam, illa autem secundum quid est prior ista et nobilior et non simpliciter. ¶ Quarto queritur circa hoc de comparatione huius scientie a parte nobilitatis ad scientiam celi et mundi, et videtur quod scientia celi et mundi sit nobilior. Omnis scientia de incorruptibili est nobilior illa que est de corruptibili. Scientia celi et mundi est de incorruptibili, quia est de corpore celesti quod est incorruptibile et ingenerabile. Scientia autem de anima est de corpore animato quod est generabile et corruptibile, ergo scientia celi et mundi est nobilior ista. ¶ Secunda ratio hec est: corpora superiora vivunt nobiliori vita quam corpora inferiora, ergo sunt nobiliora quam inferiora corpora, ergo sunt nobiliora quam corpus animatum de quo determinatur in scientia de anima. In libro autem de celo et mundo de corporibus superioribus, ergo illa scientia est prior que est de celo et mundo quam scientia de anima. ¶ Tertia ratio hec est. Duplex est mundus, scilicet mundus maior qui est universitas corporum omnia comprehendens, et mundus minor qui est corpus animatum. Maior autem mundus nobilior est quam minor. Sed in scientia celi et mundi determinatur de maiori mundo, in scientia autem ista de minori, scilicet de corpore animato, ergo scientia celi et mundi est nobilior et prior quam scientia de anima. ¶ Quarta ratio hec est: ille scientie sunt nobilissime que sunt de rebus in quibus consistit summa cognitio nature. Sed summa cognitio nature consistit in corporibus et in passionibus eorum et in eis que determinantur in scientia celi et mundi, sicut testatur aristoteles in principio illius libri, ergo scientia celi et mundi nobilior est ista scientia. ¶ Ad oppositum est illud quod testatur aristoteles in libro de anima, scilicet quod hec scientia nobilior est secundum utrumque modum omnibus aliis. ¶ Secunda ratio hec est: sicut se habent subiecta ita se habent scientie. Sed omnia vel naturalia corporalia ordinantur ad corpus animatum sicut volunt auctores, ergo omnes scientie sunt propter scientiam de corpore animato, ergo ad istam alie ordinantur. Omnis autem talis est nobilior, ergo ista scientia est nobilior quam scientia celi et mundi. ¶ Solutio. Dicendum quod hec scientia est certior scientia celi et mundi quantum ad modum diffiniendi, quia per certiorem modum procedit. A parte autem subiecti est nobilitas multiplex: uno modo quia subiectum illud est incorruptibilius, et sic subiectum scientie celi et mundi nobilius est quia est incorruptibile, quia est de corpore celesti quod est incorruptibile. Alio autem modo dicitur subiectum nobilius quia completius est finaliter et ad ipsum fit status in natura, et sic homo nobilius est subiectum et sua scientia est nobilior que est scientia de anima. Tertio modo quia illud subiectum habet nobiliorem perfectionem, et sic corpus humanum vel animatum nobilius est quolibet corpore. Quarto modo quia ad finem nobiliorem ordinatur, et secundum finem ultimum ordinatur ad primum, et sic corpus humanum et anima sua nobilius est. Primo ergo modo scientia celi et mundi est nobilior ista a parte subiecti. Aliis autem tribus modis scientia de anima est nobilior et prior illa a parte subiecti. ¶ Quinto queritur circa hoc de comparatione huius scientie ad scientiam moralem a parte nobilitatis, et videtur quod moralis sit nobilior omni scientia, quia que nobiliori unit nos nobilior est scientia. Moralis est huiusmodi quia unit nos creatori, quia docet nos quomodo habebimus virtutes per quas unimur creatori, ergo scientia moralis est nobilior quam scientia de anima. ¶ Secunda ratio hec est: habetur in physicis quod dignum est unumquodque a fine denominari, qui non autem fine autem bonum sicut dicit boetius, ergo scientia que nos ordinat ad finem nobiliorem nobilior est. Scientia autem moralis est huiusmodi quia unit nos creatori et unit eterne sicut dicit algazel, ergo scientia moralis est nobilior quam scientia de anima. ¶ Tertia ratio hec est: ordo attenditur in perfectionibus anime et secundum perfectiones suas unitur creatori que sunt scientie et virtutes. Sed in anima scientia precedit

et virtutes sequitur et est ultimum complementum anime per quod unitur creatori; ergo cum ultimum sit complementum nobilius reliquis, virtus erit nobilius complementum ipsius anime et nobilius anima, quia ultimum complementum rei nobilius est quam res cuius est complementum; ergo scientia de virtute est nobilior quam scientia de anima. ¶ Ad oppositum sic: substantia nobilior est operibus elicitis a substantia; sed scientia ista est de substantia anime, scientia autem moralis est de operibus anime que ab anima egrediuntur, ut de virtutibus et operationibus nostris; ergo scientia ista de anima nobilior est quam scientia moralis. ¶ Secunda ratio hec est: quedam res egrediuntur in esse preter opus nostrum et de talibus est scientia speculativa, sicut dicit Avicenna. Sunt autem res que exeunt in esse per opus nostrum et de talibus sunt scientie practice vel morales. Res autem que non sunt ab opere nostro sunt nobiliores et priores quam res que sunt ab opere nostro; ergo cum scientia de anima sit de rebus que non sunt ab opere nostro, scientia autem moralis sit de rebus que sunt ab opere nostro, videtur quod scientia de anima sit nobilior quam scientia moralis. Quod autem res que sunt ab opere nostro sint posteriores patet, quia nos sumus ultimum in natura. ¶ Solutio. Dicendum est quod nobilitas in scientia est duplex: uno modo in parte subiecti, alio modo in parte modi procedendi. A parte autem modi procedendi scientia de anima est nobilior quam scientia moralis, quia procedit via necessaria et perfectissima; moralis autem procedit typo et figuraliter, quia est de operationibus nostris. In subiecto autem duplex est nobilitas: uno modo quia prius est et plus participat naturam essendi et causalitatis, et sic subiectum scientie de anima prius est quam virtus que est subiectum moralis, et nobilius, quia anima est causa virtutum, et sic scientia de anima est nobilior illa. Secundo modo dicitur subiectum nobilius quia ordinatur ad meliorem finem, et sic virtus nobilius est et scientia de virtute hoc modo nobilior est. Tamen notandum est quod duplex est comparatio, scilicet scientie ad scientiam et subiecti ad subiectum in nobilitate. Scientia autem est nobilior alia tripliciter: aut quia est de nobiliori, aut quia nobiliori modo tradita, aut quia ad meliorem finem ordinata. Primis duobus modis est scientia de anima nobilior; tertio autem modo est scientia moralis nobilior. Comparando autem subiectum ad subiectum sic scientia de anima est nobilior, quia suum subiectum est nobilius, et sic simpliciter loquendo scientia de anima nobilior est illa. ¶ Ad obiectum in contrarium dicendum est quod ordo ad melioris finis vel nobilioris tria conspicit, scilicet ordinans et quod ordinatur et medium sive dispositionem ordinandi. Ordinans ad meliorem finem est primum, quia est dans illum; illud autem quod ordinatur est anima; medium autem vel dispositio ordinandi est virtus, que dispositio non est nobilior subiecto simpliciter agente, quia causatur ab illis: ab uno sicut excitante, scilicet a deo, ab alio sicut operante, scilicet ab anima. ¶ Sexto queritur circa hoc que scientia sit nobilior, aut ista scientia aut sermocinalis scientia que est logica, et videtur quod logica, quia omnis scientia que potentia et virtute ad plura se extendit est nobilior; sed scientia sermocinalis est huiusmodi; ergo est nobilior ista scientia. Minor patet, quia sermocinalis scientia dirigit omnes scientias. Secunda ¶ Secunda ratio hec: illa scientia est nobilior et prior que est de communioribus; sed logica est huiusmodi; ergo est nobilior ista. Minor patet, quia logica est generalis indeterminata et est de omnibus, sicut vult Aristoteles. ¶ Tertia ratio hec est: omnes scientie sunt ad hoc ut dirigant et perficiant intellectum; sed sermocinales scientie sunt que dirigunt intellectum et perficiunt primo et immediate, et sine directione ipsarum non haberentur alie scientie; ergo erunt priores et ita nobiliores; logica ergo est prior ista scientia. ¶ Ad oppositum sic: omnis scientia est de rebus nobilior est illa que est de signis, quia res nobilior est signo; sed scientia de anima est de rebus, scientie vero sermocinales ut logica sunt de signis; ergo scientia de anima est nobilior quam logica. ¶ Secunda ratio hec est: omnis scientia propter quam est alia et cui alia famulatur est nobilior et alia minor, huiusmodi sunt, vult Aristoteles in Methaphysica; sed scientia de anima est huiusmodi respectu scientie sermocinalis, quia scientia sermocinalis est propter ipsam et propter naturales, quia scientie sermocinales non sunt propter se sed propter alias; ergo scientia de anima est nobilior quam sermocinalis vel logica. ¶ Solutio. Dicendum est quod ista scientia simpliciter est nobilior logica vel sermocinali. ¶ Ad rationes autem in contrarium dicendum est quod scientia dicitur esse nobilior alia multipliciter: uno modo quia est de subiecto nobiliori et magis est perfectiva intellectus et magis est stativa ad ipsam, et hec est simpliciter nobilitas, et hoc modo scientia de anima est nobilior illis, scilicet sermocinalibus et aliis, ut visum est. ¶ Secundo modo dicitur scientia nobilior alia inquantum dispositiva et acquisitiva scientie, quia scilicet disponit intellectum ad generationem scientie et ad acquisitionem exhibendo ei modum cognoscendi et operandi circa substantiam, et sic logica est nobilior scientia vel sermocinalis; sed hec non est nobilitas simpliciter sed diminuta prime, et ideo scientia de anima est simpliciter nobilior quam logica vel sermocinalis scientia; illa autem est nobilior secundum quid. Solutio.

¶ Circa secundum principale

quesitum sic proceditur, et queritur de certitudine huius scientie, utrum scilicet certissimo modo procedat, et videtur quod non, quia substantie spirituales non cadunt in sensum per se; sed anima est substantia spiritualis; ergo per se non cadit in sensum; sed omnis nostra cognitio incipit a sensu; ergo anima per se non cadit in scientiam nec in cognitionem nostram; simpliciter est certa cognitio nostra de substantia spirituali; ergo cum anima sit substantia spiritualis, nostra cognitio non est certa de anima; scientia ergo de anima non est certior aliis; simpliciter modo certissimo procedit. ¶ Secunda ratio hec est: operationes anime sunt posteriores et applicantur potenciarum ad obiecta; ergo cum hec scientia de anima procedat per obiecta ad potencias et per hec ad anime substantiam que est prior, procedit per posteriora et non per causas; nulla autem talis scientia est certissima nec modo certissimo procedit; ergo scientia de anima certissimo modo procedit. ¶ Ad oppositum omnis investigatio scientie est huius sicut

ab obiectis anime. sicut habetur in prima metaphysice ubi eum dicit quod investigatio scientie procedit per operationes sensibiles. illa ergo scientia que procedit per obiecta anime maximam habet certitudinem. Sed scientia de anima est huiusmodi. ergo habet maximam certitudinem in quo certissimo procedit. ¶ Secunda ratio hec est. illa scientia est certissima que procedit per illa que propinquiora sunt virtutibus anime et non que secundum gradus procedit ab obiectis virtutum inferiorum usque ad obiecta virtutum superiorum. talis enim scientia procedit per ea que nota sunt comparatione ad superiores virtutes et inferiores. talis autem est scientia de anima. ergo scientia de ipsa anima est certissima et in certissimo procedit. ¶ Tercia ratio hec est. illa scientia est certissima in qua idem est subiectum de qua est scientia et subiectum quod scientiam cognoscit et in qua sunt eadem ea que cognoscuntur in illa. et illa per que fiunt cognitione in illa. scientia de anima est huiusmodi ergo est certissima. Minor patet. subiectum enim est anima cognoscens est anima. Item operationes anime et potencie et obiecta sunt ea que cognoscuntur et per illa fit cognitio in hac scientia. et in quibus et sic se habent omnia in illa scientia in proximitate. omnis autem talis scientia est certissima ergo scientia de anima est certissima inter omnes scientias. ¶ Solutio dicendum est quod scientia ista certissima non procedit quia procedit per obiecta propria in qualibet scientia que in nostra scientie adquisite sunt notiora. ¶ Secunda causa est quia est de anima et de virtutibus eius que in qualibet scientia est cum celebri certitudine et principium. ¶ Tercia causa est propter proximam propinquitatem rerum que cognoscuntur ad animam cognoscentem. omnia enim que determinantur in hac scientia proximiora sunt anime cognoscenti quam in alia scientia. et ideo certissima est. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod substantie spirituales dupliciter cognoscuntur vel considerantur. vel ex parte substantie et sic non cadunt in cognitione primo. et non est defectus ex parte ipsarum rerum. Sed potius ex parte nostra. vel possunt considerari ex parte operationum suarum et sic cadunt in cognitione et sic anima potest cadere in scientiam nostram. ¶ Ad secundum dicendum est quod prius est duplex. scilicet prius tempore et prius natura. prius autem natura duplex est. uno modo est prius natura in via generationis et incompletionis. ¶ Secundo modo est prius in via diffinitionis et cognitionis et completionis. primo modo in prioritatis ratione sunt potentie priores. Secundo modo sunt obiecta priora et actus et sic ista scientia procedit a prioribus secundum diffinitionem et completionem. et cognitionem et propter hoc est certissima.

¶ Circa tertium est videndum de modis nobilitatis quos tangit aristoteles in scientia de anima. sicut enim est nobilitas ex parte subiecti et ex parte modi demonstrandi ita est nobilitas ex parte finis. hac enim nobilitate est moralis scientia nobilior. Item sicut dicit boethius. Qui aufert finem aufert bonum. Sed omnis nobilitas est ex parte bonitatis ergo nobilitas est ex parte finis. Quare ergo est quod non tangit huiusmodi nobilitatem in libro. ¶ Solutio dicendum est quod nobilitas finis non debet attendi in scientiis speculativis sed in scientiis practicis et activis. et quia hec scientia de anima est speculativa ideo non tangit in ipsa nobilitatem ex parte finis. ¶ Secundo queritur de hoc. cum cause dividantur et nobilitas sic et distinguatur ex parte causarum cum tangat nobilitatem ex parte cause materialis scilicet subiecti nobilitatem. queritur propter quid non tangit nobilitatem ex parte cause efficientis. ¶ Solutio dicendum est quod causa efficiens duplex est quedam interior et quedam exterior. Interior in scientia est medium scientiam faciens et ex parte illius efficientis est nobilitas in scientia. Sed illa nobilitas reducitur ad certitudinem modi demonstrationis et ideo hanc non tangit. Causa autem efficiens exterior est sicut actor tradens scientiam sed hec causa est duplex quia quedam operatur scientiam secundum exigentiam rei et si excedit exigentiam rei peccat et talis non ponit nobilitatem in scientia nisi phantasticam ut dicam hoc fecit aristoteles. Est autem alia que secundum suam exigentiam operatur et influit bonitatem ut efficiens supra scientiam legis divine que denominatur nobilis ab illo scilicet a deo ex divina appellatione. efficiens autem huius scientie non est tale. Sed efficiens est quod secundum exigentiam rei tradidit scientiam et ideo in hac non est nobilitas ex parte finis et ideo non tangit nobilitatem ex parte cause efficientis. ¶ Tertio queritur de hoc propter quid non ponit nobilitatem ex parte passionis sicut ex parte subiecti. et medii vel modi demonstrationis. ¶ Solutio dicendum est quod nobilitas passionis reducitur ad nobilitatem subiecti. et causatur ex passio elicitur ex principiis subiecti et causis et ideo cum tangat nobilitatem subiecti non debet tangere illam. ¶ Quarto queritur de hoc. propter quid non tangit nobilitatem ex parte cause formalis. ¶ Solutio dicendum est quod causa formalis in scientia est modus demonstrandi et ideo hec nobilitas ad nobilitatem modi demonstrandi reducitur et ideo cum tangat nobilitatem modi demonstrandi satis per hoc tangit nobilitatem cause formalis. ¶ Contra est obiectum quia videtur hec scientia de anima influat nobilitatem et certitudinem super alias scientias et videtur quod non quia illa scientia que est superior aliis et probat earum principia influit certitudinem super alias. Sed talis est metaphysica et non scientia de anima. ergo scientia de metaphysica influit certitudinem et non ista scientia. ¶ Secunda ratio hec est ordo est in scientiis ita quod scientia subalterna recipit influentiam ab illa que supra ipsam est. Sed scientia de anima subalterna est scientie naturali superiori sicut scientie philosophorum et mathematice ergo ab illis recipit influentiam et certitudinem et non dat certitudinem aliis. ¶ Tercia ratio hec est. illa scientia influit certitudinem super alias que omnes alias regulat et dirigit intellectum ad omnem vel omnium scientiarum apprehensionem. Sed scientia posterior est huiusmodi. et non ista ergo scientia posteriorum

influit certitudinem super alias et super istam. ¶ Ad oppositum est illud
quod dicit Aristoteles in principio de anima. ¶ Secunda ratio hec est
scientia methaphisica est de rebus separatis vel a materia separatis non cognos-
cuntur nisi a solo intellectu ergo necesse est quod scientia de intel-
lectu det influentiam et iuvamentum ad acceptionem scientie me-
thaphisice et sic influit certitudinem super ipsam. ¶ Tertia ratio hec
est. anima est subiectum scientie. et ita est causa illius scientie. Item anima est
causa efficiens scientie et hoc non est inconveniens quia licet causa
illius ex qua non concordat cum efficiente nec cum aliis quia causa
illius ex qua est incompleta causa tamen illius in qua potest concordare cum a-
liis. quia completa est. talis autem est anima respectu scientie. scientia ergo de
anima est de causa illius et efficiente cuiuslibet scientie influit ergo
super omnes scientias. ¶ Quarta autem ratio hec est. in omni scientia est
abstractio. abstractio autem fit per operationes anime. Item omnis
inquisitio scientie est per operationes anime. scientia ergo de anima determi-
nat de eo quod valet ad inquisitionem cuiuslibet scientie. omnis autem
talis scientia influit certitudinem super alias ergo scientia influit
super alias. ¶ Solutio dicendum est quod sicut dicit commentator scientia
de anima affert magnum iuvamentum ad omnes scientias. et primo ad
naturales est enim pars nobilissima scientie naturalis vel illustrissima enim
pars scientie naturalis est de corporibus animatis et propter hoc affert iu-
vamentum naturali. Secunda causa est quia anima est principium omnium re-
rum animatarum et secundum exigentiam anime sunt partes et principiat
omnibus rebus animatis. affert similiter iuvamentum morali quia ei
affert multa principia per que regulantur civitates et divicie
quia affert ei cognitionem virtutum tam sensitivarum quam intelle-
ctivarum. Item affert iuvamentum scientie divine et methaphisice et mathematice
quia eis affert modum abstractionis et separationis que ab anima
est. Tercium iuvamentum commune quod affert est quia ista
scientia talis est. quod per ipsam acquiritur cognitio primorum princi-
piorum et cause cognitionis et fine certitudinis in omni scientia
et propter hoc ista scientia influit super omnes alias. ¶ Ad rationes
simul est respondendum quod scientia influit super scientiam quatuor
modis. Uno modo quia regulat ipsam et dirigit intellectum ad
procedendum in omni scientia. et sic scientia demonstrativa influit su-
per alias. Secundo modo influit scientia super scientiam conferendo ad sub-
stanciam principiorum que concedantur. et que confirmantur. et quia
ad suum subiectum cum subiectum suum sit tale comprehendat subiecta omnium
scientiarum et hoc modo methaphisica influit super alias sicut enim subiectum
est communissimum scilicet ens. Tercio modo influit scientia super scientiam
quia scientia secunda illam supponit aliquid ab ea et sic scientia
philosophorum influit supra scientiam de anima. Quarto modo influ-
it super aliam quia per eam habetur principium abstractionis
cuiuslibet scientie et principium processus et certitudinis in qualibet
scientia et hoc modo ista scientia influit super omnes alias certitudine.
¶ Consequenter queritur utrum anima
sit principium animati et ostenditur quod non principium cor-

dit naturaliter illud est principium. corporis autem precedit animam naturaliter
ergo anima non est principium corporum et ita nec animalium. ¶ Ad op-
positum est illud quod ponit Aristoteles sed non ponit quod sit
principium compositi sed corporis animalis. ¶ Solutio dicendum est quod anima est
principium corporis animati et hoc propter plures causas. una est quia
complet corpus animatum. Secunda est quia continet ipsum et conser-
vat egrediente enim anima a corpore corrumpitur corpus et marcessit
sicut habetur in fine primi de anima. Tercia causa est quia anima movet
ipsum corpus animatum. Quarta causa est quia ante actualem ex-
itum anime in esse fit organizatio corporis secundum exigentiam
anime. ¶ Ad obiectum in contrarium dicendum est. quod prius est dupliciter u-
no modo in via generationis et incompletionis et sic corpus prius est
quam anima. alio modo est prius in via completionis et perfectionis
et sic anima est prior corpore et sic in via completionis est prior corpore
et sic in via completionis potest esse principium eius.
¶ Secunda questio est hoc est quia dicit quod anima quodammodo est
principium et non dicit quod anima sit simpliciter principium quia
videtur quod anima simpliciter sit principium corporis quia motor
simpliciter est principium mobilis sed anima est primo motor in
corpore ergo est simpliciter principium corporis animati vel animalis quod
idem est. ¶ Secunda ratio hec est. forma simpliciter est princi-
pium compositi anima est forma corporis animati vel animalis ergo est
simpliciter eius principium. ¶ Solutio dicendum est quod anima est prin-
cipium corporis animati. dicitur autem quodammodo esse principium propter
duas causas. una causa est quia principium per se est illud quod est
efficiens. anima autem non est efficiens corporis sed motor eius et opera-
tionis et propter hoc quodammodo est principium. Secunda causa est quia prin-
cipium per se est completivum aut intrinsecum causa non per se est ad ista anima vero
est intrinseca. et propter hoc dicit quod anima est quodammodo principium.
¶ Tercia vero questio est hoc est utrum anima sit principium omnibus corporibus
ut ponatur anima forma in rebus naturalibus et videtur quod sic quia omnes
dispositiones naturales ordinantur ad ultimam formam ut ad fi-
nem et ad complementum et illud est forma vel illarum. sed omnia corpora
ordinantur ad animam et finaliter omnes dispositiones naturales sicut
dicit Avencebrol ergo anima est prima forma corporum. ¶ Secunda ratio
hec est sicut habetur in secundo de anima omnia corpora sunt instru-
menta anime. sed anima est in corpore quod est eius instrumentum ergo anima
est in omnibus eius corporibus sed anima est in forma corporis tanquam
forma in materia ergo anima est forma omnium corporum prima. ¶
Ad oppositum. si enim anima esset forma prima omnium corporum
sic omnia corpora essent animata hoc autem falsum est ergo anima non
est prima forma omnium corporum. ¶ Secunda ratio ea quorum anima
est forma et principium se ipsis moventur. quia habent intra se
principium sufficiens sui motus sed multa sunt corpora que
non moventur se ipsis ergo anima non est prima forma corporum omni-
um. ¶ Tercia ratio hec est. anima non est forma nisi corporis
habentis diversas dispositiones in partibus et in toto. tale autem est

corpus organicum si g° non omnia corpora talia sunt vide quod anima non
sit principium cuiuslibet corporis set forma prima. ¶ Secundo dico quod
principium formale primum in aliquo genere est multiplex. uno modo
dicitur forma prima forma exemplaris omnium in qua omnia relu
cent tamquam in cognoscente et a qua egrediuntur tamquam ab ef
ficiente et sic primum est prima forma omnium. alio modo dicitur prima for
ma scilicet forma communis per predicationem. que non est aliqua natura
extra set est similitudo nature et hoc modo posuit auctor a
micena et auctor fontis vite unam primam formam substantie que
est substantia que de omnibus substantiis predicatur. Tercio modo dicitur forma
prima scilicet forma illa que inter formas corporales nobilior est
et secundum cuius accessum et recessum corpora plus vel minus ha
bent de forma et sic lux est forma prima que in genere na
ture est nobilissima et ad quam omnes alie ordinantur et per
quam sunt. et sic anima dicitur esse forma prima per ius animam sunt
omnes forme naturales. ¶ Quarto modo dicitur forma prima scilicet forma
illa que per suam distensionem in materia omnem materiam perficit ita
ut ostendam distendam per materiam totalem et illam per partes
eius perficiat. et hoc modo non est possibile unam primam esse in
natura et hoc modo anima non est prima forma omnium corpo
rum set alio modo et per hoc patet verificatio rationum ad partem
utramque. ¶ De sexto problemate autem forte alibi dicetur.
4 ¶ Post quam dictum est de nobilitate et utilitate huius scientie
querendum est de difficultate que incidit circa questionem
quod quid est. que communiter cadit in omnibus scientiis et
hoc est ut cum eo quod principium est propositum ex hoc est
nichil aliud querere de difficultate diffinitionis et diffinitione
incidentem et circa hanc questionem queruntur decem. ¶ Primum
est utrum sit aliqua scientia communis tradens diffinitiones omnium et
modum diffiniendi communiter. ¶ Secunda est que sit illa scientia
que docet modum diffiniendi communiter. ¶ Tercia est de comparatione
scientie diffinitive ad divisivam et collectivam. ¶ Quarta est cuius
rei proprie competit diffinitio. ¶ Quinta est per quam viam
habeatur diffinitio et noticia diffinitionis. ¶ Sexta quoniam
sit duplex cognitio scilicet diffinitiva et demonstrativa cui competit
demonstratio scilicet substantie an accidenti. ¶ Septima est utrum anima habeat
diffinitionem et quo modo cognitio diffinitiva ei competat. ¶
octava est quomodo in anima sit ratio substantie. et ratio nature.
¶ Nona est de diversitate passionum anime. quas considerat
philosophus. quarum quedam sunt communes quedam proprie. ¶ Deci
ma et ultima est de modo cognoscendi animam in scientia ista di
cit. in philosophus. quod prius inquirit scientiam anime. et post
90 passiones communio tamen modo procedit. ¶ Circa primum sic pro
ceditur et ostenditur quod sit una scientia que determi
net modum diffiniendi communiter in omni scientia. sicut habetur
ab aristotile in metaphysica. ingeniis est aliam viam declarare
aliam rem et querere. modum secundum que res illa decla
ratur. Et et dicit commentator quod hoc est. sicut illi qui doce
mam dum adiscit. eam g° cum quelibet scientia diffiniat
non docet quelibet scientia modum diffiniendi necesse est g° ponere
aliam scientiam communem que doceat modum diffiniendi in qualibet sci
entia et a qua quelibet scientia accipiat. modum diffiniendi. ¶ Secunda
ratio hec est in unoquoque genere est ponere statum et reductionem
g° et in scientiis est ponere. statum et reductionem g° cum
scientia diffiniendi sit scientia necesse est. quod reducatur ad aliam que
primo considerat. modum diffiniendi. ¶ Tercia ratio hec est multi
plex est cognitio. scilicet cognitio diffinitiva et cognitio demonstrativa
diffinitio autem fit per principia rei. demonstratio autem fit per causam
rei set est alia communis demonstrativa que docet modum de
monstrandi in qualibet scientia et regulat omnes modos demonstrandi g°
debet esse aliqua communis scientia que doceat et regulet omnes
alias scientias in modo diffiniendi. ¶ Quarta ratio hec est si non
non sit una communis scientia que regulet omnes alias scientias in
modo diffiniendi tunc quelibet scientia habet proprium modum diffiniendi
set tunc difficultas intellectum est ad cognoscendum quem modum
diffiniendi habeat ista scientia. et illa g° si per scientiam non regula
tur in tali lectio de hoc indirecte. circa modum diffiniendi pro
cedit cum g° scientia sit per directionem intellectus necesse est po
nere. aliquam scientiam que regulet intellectum communiter in modo diffiniendi
in omnibus scientiis. ¶ Ad oppositum. Diffinitio datur per ve
ra rei principia set vera rei principia sunt diversa et non eiusdem
nature g° sunt et diffinitiones diverse. g° cum diverse scientie
sint de diversis rebus que habent diversa principia. diversimode
diffiniunt et diversas habebunt diffinitiones sic g° vera
rei principia non reducuntur ad unum ita nec scientie quantum ad
suas diffinitiones ad unam reducentur. Ideo est g° alia communis
scientia a qua omnes scientie accipiant modum diffiniendi. ¶
Secunda ratio hec est. sicut dicit philosophus in primo de anima diffe
renter diffinit logicus et physicus. ex logicus reddit speciem
physicus autem materiam. Item logicus diffinit per intensionem. phy
sicus autem in actu per materiam metaphysicus autem et mathematicus diffiniunt
per causas formales. moralis autem per causas finales quelibet
g° scientia habet modum proprium diffiniendi et non communem non
est g° alia scientia communis de modo diffiniendi in omnibus scientiis.
¶ Tercia vero hec est sicut dicit commentator supra metaphysicam
ars logica non est universalis omnibus [ scientiis set si esset aliqua scientia
que doceret modum diffiniendi in . omnibus scientiis et esset modus
cum ipsa logica doceat modum procedendi in aliis g° cum
hoc sit falsum quia non est universalis aliis videtur ex ista
aliqua scientia de modo diffiniendi in omnibus scientiis communiter ¶
Secundo dico est quod necesse est ponere unam scientiam communem que
doceat modum diffiniendi in qualibet scientia communem et a qua
quelibet scientia accipiat modum diffiniendi et que regulet communiter
principia diffinitionis et que sit illa scientia. iam patebit et

procedo rationes ad hoc inductas. Ad rationes in contrarium dicendum est, et primo ad primam, quod dupliciter considerantur res: uno modo prout sunt sub propriis suis principiis, alio modo prout sunt sub suis principiis communibus. Res autem prout considerantur sub suis principiis communibus eundem habent modum diffiniendi convenientem; habent enim omnes res essentiam et principia essentie, et ex illis sortiuntur diffinitionem, et sic a parte communium principiorum datur modus communis diffiniendi res in una scientia communi. Res autem considerate sub propriis principiis cadunt in diversis scientiis quantum ad diffinitiones et diversas habent diffinitiones. Modus tamen diffiniendi unius est et communis et apparatur eis. Ad secundam dicendum est quod differenter diffiniunt artifices diversi, tamen modus diffiniendi idem est proportionaliter, et proportionalis est in omnibus. Licet tamen principia rerum sint diversa, tamen sunt eadem proportionaliter, et sic quelibet habet sua principia per que diffinitur vel traditur, et sic modus diffiniendi habet idem proportionaliter in diversis scientiis. Ad tertiam rationem dicendum quod scientie considerantur duobus modis: uno modo a parte principiorum communium per que procedunt, alio modo a parte propriorum principiorum. A parte propriorum principiorum non est ars logica utilis omnibus scientiis, sed a parte communium principiorum. Secunda questio est, supposito quod sit una scientia communis de modo diffiniendi in omnibus scientiis, queritur que sit illa, et videtur quod illa sit methaphysica. Diffinitio enim est sermo vera principia rei, quia diffinitio constituitur rei ex suis principiis; ergo illius scientie est determinare et considerare diffinitiones omnium et modos diffiniendi cuius est determinare principia omnium. Hec autem est methaphysica; ergo methaphysica est determinare omnium diffinitiones. Secunda ratio hec est: principia scientie sunt subiectum et partes eius. Item diffinitiones in scientia dantur per partes subiecti; subiectum autem est communissimum eius tantum, et propter hoc ponitur esse principia omnium. Unde sic vult auctor De causis: prima rerum creatarum est esse, id est principium rerum creatarum est esse, et est latius et communius; ergo illa scientia que considerat eius considerat principium omnium; ergo si res diffiniuntur per sua principia, illa scientia que considerat eius considerat diffinitiones et modos diffiniendi. Hec autem est methaphysica; ergo methaphysica docet modum diffiniendi in omnibus scientiis. Tertia ratio hec est: sicut dicit Aristoteles, demonstratio applicatur accidentibus, diffinitio autem applicatur substantiis; ergo illa scientia que considerat substantiam inquantum substantia est et principia eius debet considerare et docere diffinitiones omnium. Hec autem est methaphysica; ergo methaphysica docet modum diffiniendi omnium. Quarta ratio hec est: dicit Aristoteles in methaphysica quod methaphysica est de omnibus et logica, sed differunt potestate et voluntate. Sic dicit ista potestas autem differentia quod methaphysica est de omnibus quantum ad sua vera principia, logica autem quantum ad intentiones; et hoc est quod dicit Avicenna quod logica est de secundis intentionibus applicatis primis. Diffinitio autem respicit vera rei principia; ergo illa scientia que de omnibus determinat secundum sua vera principia determinat diffinitiones omnium. Hoc autem est methaphysica; ergo methaphysica docet diffinire in omnibus scientiis. Ad oppositum: illius scientie est determinare diffinitiones omnium cuius est regulare omnes scientias in modo procedendi et omnia; sed talis est logica; ergo logice est diffinitiones omnium docere et modum diffiniendi. Secunda ratio hec est: sicut dicit Alpharabius, tria sunt opera rationis, scilicet dividere, diffinire, colligere vel ratiocinari; quod ideo est diffinire ergo est opus rationis; ergo illius scientie que est de operibus rationis et que regulat rationem in suis operibus est determinare vel docere modum diffiniendi omnia in omnibus scientiis. Tertia ratio hec est: scientia logice regulat rationem in sua opera; ergo si est ars in logica que est communis ad omnem ordinationem predicamentalem, scilicet scientia predicamentorum, et est ars in logica que est communis ad omne opus componendi, sicut scientia de sillogismo, et est ars in logica que est communis ad omne opus demonstrandi sicut ars posteriorum, ergo cum diffinire sit eodem modo opus rationis, debet esse aliqua ars communis in logica que doceat modum diffiniendi generaliter. Solutio. Dicendum est quod tradere et docere modum diffiniendi in omnibus scientiis pertinet ad methaphysicam, sicut ostendunt rationes ipse. Ipsa enim considerat principia omnium et ideo considerat diffinitiones constitutas ex principiis omnium; et ideo in universo methaphysica determinat artem generalem omnium diffinitionum per sua principia et docet modum diffiniendi convenientem ad omnem scientiam que communis est per proportionem. Ad rationes in contrarium similiter dicendum est quod in diffinitionibus sunt duo, scilicet principia diffinitionis et modus diffiniendi. Principia autem diffinitionis sunt dupliciter: quedam enim intentiones communes, et talia principia diffinitionis considerat topicus. Alia sunt principia diffinitionis que sunt vera rei principia, essentia vel substantiam, et ita considerat methaphysicus; et sic primo modo considerat topicus in sexto diffinitiones. Secundo autem modo methaphysicus. Modus autem diffiniendi res potest secundum ordinationem intellectus et orationem et exigentiam rerum omnium entium prout entes sunt. Inquantum autem modus diffiniendi res per orationem intellectus et cadit aspectum rationis super ipsum, sic pertinet ad logicum. Secundo autem modo pertinet ad methaphysicum. Item modus diffinitionis cadens in aspectum rationis dupliciter consideratur: uno modo prout cadit super intentiones communes que sunt genus et differentia, et sic consideratur a topico. Secundo modo prout cadit super vera rei principia que ordinantur ad demonstrationem in se recipiendo modum cause, et sic pertinet ad secundum posteriorum. Uno autem modo pertinet ad librum posteriorum et alio ad librum topicorum et alio ad methaphysicam, et sic procedunt rationes ducte ad hoc.

Tertia questio est de comparatione scientie diffinitive ad scientiam divisivam et collectivam, et queritur cum in scientia logica determinetur de scientia colligendi, propter quid non determinatur ab Aristotele de scientia dividendi, et propter quid scientia colligendi fac

scientiam principalem separatim. Scientia autem dividendi facit scientiam annexam et annexa est et cur sit. Sicut enim dicit Alpharabius tria sunt opera intellectus scilicet diffinire, dividere et colligere. Cum ergo logica sit de hiis tribus operationibus sicut est principalis scientia de hoc opere quod est colligere, similiter et de istis que sunt dividere et diffinire. ¶ Et cum hoc est cum ratio vel verbo principaliter omnium scientiarum spectet ad metaphysicam et ad logicam quo differunt. ¶ Solutio dicendum est quod sicut est in natura ita est in scientiis. Dicit autem philosophus in metaphysica quod eorum que sunt quedam sunt entia et quedam sunt entium et ea que sunt entium multipliciter sunt, quia quedam sunt principalia ut materia et forma, quedam autem sunt vie ut motus, quedam vero ut privationes, quedam vero ut intensiones. Similiter in scientia quedam sunt principalia, quedam autem non. Principale autem in logica est syllogismus vel collatio. Divisio autem non est principale sed sicut via in diffinitione sicut vult Aristoteles. Diffinitio autem non est principalis sed est sicut terminus et sicut principium. Est autem sicut terminus in topicis et est sicut principium in posterioribus. Sed illa que sunt sicut via et terminus et principia non faciunt nisi scientiam annexam et non principalem et ideo diffinitio et divisio in logica non faciunt scientiam principalem sed annexam per appellationem quia non sunt principalia.

¶ Ad secundam questionem dicendum est quod principia dupliciter considerantur. Uno modo considerantur a parte sue substantie et sic cadunt in metaphysica. Alio modo considerantur a parte modi procedendi ex principiis et conclusionibus et sic considerantur a logico. Item in principiis sunt multe cognitiones. Prima est qua est primus ortus principiorum in anima et ista cognitio principiorum habetur per secundum posteriorum. Secunda est cognitio ipsorum per causas ex quibus constant et hec cognitio habetur per librum posteriorum ut dicit Aristoteles quod principia cognoscimus in quantum terminos. Tercia est a parte virtutis eorum per applicationem ad conclusionem et hec similiter habetur per librum posteriorum cum modum docet demonstrandi. Quarta est per opiniones et per signa opinativa et hec cognitio principiorum habetur per dyalecticam; docet enim dyalectica modum cognoscendi ea secundum modum istum. Quinta cognitio principiorum est per hoc ut cognoscatur in aliquo bene vel male se habenti circa principia et sic cognoscatur per temptativam.

¶ Circa tertiam questionem proceditur sic et est cui ipse competat diffinitio utrum scilicet substantie an accidenti aut utrique. Quod autem diffinitio soli substantie competat sic ostenditur per auctoritatem. Ex dicit Aristoteles in septimo metaphysice demonstratio est accidentium, diffinitio vero substantie. ¶ Secunda ratio hec est: diffinitio datur per propria vel principia in eodem genere existentia. Sola vero substantia et illud quod habet modum substantie habet talia principia, non autem accidens in quantum accidens, quia eius principium sit subiectum quod est in alio genere. Ergo soli substantie vel modum eius habenti per se competit diffinitio. ¶ Tercia ratio hec est: genera predicamentalia dupliciter considerantur. Uno modo considerantur per comparationem ad ordinationem in eodem genere et hoc modo super se recipiunt diffinitionem. Alio modo considerantur per comparationem ad subiectum in quo radicantur et hoc modo non recipiunt super se diffinitionem. Sed genera per hoc ut comparantur ad res sui generis sunt substantia vel modum habent substantie. Genera similiter substantia sunt habentia modum substantie et hoc modo per se diffiniuntur. Ergo soli substantie vel habenti modum substantie per se competit diffinitio. ¶ Quarta ratio hec est: duplex est cognitio: una per vera vel principia et hec sicut dicit Algazel est intellectiva; alia autem est per exteriora et hec est cognitio sensitiva. Obiectum autem virtutis intellective est quid, non autem obiectum virtutis sensitive, et hoc vult Aristoteles in secundo de anima. Sed accidentia cadunt in virtute sensitiva sicut habetur ibi, substantia autem cadit in virtute intellectiva. Ergo cum quiditas non cadat in virtute sensitiva sed intellectiva, necesse est quod quiditas vel diffinitio quod idem est sit de obiectis virtutis intellective et non virtutis sensitive. Sed substantia est obiectum virtutis intellective, accidens autem sensitive. Ergo solius substantie vel habentis modum substantie est diffinitio. Et ita cum accidentia sint obiecta virtutis sensitive, accidentium non erit diffinitio nisi modum substantie supra se recipiant. ¶ Ad oppositum: sicut dicit Avicenna unumquodque habet essentiam qua est id quod est, sed diffinitio competit essentie, ergo tam substantia quam accidens habent diffinitionem. ¶ Secunda ratio hec est: omnia que habent ordinationem in genere per principia sui generis habent diffinitionem; sed accidentia habent ordinationem in genere sicut substantie, ergo possunt diffiniri sicut substantie. ¶ Solutio dicendum quod sicut testatur Aristoteles in metaphysica diffinitio soli substantie convenit simpliciter, propter ea quia habet principia proxima sui generis per que nata est diffiniri. De ... autem est accidentium ex ... procedit per causas alterius generis scilicet substantias, et ... accidens habet causam sue inherentie in subiecto, non autem principia proxima sui generis nisi in quantum modum substantie accipit, et propter hoc soli substantie competit diffinitio per se vel accidentibus habentibus modum substantie. Si autem accidens in quantum accidens diffiniatur hoc non est per se, licet per principia sui generis sed alterius scilicet subiecti. Unde diffinitur sic per additamentum. ¶ Ad rationes in contrarium dicendum est quod accidentia considerantur duobus modis. Uno modo considerantur accidentia secundum dependentiam quam habent ad subiectum et hoc modo habent per se naturam accidentium et sic non habent diffinitionem per se sed per additamentum. Alio modo considerantur per hoc ut comparantur ad res sui generis et habent ordinem in suo genere et sic habent modum substantie et intensionem, et hoc modo intensionem diffinitionis super se recipiunt. Unde accidentium sunt propria principia per que diffiniantur. Determinatio est talis.

¶ Circa quintam questionem sic proceditur. Et est per quam venatur diffinitio et utrum scilicet per divisionem aut per compositionem, et ostenditur quod venatur per divisionem. Diffinitio enim descendendo procedit a genere generalissimo differentias colligendo et eas coartando. Sed omnis talis processus est processus divisionis. Processus autem in ascendendo est processus

collectionis et compositionis. ergo si per primum processum habeatur diffinitio diffinitio habetur per viam divisionis et non per viam compositionis vel collectionis. ¶ Ad oppositum via diffinitiva procedit ad constitutionem rei ex suis principiis. constitutio autem rei ex suis principiis habetur per compositionem. ergo diffinitio habetur per compositionem. ¶ Solutio ad hoc est. duplex est via. scilicet via resolutoria et via compositiva. via autem resolutoria incipit ab uno et resolvit in multa. via autem compositiva incipit a multis et tendit ad unum. sed in diffinitione est inceptio a multis et processus ad unum. ex omnibus diffinitum aggregatum ut testatur Aristoteles in libro methaphysice. Item partes diffinitionis sunt in plus totum autem est in eque. hoc autem est per compositionem. ergo processus et via in diffinitionem est per compositionem. ¶ Postea queritur utrum diffinitio habeatur via demonstrationis et utrum procedit via demonstrationis sicut procedit via compositionis vel divisionis et ostenditur quod sic. diffinitio datur per causas et per vera principia rei. sed talis processus est demonstrativus. ergo diffinitio datur per ut via demonstrationis habetur. ergo per demonstrationem. ¶ Ad oppositum omnis demonstratio comparat accidentia per ut subiecto inherens cum in subiecto radicatum. diffinitio autem datur per principia rei in suo genere. ergo cum iste vie sint opposite diffinitio non habetur per viam demonstrationis. ¶ Solutio ratio hec est. sicut testatur philosophus diffinitio est principium demonstrationis ut dicit in libro primo de anima quod est libro demonstrationis est principium quod quid est. ergo diffinitio est via in demonstratione et non econverso. diffinitio ergo non habetur per viam demonstrationis. ¶ Tercia ratio hec est. diffinitio comparat subiectum et accidentia comparatio ad res vel sui generis. demonstratio autem comparat accidentia per ut ad subiectum comparatur et ad causam. sed comparatio prima est simplicior et prior per intellectum omnium via vero per comparationem ad subiectum et causam subiecti est posterior et compositior. ergo via demonstrativa posterior et compositior via diffinitiva. via ergo demonstrativa non est via in diffinitionem. ¶ Solutio ad primum etc.

Ad evidentiam eorum que sequuntur queruntur octo questiones. ¶ Prima est utrum de anima sit scientia. et que sit necessitas scientie de anima. ¶ Secunda est utrum de anima scientia sit nobis innata vel acquisita. ¶ Tercia est utrum de anima separata a corpore possit esse scientia. ¶ Quarta est de qua scientie consideratione sit anima separata. ¶ Quinta est ad quam scientiam spectet anima separata corpori unita. ¶ Sexta est utrum anima sit subiectum in ista scientia vel corpus animatum. ¶ Septima est utrum de anima secundum omnem suam differentiam determinetur in ista scientia. ¶ Octava et ultima questio est propter quid hec forma que est anima potius facit scientiam separatam quam aliqua alia forma.

Qo prima. ¶ Circa primam sic proceditur et videtur quod scientia de anima sit necessaria per duas rationes quarum prima talis est. ¶ Omnis scientia cuius noticia excellit alias quantum ad nobilitatem subiecti et certitudinem cognitionis maxime cadit in scientia et maxime est necessaria et digna ad hoc ut de ipsa habeatur scientia. anima est huiusmodi. ergo necessarium est habere scientiam. maior patet per se. minor sumitur partim ab Aristotele hoc plane dicente in principio libri de anima. ¶ Secunda ratio talis est. sicut dicit Augustinus in principio libri de anima. cum iniunctum est mihi ut me ipsum cognoscam turpe est mihi me ipsum ignorare. causa autem per quam cognoscimus est anima. ergo necesse est per hoc animam se ipsam cognoscere. ergo ipsa cadit in cognitione et ita in scientiam et in scientia de anima necesse est habere scientiam. ¶ Ad oppositum est hec ratio. virtus anime nostre dependens a materia corporali intellectus enim dependens a sensu et sensus ab organis. sed omnis virtus dependens a materia corporali solum cognoscit vel corporalia. quia talis virtus coartatur ad materiam et non extenditur ultra illam. sed anima non est vel corporalis sed spiritualis. ergo intellectus non potest cognoscere animam. de nullo tali autem est scientia. ergo de anima non est scientia. ¶ Ad hoc dicendum est quod scientia de anima est necessaria propter multas causas. ¶ Una est propter nobilitatem subiecti et certitudinem cognitionis. hoc enim vult Aristoteles scilicet quod scientia de anima superat alias nobilitate subiecti et certitudine cognitionis. ¶ Secunda causa est propter iuvamentum quod affert omni scientie. et maxime naturali scientie. quia anima est principium omnium animalium et propter hoc necesse est ad cognitionem animalium habere cognitionem virtutum et operationum ipsius anime. quia ignorato principio necesse est ignorare ea quorum est principium. ¶ Tercia causa est propter utilitatem quam affert aliis scientiis. affert enim utilitatem morali et illi que est de regimine civitatum. ex tota scientia moralis est de virtutibus anime. affert etiam utilitatem theologie. sic vult guntator ex per scientiam de anima cognoscuntur virtutes anime que sunt necessarie ad cognoscendum habitus theologicos. ¶ Quarta causa est manifestatio operationum anime quia licet substantia eius sit occulta tamen operationes eius sunt manifeste in animalibus sicut vult Aristoteles. concedimus autem rationes que probant scientiam de anima esse necessariam. ¶ Ad rationem autem in contrarium dicendum est quod operationes anime et substantia cadunt in scientia. tamen operationes prius cadunt in sensu et informant ipsum et post informant intellectum et intellectus informatus cognoscit principium a quo fluunt ille operationes. hoc autem est anima per suam substantiam. et propter hoc intellectus cognoscit animam et suas operationes et sic de ipsa est scientia.

¶ Circa secundam questionem sic proceditur. et videtur quod scientia de anima sit nobilissima innata hac ratione. Qo. ij. ¶ Duplex est cognitio. scilicet sensitiva et intellectiva. sed intellectiva magis est abstracta sensitiva vero minus. sed in spirituali magis relucet species et velocior est spiritualis in suas operationes. ergo intellectus est velocior quam sensus. sed operatio sensus est a generante. quia quam cito sensus est. tam cito videt et audit. ergo operatio intellectus velocior est. ergo quam cito est anima tam cito cognoscit. ergo cognoscit illud quod sibi est immediatum. hoc autem est ipsa. ergo quam cito est tam cito cognoscit se ipsam. ergo cognitio de anima est

est nobis innata. ¶ Ad oppositum talis est ratio. sicut habetur
in tertio de anima. anima creata est imperfecta sicut tabula rasa et
est imperfecta scientiis et virtutibus. perfectibilis tamen per ipsarum acqui
sitionem. ergo habet scientiam et virtutes acquisitas et non innatas.
¶ Et iterum si esset innata non indigeremus scientia de ipsa.
¶ Ad hoc dicendum quod multiplex fuit opinio circa rerum cognitio
nem. sicut vult averroys. Quidam enim posuerunt quod anima cre
atur perfecta in scientiis et virtutibus. sed propter obumbrationem carnis
non habet. tactu quem habuit primo. sed offuscatur. et obumbratur
et isti posuerunt quod nichil aliud esset scire quam memora
ri et sic posuit plato. dicebat enim plato quod anima que
nil scit nisi sciuit prius et quod postea memoratur. ¶ Alii
posuerunt quod anima cognoscit per acquisitionem solum. ¶ Sed qui
dam illorum posuerunt res corporales acquiri in anima. ¶ Alii autem
posuerunt res spirituales acquiri in anima. scilicet per species et sic po
suit aristoteles ut patet in tertio. unde ponit quod anima non habet
cognitionem sibi innatam. sed acquisitam et hec acquisi
tio spiritualis est. ¶ Sed tamen distinguendum est quod anima duplicem
habet cognitionem. habet enim cognitionem unam quam habet a creato
re a quo exit et hanc habet naturaliter. et hec est cognitio
summi boni et sui ipsius. hec enim cognitio insita est ei naturaliter
et prompta ad hoc. et hec est ei innata. ¶ Est autem alia cogni
tio anime quam habet mundanorum quam per fantasmata acquirit et hec
est ei acquisita et non innata. et de hac loquuntur omnes philosophi
qui dicunt quod anime cognitio est acquisita. De prima autem non est
verum. anima enim illuminata est a primo. et data est ei virtus a
principio ut cognoscat se ipsam et divinum bonum et de hac
cognitione verum est quod est ei innata. et hec non est cogni
tio que scientia dicitur ipsius anime. sed est cognitio sui. De cognitio
ne autem scientifica dicendum est. quod non est nobis innata sed acquisi
ta quod acquiritur per fantasmata. et sic scientia de anima non est no
bis innata sed acquisita. ¶ Ad rationem autem in contrarium dicendum est
quod cognitio sensitiva est naturalis et propter hoc quam cito
exit esse aliquis cognoscit sensitiva cognitione. sed intellecti
va non est naturalis sed eget multo experimento et tempore. Sen
sitiva vero sola applicatione obiecti ad organum. intellectiva
vero multiplici investigatione causarum et ideo cognitio scien
tifica ipsius anime acquisita est cognitio autem sui innata est.

Questio iij.

¶ Deinde tertiam questionem queritur utrum de anima
separata penitus a corpore et extra habitum possit esse scientia et ostenditur quod
sic per tales rationes. De investigatione cuiuslibet substantie spiritualis
cum operetur operationes et proprietates preter inclinationem ad
materiam possibile est esse scientiam sed anima separata a corpore est huiusmodi
ergo de investigatione anime separate a corpore possibile est
esse scientiam. maior patet quia scientia habetur de spirituali a parte
suarum proprietatum et operationum. minor patet quia dicit
aristoteles in primo de anima quod anima habet passiones proprias et
operationes per quas nata est a corpore separari. ¶ Ad oppo
situm est ratio talis. res separate non cadunt in cognitionem nisi per opera
tiones et motus quos exercent in corporibus naturalibus. sed anima se
parata non dirigit motus. nec operationes super corpora naturalia
ergo anima separata non cadit in cognitionem. de nullo autem tali est
scientia. ergo de anima separata non potest esse scientia. ¶ Deinde autem super
hoc est quod aristoteles in methaphysica non determinat de substantiis separatis
nisi in numero ipsarum nisi per numerum motuum et mobilium. ¶ Ad hoc dicendum
est. quod anima separata cadit in cognitionem et scientiam. ¶ Ad
rationem in contrarium inductam dicendum est. quod scientia respicit duo. scilicet
naturam rei. et rei per exigentiam inquisitionis nostre. a parte autem
nature rei potest esse scientia de anima separata. a parte autem inquisitio
nis nostre super res cadit anima separata in cognitionem nostram
multis modis. ¶ Uno modo considerando ordinem rerum corpora
lium et spiritualium. considerando enim ordinem rerum corporalium nos
ipsam animam inscia tamquam rem spiritualem. ¶ Secundo mo
do cadit in cognitionem a parte inquisitionis nostre. considerando opera
tiones eius quas primo in corpore acquisivit et modum
per hoc enim quod ipsa existens in corpore prius non erat aliquid
preter corporis actus per hoc cognoscimus ipsam recte esse se
parabile. ¶ Tertio modo per ymaginationem aliarum rerum sensibilium unde
sicut per ymaginationem rerum inferiorum cognoscimus substantias separatas ita
per ymaginationem rerum sensibilium cognoscimus substantiam spiritualem que
est anima. ¶ Consequenter quartam questionem proceditur sic et videtur quod

Questio iiij.

anima separata sit de consideratione methaphysice quia sicut ponit aristoteles
triplex est status rerum. Quedam enim sunt res coniuncte motui et
materie. secundum esse et diffinitionem. et de illis est scientia naturalis
alie autem coniuncte sunt motui et materie secundum esse et non diffinitione
et de illis sunt mathematice scientie. alie autem res sunt separate a motu
et materia omnino et secundum esse et secundum diffinitionem. et tales sunt de
consideratione methaphysice. sed anima separata privata est motu et materia
et omnino accepta preter motum et materiam. ergo anima separata est de con
sideratione methaphysice. ¶ Secunda ratio hec est anima dicitur separata per re
ductionem ad suum creatorem. et per acceptionem status spiri
tualis ergo ad illam scientiam spectat in qua est reductio rerum
ad creatorem suum et que scientia considerat res in statu spiri
tualitatis. hec autem est methaphysica ergo anima separata est de con
sideratione methaphysice scientie. maior patet per se. et minor similiter per
aristotelem. ¶ Ad oppositum hec ratio posset. illius scientie est considerare
de anima separata cuius est considerare meritum et demeritum eius post
separationem et unionem cum creatore vel recessum et beatitu
dinem vel penam eius. sed consideratio istorum spectat ad theolo
giam vel moralem ergo anima separata potius est de conside
ratione theologie vel moralis quam de consideratione methaphysice
sicut ostendunt rationes ad hoc posite. ¶ Dicendum est autem quod
triplex contingit. ¶ Ad hoc dicendum est. quod anima separata est de
consideratione methaphysice sicut ostendunt rationes ad hoc posite
¶ Dicendum est autem quod triplex contingit loqui de anima sepa
rata. ¶ Primo modo a parte illa qua est eius et a parte sui status

et sive unite separate. et sine esse et sic est de consideratione methaphisice
cuius est considerare substancias separatas et status earum secundum quod entes.
¶ Secundo modo contingit loqui de anima separata a parte illa qua frui-
tur beatitudine per virtutes acquisitas in corpore. et a parte mo-
di acquirendi virtutes in corpore per quas anima acquirit beatitu-
dinem. et sic spectat consideratio de anima separata ad scienciam moralem
et maxime ad scienciam de felicitate. et maxime ad illam
que vocatur a macrobio sciencie de puris animabus. ¶ Tercio modo con-
tingit loqui de anima separata a parte illa qua unitur creatori et
fruitur visione creatoris sui et habet ordinationem cum aliis
substanciis spiritualibus vel sui creatoris. et a parte gradus unitivi vel
deunitivi eius et a parte elevationis maioris vel minoris secun-
dum ad unitivum vel deunitivum cum aliis creaturis. et sic spectat
Questio V. sciencia separata ad theologiam. ¶ Questio quintam questionem proceditur
sic et videtur quod sciencia de anima coniuncta spectet ad naturalem
tali racione. ¶ Anima enim unita corpori habet passiones et operationes
que diffiniuntur per motum et in motu sunt. ergo spectat ad illam sci-
enciam que considerat passiones in motu et motum et probat illas
de suo subiecto. hec autem est naturalis. ergo anima unita corpori spectat
ad naturalem scienciam. maior patet ab aristotele hoc dicente in principio
de anima quod anima habet passiones communes corpori. ¶ Ad opposi-
tum sunt due rationes. quarum prima talis est ¶ Omnis forma cadens
in sciencia naturali est forma materie. omnis autem forma materie est
actus alicuius partis corporis. ergo omnis forma que cadit in sciencia na-
turali est forma materie et est actus alicuius partis corporis sed anima in-
tellectiva unita corpori non est huiusmodi. sicut patet in secundo. ergo anima
intellectiva unita corpori non spectat ad scienciam naturalem
maior patet quia talis forma solum coniuncta est motui et materi-
e. ¶ Secunda ratio hec est sicut scribitur in libro de ortu scienciarum
subiectum sciencie naturalis est corpus generabile corruptibile variabi-
le variis mutationibus sed anima intellectiva non est huiusmodi. ergo anima
intellectiva non potest esse subiectum in sciencia naturali. ergo anima in-
tellectiva unita corpori non spectat ad scienciam naturalem. minor
patet quia anima intellectiva non est generabilis nec corruptibilis. est
etiam invariabilis. ¶ Ad hoc dicendum est quod dupliciter est loqui
de anima intellectiva. Uno modo a parte sue substancie et unite sepa-
rate et sic est de consideratione methaphisice. ¶ Alio modo contingit
loqui de ipsa a parte unionis eius cum corpore et existen-
cie eius in corpore secundum quod movet corpus. et habet operatio-
nes communes cum corpore et sic spectat ad naturalem ad na-
turalem scienciam. quia naturalis sciencia considerat operationes et
passiones in materia et ita. hec sciencia de anima que est perfectivis(?)
speculationis naturalis est que est de anima unita corpori. ¶
ad primam rationem in contrarium inductam dicendum est quod forma materie est
duplex quedam est que distenditur secundum distensionem materie et quedam
que non. Et hec est duplex quia quedam est que determinat
sibi partem in corpore quantum ad operationes sicut anima vegetabilis
et sensibilis. alia autem est que non determinat sibi partem in cor-
pore quantum ad operationem. sed operatur non determinando sibi partem nec
et non alligatur organo. et talis est anima intellectiva et ideo
dicitur quod nullius partis corporis est actus. et de omni tali necesse est
quod sit sciencia naturalis propter operationes quas habet communes cum
materia et quas habet in materia. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod du-
pliciter est loqui de anima unita corpori vel a parte sue substancie vel a
parte illa qua est forma et a parte operationum quas exercet
in corpore. primo modo est anima intellectiva invariabilis et sic non spec-
tat ad scienciam naturalem. et a parte ista est unita corpori sed
a parte illa qua est forma. ¶ Questio Sextam questionem proceditur Questio VI.
et videtur quod corpus animatum sit subiectum in sciencia de anima per tres ratio-
nes quarum prima talis est. Sciencia enim ista non considerat passiones
anime separate sed passiones communes anime et corpori hoc autem passi-
ones causantur ab anima cum corpore ergo passiones hic inquisite cau-
santur ab anima coniuncta corpori et non ab anima solum sed illud est subiectum in sciencia
a quo causantur passiones. et probate in illa ergo anima solum non est
subiectum in hac sciencia sed anima cum corpore. hoc autem est corpus animatum
ergo corpus animatum est subiectum illius sciencie. ¶ Secunda ratio hec est. nulla forma
inquantum forma considerata per racionem ad materiam habet quod determi-
netur in sciencia et non sine materia sicut nec materia sine illa. sed anima considerata
in hac sciencia est forma corporis per relationem ad corpus ergo anima
non determinatur nisi per comparationem ad corpus. ergo compositum ex anima et
corpore hic determinatur. hoc autem est corpus animatum ergo corpus
animatum subiectum est in hac sciencia. ¶ Tercia ratio hec est. unumquodque subiectum
per predicationem totius sciencie denominat omnia subiecta in illa sciencia. sed
sicut vult agazel et avicenna subiectum sciencie naturalis est corpus
mobile in quantum mobile. ergo in qualibet parte sciencie naturalis sub-
iectum est corpus mobile cum aliqua differentia superaddita ergo in hac
sciencia subiectum est corpus mobile cum aliqua differentia superaddita non autem nisi(?)
cum illa que est animatum ergo subiectum in ista sciencia est corpus animatum
non anima. ¶ Ad oppositum due sunt rationes prima talis est dicit
aristoteles quod hec sciencia est de anima. et inquisitio in hac sciencia de
anima et hoc dicit in principio de anima nullam faciens de corpore
mentionem sed illud est subiectum in sciencia de quo est inquisitio in
sciencia ergo anima subiectum est in hac sciencia et non corpus animatum. ¶
Secunda ratio talis est. scribitur in principio de sensu et sensato quod
in libro de anima dictum est de anima per se. sed dicere de anima secundum
se est dicere quod anima sola sit subiectum in hac sciencia. ergo anima est
subiectum in hac sciencia et non corpus animatum. ¶ Ad hoc dicendum est quod
corpus animatum est subiectum in sciencia de anima sed intelligendum est quod
subiectum in sciencia est multis modis ¶ Uno modo appellatur subiectum
in sciencia illud individuale ad quod reducuntur et a quo fluunt
omnia in illa sciencia. et sic primum est subiectum in methaphisica quia omnia ad
ipsum reducuntur in illa sciencia tamquam ad primum principium individu-
ale sicut vult aristoteles solus enim deus videtur esse principium omnium
¶ Secundo modo appellatur subiectum in illa sciencia illud quod est per predicatio-
nem commune ad omnia in illa sciencia. et sic ens in quantum ens est
subiectum in methaphisica ¶ Tercio modo appellatur subiectum in sciencia illud

in quo radicantur omnia in illa scientia et de quo illud commune per prius predicatur. et sic subiectum in methaphisica est substantia quia in substantia fundantur omnia et de hac predicantur eius per prius. ¶ Quarto modo appellatur subiectum in scientia illud circa quod et ad quod applicatur scientia et sic causa vel cio civilis subiectum est in rethorica ex quo circa ipsam intencio eius involvitur. ¶ Quinto modo appellatur subiectum in scientia illud quod est subiectum eius tamquam instrumentum eius in quantum utitur et sic sillogismus est subiectum in logica. et oratio in gramatica. et oratio in rethorica in rethorica. ¶ Sexto modo appellatur subiectum in scientia illud racione cuius formaliter aliquid est subiectum in scientia illa. et sic anima est subiectum in scientia ista. non de quo est scientia sed racione cuius de aliquo est ista scientia. est enim de corpore animato non racione corporis sed racione qua ad animam comparatur de corpore non animato in vegetabilibus determinatur sed non in quantum refertur ad animam sed in quantum refertur ad partes suas et disposiciones suarum partium. et in libro de animalibus determinatur de corpore animato non in quantum refertur ad animam sed in quantum refertur ad complexionem suam et disposiciones suarum partium. In hac autem scientia determinatur de corpore animato in quantum refertur ad animam et ad operationem anime et per hoc solum principaliter in quantum. ¶ Ad secundam racionem dicendum est. quod determinare de anima secundum se est dupliciter. uno modo in sua relacione ad corpus. et sic non determinatur de anima secundum se in hac scientia. alio modo est determinare de anima secundum se scilicet prout est in corpore a parte operationum que ab ipsa incipiunt et diffunduntur ad corpus. et non a parte operationum que habent ortum a corpore sed habent ortum in corpore et sic determinatur de anima secundum se in hac scientia non tamen sine corpore et sic corpus animatum subiectum est in hac scientia.

Q[uesti]o vij.

¶ Circa septimam questionem queritur utrum de anima secundum omnem suam differentiam determinetur in hac scientia et videtur quod sic. quia omnis scientia que considerat operationes et obiecta omnibus differentie anime determinat de omni differentia anime sed hec scientia de anima est huiusmodi ergo in hac scientia determinatur de anima secundum omnem suam differentiam maior per se patet. minor patet quia in secundo de anima determinatur de operationibus obiectis et virtutibus anime vegetabilis et sensibilis. In tercio autem determinatur de operationibus obiectis et virtutibus anime intellective. ¶ Ad oppositum est hec racio. primo omnis forma que aliquius partis corporis est actus in eadem scientia cum corpore debet determinari sed alie differentie anime ab intellectiva sunt huiusmodi ergo debent in alia scientia determinari et non in eadem scientia cum intellectiva cum per oppositum se habeant. quia intellectiva nullius partis corporis est actus ergo in hac scientia non determinatur simul de omni differentia anime. ¶ Secunda racio hec est quia de vegetabilibus animalibus habent pro subiecto corpus animatum sed in libro de vegetabilibus determinatur de corpore animato perfecto anima vegetabili. In libro autem animalium determinatur de corpore animato perfecto anima sensibili ergo necesse est ponere ab illis scientiam in qua determinetur de corpore animato perfecto anima intellectiva hec autem est ista scientia. de anima ergo in ista scientia non determinatur de anima secundum omnem suam differentiam. sed solum de intellectiva. ¶ Ad hoc dicendum est quod quidam posuerunt quod subiectum in hac scientia non sit nisi corpus animatum anima intellectiva et posuerunt quod in libro de vegetabilibus determinatur de corpore animato anima vegetabili. In libro autem de animalibus determinatur de corpore animato anima sensibili. In hac autem scientia determinatur de corpore animato anima intellectiva. et si in hac scientia determinetur de aliis differentiis anime hoc est per accidens et prout sunt disposiciones ad intellectivam unde non principaliter determinatur hic de illis sed in aliis libris qui dicti sunt. hic autem de intellectiva principaliter dicendum est autem quod hic determinatur de anima secundum omnem suam differentiam. ¶ Ad primam ergo racionem in contrarium dicendum est quod duplex est forma quedam est forma quod est forma tantum. quedam est forma que est forma et substantia. prima forma non habet alias operationes nisi quas habet in materia. forma autem substantia habet alias operationes preter illas quas communicat a materia. cum illas in materia exercet et egrediuntur ab illa super materiam forma vero prima illam habet sicut in materia. unde habet illas et a materia et in materia. forma autem illa que habet operationes aliquas preter materiam ita quod non a materia potest cadere in alia scientia. quam materia. tales autem forma est anima vegetabilis et sensibilis que sunt forme substantie et propter hoc in alia scientia possunt cadere. quam corpora quorum sunt. ¶ Ad secundam racionem dicendum est. quod in corpore animato sunt est a se composito corporis et disposito partium eius et ordinato et ordinatio illarum et sic determinatur de corpore animato animalium et vegetabilium. sed in libro animalium determinatur hoc modo. de omni corpore sensibili tam bruti quam hominis. In libro autem vegetabilium determinatur hoc modo de omni corpore vegetabili secundum quod est in corpore animato. ¶ Vel secundum operationes anime que egrediuntur ab anima et terminantur ad corpus et sic determinatur in libro de anima de quolibet corpore animato et ideo intitulatur ab anima quia de ipso determinatur racione anime. et operationum eius. ¶ Iterum operationes que perveniunt corpori animato. a parte corporis et habent ortum a corpore et sic determinatur de corpore animato in minoribus libris ut in libro de sompno et vigilia de morte et vita. De inspiratione et respiratione quia sompnus vigilia. mors. vita. inspiratio et respiratio. incipiunt a corpore et sic patet quod non est alia scientia In qua determinetur de anima vegetabili cum corpore cuius est. sed in hac scientia determinatur de anima secundum omnem suam differentiam.

Q[uesti]o viij.

¶ Circa octavam questionem queritur quid hec forma anima cum sit forma. corporis potius facit scientiam separatam quam aliqua alia forma. obicitur. non sic. sicut se habet materia universalis et forma universalis ad scientiam. ita se habet forma particularis et materia particularis ad scientiam. sed in eadem scientia determinatur de

principium nature que sunt materia et forma et non faciunt scientiam separatam quia similiter corpus et anima non debent facere scientiam separatam. Hoc autem falsum est, quia in libro de vegetabilibus et de animalibus determinatur de corpore non referendo ipsum ad animam sicut visum est. Ad oppositum patet intentio per hoc quod in libro vegetabilium et animalium determinatur de corpore animato, hic autem de anima et operationibus eius. Ad hoc dicendum est quod duplex est forma, scilicet forma que est forma tantum et forma que est forma et substantia. Forma que est forma tantum non habet passiones sive operationes que ab ipsa egrediantur secundum se. Forma autem que est forma et substantia habet operationes et passiones preter materiam tamen, et etiam materia sua habet alias dispositiones suarum partium a principiis suis causatas que faciunt scientiam separatam, quas non est necesse quod simul cadant cum scientia de forma sua. Et ideo potest esse scientia separata de anima et de sua materia que est corpus. Sed non autem sic est de forma que est forma tantum que est principium nature, et propter hoc talis forma non facit scientiam separatam a sua materia, sed simul in eadem scientia determinatur, scilicet in scientia physicorum.

## Bonorum honorabilium notitiam opinantes et cetera.

Ex predeterminatis patuit notitia subiecti huius scientie et intentionis ipsius. Nunc autem intendendum est divisioni huius scientie in suas partes ut secundum speciales partium distinctiones vel singulorum intentio declaretur. Divisio. Recipit autem hec scientia divisionem in duas partes principales. In quarum prima determinantur quedam antecedentia preambula que autem substantiam scientie et eius necessitatem perstringunt. In secunda, scilicet in hac: Intendentes de anima necesse est simul dubitare de quibus bene dubitare oportet et cetera. Determinatur ex consequenti principale propositum huius scientie. Prima autem pars dividitur in duas. In quarum prima determinatur excellentia nobilitatis huius scientie propter quam aliis preponitur et iuvamentum quod omnibus scientiis affert. In secunda, scilicet in hac: Querimus autem cognoscere et considerare naturam ipsius et substantiam et cetera. Determinatur manifestatio eorum circa que est intentio in hac scientia et modus procedendi circa ipsam. Prima autem pars spectat ad presentem lectionem. Est igitur intentio in presenti lectione determinare excellentiam nobilitatis huius scientie propter quam aliis preordinatur et utilitatem quam affert aliis scientiis. Recipit autem hec pars divisionem in duas partes. In quarum prima determinatur excellentia nobilitatis huius scientie. In secunda, scilicet in hac: Videtur autem et ad omnem veritatem cognitio ipsius magnum proficere et cetera. Tangit iuvamentum quod affert omnibus scientiis. Prima autem dividitur in duas. In quarum prima tangitur duplex modus nobilitatis secundum quem una scientia excedit aliam. In secunda, scilicet in hac: Propter utraque hec et cetera. Concluditur quod per utrumque modum nobilitatis qui in hac scientia specialiter reperitur hec scientia est aliis preponenda. Pars autem secunda in qua tangit iuvamentum quod affert hec scientia omnibus scientiis dividitur in duas. In quarum prima tangitur iuvamentum quod generaliter hec scientia affert omnibus scientiis. In secunda, scilicet in hac: Maxime autem ad naturam et cetera. Tangitur speciale iuvamentum quod maxime affert hec scientia scientie vere naturali. Et huius reddit causam cum dicit: Est enim tamquam principium animalium et cetera. Divisionis recollectio. Sunt igitur in presenti lectione partes quatuor. In quarum prima tangitur duplex modus nobilitatis secundum quem una scientia ab alia differt in excellentia. In secunda concluditur propter utrumque predictorum in hac scientia specialiter repertum ipsam aliis esse preponendam. In tertia tangitur iuvamentum quod affert hec scientia omnibus scientiis generaliter. In quarta tangitur iuvamentum quod affert scientie vere naturali. Et subiungit huius causam. Hec autem est divisio huius partis. Sententia prime partis. De distinctione nobilitatis scientie. Circa primam partem procedit hoc modo. Dicit philosophus: Nos opinantes scientiam esse de genere rerum bonarum et honorabilium et assignantes differentiam unius ad alteram in nobilitate maiori vel minori secundum duos modos. Quorum unus est propter certitudinem et subtilitatem et confirmationem demonstrationis secundum quem una scientia meliori modo procedit quam alia. Alius autem modus est propter nobilitatem et honorem subiecti de quo est scientia. Sententia secunde partis de concludenda nobilitate huius scientie. Deinde concludit ex hiis quod propter utrumque modum nobilitatis narratum animam in primis ponamus. Et formatur sic sillogismus. Omnis scientia superans alias in certitudine et subtilitate demonstrationis et in subiecti nobilitate est aliis preponenda. Sed scientia de anima considerans est huiusmodi. Ergo scientia de anima considerans est aliis preponenda. Sententia tertie partis de iuvamento istius scientie ad alias. Consequenter tangit iuvamentum quod affert hec scientia omnibus aliis generaliter, dicens quod cognitio de anima habita magnum affert iuvamentum in omni cognitione veritatis. Sententia quarte partis est de speciali iuvamento ad scientiam naturalem. Postea tangit iuvamentum speciale quod affert scientie naturali, dicens quod hec cognitio maxime confert iuvamentum in scientia naturali. Et causam huius subiungit hoc modo. Omnis scientia que determinat de eo quod est principium animalium maxime affert iuvamentum in scientia naturali. Ex omnibus autem hiis elicitur talis sillogismus. Omnis scientia que generaliter affert iuvamentum ad omnem cognitionem veritatis et precipue in scientia naturali, eo quod subiectum eius sit principium animalium de quibus considerat maxima et nobilissima pars scientie naturalis, est omnibus scientiis preponenda et precipue scientie naturali et maxime illi parti eius que de rebus considerat animatis. Sed scientia determinans de anima est huiusmodi. Ergo scientia determinans de anima est omnibus scientiis preponenda et precipue scientie naturali et maxime illi parti eius que de rebus considerat animatis. Et sic manifestatur intentio huius partis. Ad maiorem autem evidentiam predictorum exquisitiones incidunt inquirende. Prima autem est de quo

paratione huius scientie ad alias scientias superiores et inferiores ratione excellentie nobilitatis et prioritatis. ¶ Secunda est de modo certitudinis secundum quam dicit auctor hanc scientiam maxime procedere. ¶ Tertia est de modis nobilitatis scientie quos tangit Aristoteles, quorum unus est a parte demonstrationis, alius est a parte subiecti. ¶ Quarta est de iuvamento quod affert hec scientia omnibus aliis scientiis. ¶ Quinta est quomodo anima sit principium animalium, sicut ponit in principio.

¶ de prima

¶ Circa primam sic proceditur et queritur de comparatione scientie de anima ad metaphysicam, que sit prior et nobilior, et videtur quod metaphysica sit prior et nobilior. ¶ Quia scientia dicitur nobilior et prior propter nobilitatem et prioritatem subiecti, sed subiectum metaphysice est nobilius et prius quam subiectum scientie de anima. ¶ Ergo metaphysica est nobilior et prior quam scientia de anima. ¶ Maior patet. ¶ Minor patet sic: subiectum quod superius nobilius est et prius, sed subiectum metaphysice est superius quam subiectum scientie de anima. ¶ Ergo est nobilius et prius ipso. ¶ Quod autem sit superius patet, quia subiectum metaphysice est ens in quantum ens; ens autem superius est ad omnia, sicut dicitur in libro de causis: Prima rerum creatarum est esse, quod latius est et communius et extenditur ultra substantias corporeas et incorporeas. ¶ Item est super alias et hoc confirmatur per Aristotelem in libro posteriorum dicentem quod universale est nobile et honorabile; ergo cum ens sit universalius quam anima, patet quod est nobilius quam anima et honorabilius, et ita prius. ¶ Secundo sic: subiectum metaphysice est triplex secundum diversos philosophos. Uno modo subiectum metaphysice illud principium a quo fluunt omnia, et sic deus est subiectum in metaphysica, quia ab ipso fluunt omnia de quibus est metaphysica. ¶ Secundum subiectum est illud in quo radicantur omnia in illa scientia, et sic substantia subiectum est in metaphysica. ¶ Tertium subiectum est illud quod est commune analogum ad omnia in illa scientia, et sic ens est subiectum in metaphysica. Sed primum subiectum est nobilius et prius quam anima et superius. Secundum autem subiectum et tertium nobilius est et prius quam anima et superius. Ergo quodlibet subiectum metaphysice est prius et nobilius quam anima. Scientia ergo metaphysice prior est et nobilior quam scientia de anima. ¶ Ad oppositum sunt rationes: illa scientia est nobilior et prior que est de principio motivo et effectivo omnium scientiarum. Scientia de anima est huiusmodi, ergo est nobilior et prior omni scientia et quam metaphysica. ¶ Maior patet. Minor patet quia scientia de anima est de anima; anima autem est subiectum motivum omnium scientiarum, quia quelibet scientia est in anima, et sicut effectivum, quia quelibet scientia est ab anima quia ipsam efficit. ¶ Item ratio hec est. ¶ Scientia metaphysice procedit secundum modum abstractionis et separationis et circa res abstractas et separatas. Omnis autem abstractio est ab anima et a potentiis eius; ergo non potest cognosci modus abstractionis nisi cognoscatur anima et eius differentie et potentie. Anima ergo prior est quam scientia metaphysice; ergo scientia de anima est nobilior et prior illa. ¶ Ad hoc dicendum est quod quidam dicunt quod scientia de anima nobilior est et prior metaphysica secundum utrumque modum coniunctim, scilicet quantum ad nobilitatem subiecti et certitudinem demonstrationis. Sed secundum alterum modum est metaphysica prior et nobilior, scilicet quantum ad nobilitatem subiecti, et non quantum ad certitudinem demonstrationis, quia scientia de anima procedit per causas manifestiores. ¶ Scientia autem metaphysice procedit per effectus qui procedunt de substantiis separatis, quarum multum sunt occulte et cause earum similiter; et ideo scientia de anima complectitur utrumque modum et propter hoc est nobilior metaphysica. ¶ Alia est positio quam videtur tangere Commentator, scilicet quod metaphysica est nobilior simpliciter quam scientia de anima, sicut ostendunt rationes. Quod autem ponit Aristoteles hanc scientiam esse nobiliorem et priorem, hoc non est per comparationem ad divina que sunt metaphysice, sed per comparationem ad naturalia que sunt sui generis. ¶ Tertio modo dicendum est quod in scientia est nobilitas dupliciter: uno modo a parte subiecti, alio modo a parte modi demonstrandi. ¶ A parte autem subiecti sunt multe nobilitates. Una est ratione prioritatis et generalitatis subiecti, et sic eius prius et nobilius quod extenditur supra omnia. ¶ Secunda est quod subiectum est principium omnium que in quibus scientia determinantur, et sic subiectum metaphysice quod est deus est prius et nobilius. ¶ Tertia est a parte status et preeminentie subiecti, secundum quod dicitur quod substantie separate sunt nobiliores quam coniuncte. ¶ Quarta est a parte principiorum radicatorum in subiecto scientie, per que possunt omnes scientie regulari et probari, et sic nobilius est subiectum metaphysice quod est substantia vel ens, quia in eo omnia principia radicantur omnium scientiarum. Et huiusmodi nobilitatis et prioritatis subiecti metaphysica nobilior est et prior a parte subiecti quam scientia de anima. ¶ Quinta autem nobilitas in scientia a parte subiecti est quia subiectum illius scientie est sustinens omnem scientiam, sine quo nulla scientia potest esse, et sic anima est subiectum omnis scientie et sine qua nulla scientia potest esse. ¶ Sexta est quia subiectum illius scientie est principium abstractionis omnibus scientiis et cognitionis verum; sic anima est principium omnibus abstractionis. Omnis autem scientia habetur per abstractionem, et quantum ad hoc est anima principium omnibus scientiis. Et huiusmodi duobus modis hec scientia de anima et suum subiectum precedit subiectum metaphysice et nobilius est, non in se, id est non a parte sue subiecti metaphysice, sed a parte qua subiectum metaphysice scitum est et prout cadit in scientia, quia non habetur cognitio de ipso sine anima. ¶ Septima nobilitas est a parte subiecti in aliqua scientia quia omnis scientia ordinatur ad subiectum illius scientie, et sic etiam scientia de anima nobilior est, et sic anima nobilissimum subiectum, quia propter animam est omnis scientia et ad ipsam ordinatur. ¶ Octava nobilitas in scientia est a parte subiecti quia suum subiectum est principium distinctivum omnibus scientiis; secundum eius partes et potentias omnes scientie distinguuntur, et omnes partes et potentie sunt in eodem scientiam, et sic etiam scientia de anima habet nobilius subiectum quam metaphysica. ¶ Nobilitas autem a parte modi demonstrandi est multiplex. ¶ Uno modo est scientia nobilior quam alia a parte modi demonstrandi quia procedit per causas superiores et priores et notiores quo ad naturam. ¶ Secundo modo quia scientia illa est regina omnium aliarum scientiarum et dirigens omnes alias et influens super omnes, et huiusmodi duobus modis est metaphysica nobilior et prior quantum ad modum demonstrandi quam scientia de anima. ¶ Tertio modo est nobilitas in scientia a parte modi demonstrandi quia illa scientia est procedens per ea que sunt priora quo ad naturam

et notiora nobis et sic scientia de anima nobilior est, procedit enim per omnia que certiora sunt nobis et priora quo ad naturam, prioribus et distinctionis, quia hoc modo actus et omnia precedunt potentiam. Methaphysica autem quantum ad substantias separatas non procedit per causas, set per effectus, quia cause non possunt capi ab intellectu humano quia excellunt. Quarto modo est nobilitas in scientia a parte determinandi, quia illa scientia procedit de rebus que sunt immediatiores anime cognoscenti et intelligenti, id est sibi et illud quod debet cognoscere substantiam et passiones eius, et sic scientia de anima nobilior est et certior et prior. Quinto modo quia illa scientia est de illis que sunt principia a quibus certitudinis et sine quibus non est possibilis in certitudine; hec autem sunt differentie anime et omnia, et propter hoc isto modo est ista scientia nobilior a parte modi determinandi quam methaphysica. In ista tamen ergo scientie scientia methaphysica est nobilior et prior. Instantia autem alio de quo dictum est scientia de anima nobilior est. Secundo queritur hoc de comparatione huius scientie ad mathematicas scientias secundum nobilitatem. Et videtur quod mathematice scientie sunt nobiliores quam ista, quia tria sunt negocia: unum est de separatis sicut methaphysica, alterum est de abstractis quodammodo et quodammodo coniunctis, tertium est de omnino coniunctis. Mathematice sunt de abstractis quodammodo, naturalis autem scientia et scientia de anima sunt de coniunctis. Sed quanto res sunt separabiliores a motu et materia tanto sunt nobiliores in se et in statu scientie. Sed res de quibus sunt mathematice sunt remotiores a materia quam res de quibus est ista scientia cum sit naturalis, ergo sunt nobiliores quam ea de quibus est ista scientia, ergo mathematice scientie sunt nobiliores ista scientia. Secunda ratio hec est: dicit Avicenna quod quedam sunt forme quas cum intellectus apprehendit, nec ante nec post eis apparet minimum, ut forme mathematice. Sunt alie quas cum inveniunt intellectus non apparet eis statim minimum sed secundum successionem et maximam diligentiam, ut sunt accidentia communia ut albedo. Sunt alie forme quibus statim apparet minimum ut sunt forme naturales. Forme ergo mathematice sunt clariores et altiores secundum naturam et intellectum omnibus aliis formis, ergo et nobiliores. Ergo sunt nobiliores quam anima de qua determinatur in scientia de anima; scientie ergo mathematice sunt nobiliores quam scientia de anima. Ad oppositum: substantia nobilior est quolibet accidente sicut vult Averroys in principio de anima. Sed mathematice sunt de accidentibus, scientia autem de anima est de substantia sicut de anima et corpore, ergo est de nobilioribus quam mathematice, ergo est nobilior illis. Secunda ratio hec est: omnis scientia cuius subiectum est principium et fundamentum omnium scientiarum per se et per suas differentias, a qua sumunt omnes alie certitudinem, est nobilior aliis et quantum ad nobilitatem subiecti et quantum ad modum determinandi. Hec est talis, ergo est nobilior quam mathematice. Ad hoc dicendum est quod quidam posuerunt quod mathematice scientie sunt nobiliores ista scientia de anima, et cum dicat Aristoteles quod hec scientia est nobilior, loquitur de ipsa per comparationem ad alias naturales solum. Dicendum autem est quod hec scientia est nobilior quam mathematice scientie. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod duplex est nobilitas in scientia: una est a parte subiecti, alia est a parte modi determinandi. Nobilitas autem a parte subiecti duplex est, quia una est a parte subiecti; duplex est quia una est a parte substantie eius et necessitatis et nature eius, alia est a parte modi abstractionis eius. Primo modo est ista scientia nobilior illis que sunt de accidentibus a parte subiecti, quia ista scientia est de substantia, ille vero de accidentibus. Alia causa est quia hec scientia est de anima que est principium abstractionis illius scientie. Tercia causa est quia hec scientia est de anima que est subiectum cuiuslibet scientie. Quarta causa est quia est de anima que per suas differentias est principium investigationis cuiuslibet scientie. A parte autem alia mathematice sunt nobiliores, set hec non est nobilitas simpliciter. A parte autem modi determinandi est nobilitas inter scientias duplex: uno modo quia illa scientia procedit per causas magis abstractas a sensibilibus et propinquiores intellectui, et sic mathematice sunt nobiliores a parte modi determinandi. Alio modo quia illa scientia procedit per viam que est propinquior nobis et nature, et sic hec scientia est nobilior a parte modi determinandi quam ille, quia omnia nature et operationes que sunt propinquiora nobis et in omni scientia sunt una determinandi, quia per omnia devenimus in scientiam et dirigimur, que determinantur in hac scientia, et procedit hec per illa. Tercio queritur hoc de comparatione huius scientie a parte nobilitatis ad scientiam physicorum, et videtur quod scientia physicorum sit nobilior scientia de anima et prior. Quia scientia est prior et nobilior que est de magis universalibus et prioribus, sed scientia physicorum est huiusmodi, ergo est prior quam scientia de anima; sicut ergo methaphysica est prior omnibus scientiis que sunt de parte quia ipsa est de omnibus, ita scientia physicorum prior est ista. Maior patet. Minor patet, quia scientia physicorum est de corpore non contracto, scilicet de corpore mobili simpliciter et communiter sumpto. Secunda ratio hec est: sicut dicit Aristoteles in methaphysica, illa scientia prior est que non se habet ex appositione quam illa que se habet ex appositione. Sed scientia physicorum non se habet ex additione, scientia vero ista se habet ex additione ad illam, quia addit animatum super corpus, ergo scientia physicorum est prior ista. Quod autem a parte modi determinandi deficit prior sic ostenditur: quia illa scientia est nobilior et prior a parte determinationis cuius principia supponuntur in alia scientia et influunt super eam. Sed scientia physicorum est huiusmodi respectu scientie de anima, quia scientia de anima supponit ab ea corpus et motum, ergo scientia physicorum a parte determinationis est prior quam scientia de anima. Ad oppositum est hoc quod dicit Aristoteles [illegible] in principio de anima. Secunda ratio hec est: illud subiectum scientie est nobilius quod est completum in genere universi, et propter quod facta sunt ea que facta sunt in universo; set homo est huiusmodi et anima rationalis, ergo homo est nobilius subiectum cuiuslibet scientie; ergo scientia de homine vel de anima rationali est nobilior qualibet scientia. Hec est ista scientia, ergo ista scientia est nobilior quam scientia physicorum. Minor patet, quia sicut dicunt auctores, elementa sunt propter mixtum, mixtum propter vegetabile, vegetabile propter sensibile, sensibile propter rationale, et in hoc est status. Ad hoc dicendum est: nobilitas in scientia duplex est: uno modo a parte subiecti, alio modo a parte determinationis, et similiter prioritas. Prima duplex est: quedam enim est prioritas et nobilitas subiecti in via generationis et complectionis, et sic corpus simpliciter

est autem corpus animatum. ¶ Est autem alia que est in via perfectionis et nobilitatis et sic corpus animatum prius est et nobilius quam corpus simpliciter quia ad ipsum ordinantur omnia corpora. Primo igitur a parte subiecti est scientia philosophorum prior ista. ¶ Secundo igitur scilicet a parte perfectionis et completionis cognitionis est ista scientia prior a parte subiecti. ¶ A parte autem modi dicendum quod hec prior illa. Consimiliter enim hec supponat quedam principia ab illa. Tamen modus de mundi in ista est certior quam in illa et sic ista simpliciter precedit illam. ¶ Quarto queritur circa hoc de comparatione huius scientie a parte nobilitatis ad scientiam celi et mundi. Et videtur quod scientia celi et mundi sit nobilior. Sit nobilior sic. ¶ Omnis scientia de incorruptibili est nobilior illa que est de corruptibili. Scientia celi et mundi est de incorruptibili quia est de corpore celesti quod est incorruptibile et ingenerabile. Scientia autem de anima est de corpore animato quod est generabile et corruptibile. Ergo scientia celi et mundi nobilior est ista.

¶ Secundo videtur hoc esse sicut vult Aristoteles. Corpora superiora videntur nobiliora quam inferiora. Ergo sunt nobiliora quam inferiora corpora. Sed nobiliora quam corpus animatum de quo determinatur de in scientia de anima. In libro autem de celo et mundo de corporibus superioribus. Ergo scientia que est de celo et mundo quam scientia de anima. ¶ Ad oppositum est illud quod testatur Aristoteles in principio de anima quod hec scientia nobilior est aliis secundum utrumque modum. ¶ Secundo videtur hoc esse. Sicut se habent subiecta ita se habent scientie. Sed omnes res naturales corporales ordinantur ad corpus animatum sicut vult auctor. Sed omnes scientie sunt propter scientiam de corpore animato et ad ipsam ordinantur. Sed scientia de anima est de corpore animato. Ergo ad ipsam alie ordinantur. Omnis talis est nobilior. Ergo ista scientia est nobilior quam scientia celi et mundi. ¶ Ad hoc dicendum est quod hec scientia certior est. Scientia celi et mundi quantum ad modum quia per certiorem modum procedit. ¶ A parte autem subiecti est multiplex nobilitas. ¶ Uno modo quia subiectum illud est incorruptibile et sic subiectum scientie celi et mundi est nobilius quia est incorruptibile quia est de corpore celesti quod est incorruptibile. ¶ Alio modo dicitur subiectum nobilius quia est completius finaliter et ad ipsum stat intentio in natura et sic homo nobilius est subiectum et sua scientia nobilior que est scientia de anima. ¶ Tertio modo quia illud subiectum habet nobiliorem perfectionem et sic corpus humanum vel anima tamen nobilius est quolibet corpore. ¶ Quarto modo quia ad meliorem finem ordinatur et secundum finem mediante ordinatur ad primum. Et sic corpus humanum et anima sua nobilius est. ¶ Primo ergo modo scientia celi et mundi nobilior est ista a parte subiecti. Aliis autem tribus modis scientia de anima nobilior est illa a parte subiecti. ¶ Quinto queritur circa hoc de comparatione huius scientie ad moralem a parte nobilitatis. Et videtur quod moralis nobilior sit sic. ¶ Omnis scientia que nobiliori modo unit nos illa est nobilior. Moralis est huiusmodi quia unit nos creatori quia docet nos qualiter habebimus virtutes per quas unimur creatori. Ergo scientia moralis est nobilior quam scientia de anima. ¶ Secundo videtur hoc esse. Dicitur ut tantum quodque dignum est unumquodque a fine denominari. Qui enim aufert finem aufert bonum sicut dicit Boetius. Ergo scientia que nos ordinat ad finem nobiliorem nobilior est. Scientia moralis est huiusmodi quia unit nos creatori et vite eterne sicut dicit Algazel. Ergo scientia moralis est nobilior quam scientia de anima. ¶ Ad oppositum ista nobilior est operationibus illarum. Alia enim scientia ista est de substantia anime. Moralis autem de operationibus anime que ab anima egrediuntur ut de virtutibus et operibus nostris. Ergo ista scientia nobilior est quam scientia moralis. ¶ Secundo videtur hoc esse. Quedam res egrediuntur in esse preter opus nostrum et de talibus est scientia speculativa sicut dicit Avicenna. Sunt et alie res que exeunt in esse per opus nostrum et de talibus sunt scientie practice vel morales. Res autem que non sunt ab opere nostro sunt nobiliores et priores quam res que sunt ab opere nostro. Ergo cum scientia de anima sit de rebus que non sunt ab opere nostro. Scientia autem moralis sit de rebus que sunt ab opere nostro. Videtur quod scientia de anima sit nobilior quam scientia moralis. ¶ Quia autem res que sunt ab opere nostro sunt posteriores. Hoc patet quia nos sumus ultimum in natura. ¶ Ad hoc dicendum quod nobilitas scientie est duplex. ¶ Uno modo a parte subiecti. ¶ Alio modo a parte modi procedendi. ¶ A parte autem modi procedendi scientia de anima nobilior est quam scientia moralis quia procedit via notissima et perfectissima. Moralis autem procedit typo et figuraliter quia est de operibus nostris. ¶ In subiecto autem est duplex nobilitas. Uno modo quia prius est et plus procedit participat naturam essendi et causalitatis et sic subiectum scientie de anima prius est quam virtus que est subiectum moralis et nobilius quia anima est causa virtutum et sic scientia de anima est nobilior illa. ¶ Secundo modo dicitur subiectum nobilius quia ad meliorem finem nos ordinat et sic virtus nobilior est et scientia de virtute et secundum hoc modo nobilior est. ¶ Item notandum est quod comparatio est duplex scilicet scientie ad scientiam et subiecti ad subiectum. ¶ Uno modo scientia autem est nobilior alia tripliciter aut quia est de nobiliori aut quia est nobiliori modo tradita aut quia ad meliorem finem ordinat. Primis duobus modis est scientia de anima nobilior. Tertio autem modo est scientia moralis nobilior. Comparando autem subiectum ad subiectum sic scientia de anima nobilior est quia suum subiectum est nobilius et sic simpliciter loquendo scientia de anima nobilior est illa. ¶ Ad obiectum autem in contrarium dicendum est quod ordo respectu finis nobilioris tria aspicit scilicet ordinans et quod ordinatur et medium sive dispositionem ordinandi. Ordinans vero ad meliorem finem est primum quia est dans ipsum. Illud autem quod ordinat est anima. Medium autem vel dispositio ordinandi est virtus que dispositio non est nobilior subiecto. Sicut agente quia causantur ab illis ab uno sic existente et differente sicut a Deo ab alio sic operante scilicet ab anima. ¶ Sexto queritur circa hoc que scientia sit nobilior aut ista scientia aut sermocinalis scientia que est logica. ¶ Et videtur quod logica quia omnis scientia cuius possibilitas virtus ad plura se extendit est nobilior. Sed scientia sermocinalis est huiusmodi. Ergo est nobilior ista. Minor patet quia sermocinalis scientia dirigit

omnes scientias. Secunda ratio hec est: illa scientia est nobilior et prior que est de communioribus; sed logica est huiusmodi; ergo est nobilior. Ista minor patet, quia logica est generalis indeterminata et est de omnibus sicut vult Aristoteles. Ad oppositum sic: omnis scientia que est de rebus nobilior est illa que est de signis, quia res nobilior est signo. Sed scientia de anima est de rebus, scientie sermocinales ut logica sunt de signis; ergo scientia de anima nobilior est quam logica. Secunda ratio hec est: omnis scientia propter quam alia est et cui alia famulatur est nobilior et alia vilior; hec sunt verba Aristotelis in methaphysica. Sed scientia de anima est huiusmodi respectu scientie sermocinalis, quia scientia sermocinalis est propter ipsam et propter naturales, quia sermocinales scientie non sunt propter se sed propter alias; ergo scientia de anima nobilior est quam sermocinalis vel logica.

Solutio. Ad hoc dicendum est quod ista scientia est simpliciter nobilior logica vel scientia sermocinali. Ad rationes in contrarium dicendum est quod aliqua scientia dicitur esse nobilior altera dupliciter sive multipliciter. Uno modo quia est de nobiliori subiecto et magis perfectiva intellectus est et magis est finis ad ipsam, et hec est nobilitas simpliciter. Et hoc modo scientia de anima nobilior est sermocinalibus et aliis ut visum est. Secundo modo dicitur scientia nobilior alia in via dispositionis et inquisitionis scientie, quia scilicet disponit intellectum ad generationem scientie et ad inquisitionem, cum ipsa docet modum cognoscendi et operandi circa scientiam, et sic logica est nobilior scientia vel sermocinalis. Sed hec non est nobilitas simpliciter sed diminuta vel proxime, et ideo scientia de anima est nobilior simpliciter quam logica vel sermocinalis scientia; illa autem est nobilior secundum quid.

Questio ii. Circa secundum principale queritur sic, et queritur de certitudine huius scientie, utrum scilicet in certissimo procedat, et videtur quod non, quia substantie spirituales non cadunt in sensum per se, sed omnis nostra scientia et cognitio a sensu incipit; cum ergo anima sit substantia spiritualis, per se non cadit in sensum neque in scientiam et cognitionem nostram; ergo nostra cognitio non est certa de anima; scientia ergo de anima non est certior aliis nec in certissimo procedit. Secunda ratio hec est: operationes anime posteriores sunt quam obiecta et obiecta quam potentie; ergo cum hec scientia procedat per obiecta ad potentias et per hec ad substantiam anime, que est prior, procedit per posteriora et non per causas; illa autem talis scientia est certissima nec in certissimo procedit; ergo scientia de anima modo certissimo non procedit. Ad oppositum: omnis investigatio scientie est huiusmodi initium ab obiectis anime, et sic habetur in principio methaphysice; ibi enim dicitur quod investigatio scientie procedit per operationes sensibiles; illa ergo scientia que procedit per obiecta anime habet maximam certitudinem; sed scientia de anima est huiusmodi; ergo habet maximam certitudinem et in ergo certissimo procedit. Secunda ratio hec est: illa scientia est certissima que procedit per illa que sunt proximiora virtutibus anime et intellectus, que secundum gradus procedit ab obiectis virtutum inferiorum usque ad obiecta virtutum superiorum; scientia enim predicta procedit per ea que nota sunt quantum ad virtutes superiores et inferiores; talis autem est scientia de anima; ergo scientia de anima certissima est et in certissimo procedit.

Solutio. Ad hoc dicendum est quod hec scientia certissima procedit, quia procedit per obiecta previa in quibus scientia que in nostra scientie acquisitione notiora sunt. Secunda causa est quia est de anima et de virtutibus anime, que in quibusdam scientia est causa certitudinis et principium. Tercia causa est propter rerum propinquitatem que cognoscuntur ad animam; omnia enim que determinantur in hac scientia proximiora sunt anime cognoscenti quam in alia scientia, et ideo est certissima. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod substantie spirituales dupliciter considerantur: vel a parte sui, et sic non cadunt in cognitione primo, et non est defectus a parte ipsarum sed a parte nostra; vel possunt considerari a parte suarum operationum, et sic cadunt in cognitionem, et sic cadunt in scientiam nostram. Ad secundam rationem dicendum est quod prius est dupliciter, scilicet prius tempore et prius natura. Prius autem natura dupliciter: uno modo est prius natura in via generationis et impletionis. Secundo modo est prius in via distinctionis et cognitionis et completionis. Primo modo potentie sunt potencie priores. Secundo modo obiecta priora et actus, et sic ista scientia procedit a prioribus quantum ad distinctionem et completionem et cognitionem, et propter hoc est certissima.

Questio iii. Circa tercium queritur de modis nobilitatis quos tangit Aristoteles in scientia de anima. Sicut enim est nobilitas a parte subiecti et a parte modi demonstrandi, ita est nobilitas a parte finis; hac enim nobilitate est scientia moralis nobilior. Item sicut dicit Boetius, qui enim aufert finem aufert bonum; sed omnis nobilitas est a parte bonitatis; ergo est a parte finis; quare ergo propter quid non tangit huiusmodi nobilitatem in littera.

Solutio. Ad hoc dicendum est quod nobilitas a parte finis non debet attendi in scientiis speculativis, sed in scientiis practicis et activis.

Contra. Secundo queritur circa hoc, cum cause dividantur et nobilitas sit et distinguatur a parte causarum, cum tangat nobilitatem a parte cause materialis, scilicet subiecti nobilitatem, queritur propter quid non tangit nobilitatem a parte cause efficientis.

Solutio. Ad hoc dicendum est quod causa efficiens duplex est: quedam interior et quedam exterior. Interior in scientia est medium scientiam faciens, et a parte illius efficientis est in scientia nobilitas; sed illa nobilitas reducitur ad certitudinem modi demonstrationis, et ideo hanc non tangit. Causa autem efficiens exterior est sicut actor tradens scientiam; sed hec causa est duplex, quia quedam operatur scientiam secundum exigentiam rei, et si excedit exigentiam facit, et talis non ponit nobilitatem in scientia nisi [illegible] non dicatur hoc fecit Aristoteles. Est autem alia que secundum suam exigentiam operatur et influit bonitatem suam scientiam, ut efficiens legis divine, que denominatur nobilis ab illo, scilicet a deo, quia divina appellatur. Efficiens autem huius scientie non est talis, sed est efficiens quod secundum exigentiam rei tradit scientiam, et ideo in hac non est nobilitas a parte ipsius, et ideo non tangit nobilitatem a parte efficientis.

Contra. Tercio queritur circa hoc propter quid non ponit nobilitatem a parte passionis

sic a parte sui vel medii vel modi demandi sive demonstrationis. ¶ Ad hoc dicendum est quod nobilitas passionis reducitur ad sui nobilitatem et cause quia passio elicitur a principiis sui et ideo contingit nobilitatem sui non contingere illam. ¶ Quarto queritur hoc quod causa formalis propter quid non tangit nobilitatem a parte cause formalis. ¶ Ad hoc dicendum quod causa formalis in scientia est modus demandi et ideo hec nobilitas ad nobilitatem modi demandi reducitur et ideo contingit nobilitatem modi demandi satis per hoc tangere nobilitatem cause formalis. ¶ Consequenter queritur utrum hec scientia de anima influat iuvamentum et certitudinem super alias scientias et videtur quod non. ¶ Quia illa scientia que est superior aliis et plurium certior principiorum influit certitudinem super alias sed talis est metaphysica et non scientia de anima. ergo scientia metaphysica influit necessitatem super alias et non illa scientia. ¶ Secunda ratio hec est. ordo est in scientiis ita quod scientia subalterna recipit influentiam ab ea illa que supra ipsam est sed scientia de anima subalternata est scientie naturali superiori sicut scientie philosophorum et metaphysice ergo ab aliis ipsa recipit influentiam et certitudinem et non dat aliis certitudinem. ¶ Ad oppositum est illud quod dicit Aristoteles in littera in principio de anima. ¶ Secunda ratio hec est. scientia metaphysica est de rebus separatis. Res autem separate non cognoscuntur nisi a solo intellectu ergo necesse est quod scientia de intellectu det influentiam et iuvamentum ad acceptionem scientie metaphysice et sic influit certitudinem super ipsam. ¶ Ad hoc dicendum est quod sicut dicit commentator scientia de anima affert maximum iuvamentum ad omnes et primo ad naturales est enim pars nobilissima scientie naturalis. Nobilissima enim pars scientie naturalis est de corporibus animatis et propter hoc affert iuvamentum naturali. ¶ Secundo quia anima est principium omnium rerum animatarum et secundum exigentiam anime sunt partes et principia in omnibus rebus animatis. ¶ Affert similiter iuvamentum morali quia ei affert multa principia per que regulantur civitates et domus et quia ei affert cognitionem tam sensitivam quam intellectivam. ¶ Item affert iuvamentum scientie divine et metaphysice et mathematice quia eis affert modum abstractionis et separationis que ab anima est. ¶ Tertium iuvamentum commune quod affert est quia ista scientia talis est quod per ipsam acquiritur cognitio principiorum et cause cognitionis et firme certitudinis in omni scientia et propter hoc ista scientia influit super omnes alias. ¶ Ad rationes simul respondendum est quod scientia influit super aliam quattuor modis. ¶ Uno modo quia per ipsam regulatur et dirigit intellectum ad propositum in omni scientia et sic divina scientia influit super alias. ¶ Secundo modo influit scientia super scientiam conferendo ad subiectum principiorum que considerat et que confirmat conferendo ad subiectum suum cum subiectum suum sub se comprehendat subiecta omnium scientiarum et hoc modo metaphysica influit super alias suum enim subiectum communissimum est scilicet ens. ¶ Tertio modo influit scientia super scientiam quia scientia sequens illam supponit aliquid ab ea et sic scientia philosophorum influit super scientiam de anima.

¶ Quarto modo influit scientia super aliam quia per eam habetur principium abstractionis cuiuslibet scientie et potius principiorum et certitudinis in qualibet scientia et hoc modo ista scientia influit super omnes alias certitudinem. ¶ Circa quintam questionem queritur utrum anima sit principium animalium et videtur quod non. sic. principium naturale precedit illud quod egreditur a principio. corpus autem precedit animam naturaliter ergo anima non est principium corporum ergo nec animalium. ¶ Ad oppositum est illud quod ponit Aristoteles sed non ponit quod sit principium compositi scilicet corporis animalis. ¶ Ad hoc dicendum est quod anima est principium corporis animati et hoc propter plures causas. ¶ Una est quia complet corpus animatum. ¶ Secunda est quia continet ipsum et conservat. egrediente enim anima a corpore corrumpitur corpus et marcescit sic habetur in fine primi de anima. ¶ Tertia causa est quia anima movet ipsum corpus animatum. ¶ Quarta causa est quia anima actualis existentia anime inest sit organizatio corporis secundum exigentiam anime. ¶ Ad obiectum in contrarium dicendum est quod prius est dupliciter uno modo in via generationis et complectionis et sic corpus prius est quam anima. alio modo est prius in via complectionis et perfectionis et sic anima prior est corpore. et sic in via complectionis potest esse principium corporis eius. ¶ Secunda questio est contra hoc quod dicit quod anima est quodam modo principium et non dicit quod sit simpliciter principium quia videtur quod anima sit simpliciter principium corporis quia motor simpliciter est principium mobilis sed anima simpliciter est motor in corpore ergo est simpliciter principium corporis animati. ¶ Secunda ratio hec est forma simpliciter est principium compositi. anima est forma simpliciter corporis animati ergo est simpliciter eius principium. ¶ Ad hoc dicendum est quod anima est principium corporis animati. Dicitur autem quodam modo esse principium propter duas causas. Una causa est quia principium proprie est illud quod est efficiens. anima autem non est efficiens corporis sed motor eius et operationis et propter hoc quodam modo est principium. ¶ Secunda causa est quia principium proprie est ex elementis aut intrinsecum est causa vero que est ad ista anima vero est intrinseca et propter hoc dicit quod anima est quodam modo principium. ¶ Tertia questio est hoc est utrum anima sit principium omnibus corporibus ut ponatur anima forma prima in rebus naturalibus et videtur quod sic omnes dispositiones naturales ordinantur ad ultimam formam ut ad finem et ad quod stant et illud est forma formarum sed omnia corpora ordinantur ad animam et similiter omnes dispositiones naturales sic dicit auctor ergo anima est prima forma omnium corporum. ¶ Secunda ratio hec est. sic habetur in secundo de anima omnia corpora sunt instrumenta nature anime sed anima est in corpore quod est eius instrumentum ergo anima est in omnibus corporibus sed anima est in corpore sicut forma in materia ergo anima est forma omnium corporum prima. ¶ Ad oppositum. si enim anima esset prima forma omnium corporum sic omnia corpora essent animata. hoc autem falsum est ergo anima non est prima forma omnium corporum. ¶ Secunda ratio hec est ea quorum anima est forma et principium se ipsis moventur quia habent in se principium sufficiens sui motus. sed multa sunt corpora que non movent se ipsis ergo anima non est prima forma omnium corporum.

Et ad hoc dicendum est quod principium formale primum in aliquo genere est multiplex. Uno enim modo dicitur forma prima exemplaris forma divina in qua omnia relucent tamquam in cognoscente et a qua egrediuntur tamquam ab efficiente et sic primum est prima forma divina. Alio modo dicitur prima forma scilicet forma communis per predicationem que non est natura aliqua extra set est similitudo nature et hoc modo posuit Avicenna et actor fontis vite unam primam formam in genere substantie que est illa que predicatur de omnibus substantiis. Tercio modo dicitur forma prima scilicet forma illa que inter formas corporales nobilior est et secundum eius accessum vel recessum corpora plus habent vel minus de forma et sic lux est prima forma. Quarto modo dicitur forma prima que in genere nature est nobilissima et ad quam omnes alie ordinantur et propter quam sunt et sic anima dicitur esse forma prima quia propter animam sunt omnes forme naturales. Quinto modo dicitur forma prima scilicet forma illa que per suam distensionem unam secundum numerum perficit ita ut distendatur per materiam corporalem et illam et partes eius perficiat et hoc modo non est possibile esse unam primam formam in natura et hoc modo anima non est prima forma omnium corporum set alio modo

Distinctio secunda huius capituli de assignatione eorum que de anima intenduntur in hac scientia. Continuatio intensionis. Inquirimus autem cognoscere naturam ipsius et substanciam et cetera. In parte precedenti determinata est excellentia nobilitatis huius scientie que est ratione certitudinis demonstrationis et ratione nobilitatis subiecti. Et tacta est utilitas quam affert hec scientia omnibus scientiis et maxime scientie rerum naturalium. In hac autem parte manifestatur intensio circa subiectum huius scientie et circa ea que de ipso in hac scientia sunt inquirenda. Divisio. Recipit autem divisionem in duas partes. In quarum prima tangitur manifestatio intensionis circa subiectum huius scientie et proprietates eius. In secunda scilicet in hac. Primum autem necesse est fortassis dividere in quo genere sit et cetera. Tangitur manifestatio eorum que primo circa ipsam animam et eius proprietates sunt querenda et modus procedendi circa ipsa. Prima autem pars continuatur ad presentem lectionem et sic patet circa quid est intensio in hac parte. Intendit enim in ipsa manifestationem intensionis huius scientie circa suum subiectum et circa eius proprietates. Recipit autem divisionem in duas partes. In quarum prima tangitur manifestatio predicta. In secunda scilicet in hac. Omnino autem et penitus difficillimorum est habere aliquam fidem de ipsa et cetera. Tangitur difficultas incidens circa cognitionem substantie anime que in hac scientia proponitur inquirenda. Prima autem pars habet duas particulas. In quarum prima manifestatur intensio huius scientie circa subiectum scilicet circa substantiam anime. In secunda scilicet in hac. Postea que accidunt circa ipsam et cetera. Tangitur intensio circa eius proprietates. Secunda autem pars in qua tangitur difficultas circa cognitionem anime dividitur in duas partes. In quarum prima tangitur difficultas illa. In secunda scilicet in hac. Est enim sit communis questio multis aliis et cetera. Tangit actor causam illius talis difficultatis. Prima pars indivisa manet. Secunda autem dividitur in duas. Causa enim inquirendi difficultatis est quod inquirens utrum cognitio diffinitionis substantie pertineat ad unam scientiam communem a qua omnis alie scientie modum diffiniendi suscipiant. Cum singule scientie habeant proprium diffiniendi modum. In prima igitur parte tangitur causa difficultatis que accidit circa primam partem. In secunda scilicet in hac. Si autem non est una et communis scientia et cetera. Tangitur causa difficultatis quantum ad alteram partem. Divisionis recollectio. Sunt igitur in lectione presenti partes quinque. In quarum prima parte tangitur intensio circa substantiam anime. In secunda tangitur intensio circa eius proprietates. In tercia tangitur difficultas incidens circa cognitionem substantie anime. In quarta tangitur causa difficultatis secundum quod ponitur una scientia communis modum generalem diffinitionis determinans. In quinta tangitur causa difficultatis secundum quod ponitur pars opposita ut non sit scientia communis huiusmodi modum tradens set singule proprium obtineant modum. Hec autem est divisio generalis huius partis. Sententia prime partis de manifestatione intensionis circa substantiam anime. Circa primam partem procedit hoc modo inquit philosophus inquisito nostra est considerare ratiocinando et agnoscere causas assignando secundum naturam anime secundum quam est principium motus et operationis et eius substantiam ratione sue diffinitionis secundum quam diffinitur perfectio corporis organici talis et sic tangit intensionem suam circa substantiam anime. Sententia secunde partis de intensione circa proprietates anime. Postea tangit intensionem suam circa anime proprietates dicens. Postea proponimus inquirere accidentia anime que in parte tradit ista scientia. Consideratio substantia cognoscatur et natura et eius proprietates. Et tangit diversitatem accidentium anime dicens. Quedam accidentia anime quedam videntur proprie eius passiones. Et sunt ille in quibus anima non operatur mediante corpore et partibus eius sicut est ymaginatio intellectiva et consimiles. Quedam sunt communes anime et corpori sicut illa quas anima per operationem exercet mediante corpore et partibus eius sicut est operatio virtutis concupiscibilis et irascibilis que per utrumque completur. Et tangit accidentia communia que in animalibus per animam et sic tangit diversitatem accidentium communium. Quorum quedam insunt corpori per animam sicut operationes sensuum et ymaginationis. Quedam autem insunt anime per corpus sicut sompnus et vigilia et sitis. Sententia tercie partis de difficultate circa predicta. Consequenter accedit philosophus ad illam partem in qua tangit difficultatem cadentem circa cognitionem substantie anime dicens. Quod omnino et penitus difficilimum est habere certam cognitionem de ipsa. Sententia quarte partis de causa difficultatis scilicet si scientia communis circa predicta consistitur. Deinde tangit causam difficultatis dicens quod difficile est cognoscere

sciam aie et silr sciam cuiuslibet rei eo quod quilibet inquirens de
sui quid est et hec est questio diffinitiua est communis omnibus. Et
tangit causam difficultatis secundum quod cognitio nec diffinitiue cadit
in aliquam scientiam communem. Dicens ergo fortassis uidebitur alicui
quod sit una scientia communis de omnibus que uolumus cognoscere diffinitionem
substantie inquirere. et hec uero innuit ratione cum dicit. Sic est et
que est secundum accidens etc. Et ideo sic exponitur. Sicut co
gnitio accidentium comparatur ad scientiam ipsum considerans. Similiter cognitio
diffinitionis comparatur ad scientiam diffinitiuam. Sed cognitio accidentium
cadit in eandem scientiam communem demonstratiuam. et iterum singule
scientie demonstratiue particulares habent demonstrationes de passionibus propriis
propter a superiori scientia regulatione recipiunt. ergo similiter se habet
cognitio diffinitionis ad scientiam diffinitiuam. Deinde tangit
difficultatem cum dicit. Omnino querendum est etc. Et est
talis. Ubique querendum est que sit illa scientia communis et ualde
difficile est ipsam assignare. Summa quare partis de causa
difficultatis si scientia communis esse predicta non constituatur. Quando
tangit difficultatem et causam eius inuenimus si non sit pre
dicta scientia communis. Sed quelibet scientia proprium modum diffiniendi con
sideret. Dicens ergo si non est una scientia communis modum uni
uersalem diffinitionis considerans. Tunc accidit maxima difficul
tas esse tale negocium et exprimit causam difficultatis cum di
cit. Oportebit enim etc. Et est causa talis. Quia tunc oporte
bit ut quelibet scientia eligat sibi modum diffinitiuum. Deinde
inde mouet questionem super hoc. et difficultatem exprimit
cum dicit. Si autem manifestus sit etc. Et est ergo dato quod
quelibet scientia habeat proprium modum diffiniendi tunc queritur quis sit
ille modus. utrum diffinitiuus aut diuisiuus. an aliquis alius
sic est modus compositiuus secundum quem procedit ipse in secundo tra
ctatu posteriorum analeticorum. Et ex omnibus autem multe accidunt
dubitationes et errores ex quibus multe occurrunt questiones et
difficiles. Deinde tangit causam ortus harum dubitationum
cum dicit. Alia enim aliorum sunt principia etc. Et est causa ta
lis est. ad hoc ut scientia quelibet diuersa sunt modum habeat dif
finiendi oportet cognoscere principia omnium et diuersitatem ipsorum
eo quod diuersorum sunt diuersa principia sicut alia sunt principia
numerorum et alia sunt principia superficierum. Isto enim est suf
ficiens cognoscere diffinitionem nisi et propria principia cog
noscantur quia diffinitiones sunt ex principiis. Sed hoc est
ualde difficile in qualibet scientia. ergo difficile est in qualibet
scientia habere uiam diffinitionis esse omnibus. Et in hiis
completur manifestatio huius partis. Ad maiorem autem ex
pressionem eorum que philosophus intendit in parte ista. Decem
queruntur questiones. Prima autem est utrum sit aliqua communis scientia
que determinet uniuersalem modum diffinitionis regulans omnes in uia
diffinitiua. Secunda est supposito quod sit necesse hec scientia que
sit illa. Tertia est de comparatione scientie diffinitiue et diuisiue
et collectiue ad inuicem. Quarta est cum rei proprie et p

Questiones

se competat cognitio diffinitiua. Quinta est secundum quam
uiam procedit cognitio scientie diffinitiue. Sexta est cum
rei proprie competit cognitio demonstratiua et diffinitiua cum utrum
uia in rerum cognitione sit necessaria. Septima est quomodo
cognitio diffinitiua competat anime. Octaua est quomodo
anima habeat intensionem nature et substantie. Nona est de
distinctione accidentium anime quorum quidam dicunt propria et quidam
communia. Decima est de modo procedendi esse cognitio
ne substantie anime et accidentium utrum incipiat ab eius substantia an
ab eius accidentibus. Et primam questionem proceditur sic et o
stenditur quod sit una scientia communis que docet modum diffiniendi
generaliter in omni scientia per duas rationes. Quarum prima talis est mul
tiplex est cognitio. scilicet cognitio diffinitiua et cognitio demonstrati
ua. Diffinitio uero fit per principia uel demonstratio autem per cau
sas uel sed est aliqua communis demonstratiua que docet modum de
monstrandi in qualibet scientia et regulat omnes in modo demonstrandi ergo debet
esse aliqua communis scientia que doceat et regulet omnes alias
scientias in modo diffiniendi. Secunda ratio hec est si enim non sit
una communis scientia que regulet omnes alias scientias in modo dif
finiendi tunc quelibet scientia habet proprium modum diffiniendi sed
tunc est difficultas intellectui ad cognoscendum quem modum
diffiniendi habeat ista scientia et illa. ergo si per scientiam non re
gulatur intellectus de hoc indirecte esse modum diffiniendi pro
cedit cum ergo scientia sit propter directionem intellectus necesse est po
nere aliquam scientiam que regulet intellectum communiter. in omni
bus scientiis in modo diffiniendi. Ad oppositum sunt due
rationes. Prima talis est. diffinitio datur per uera uel prin
cipia sed uera uerum principia non sunt eiusdem nature ergo
et diffinitiones diuerse ergo cum diuerse scientie sint de diuersis rebus
que habent diuersa principia diuersimode diffinient et diuersas
habebunt diffinitiones sic ergo uera uerum principia non reducuntur
ad unum ita nec scientie quantum ad suas diffinitiones. ad idem et
unum non reducentur. Isto est ergo una communis scientia a qua
omnes alie accipiant modum diffiniendi. Secunda ratio hec
est. sicut dicit commentator super metha[physicam]. ars logica non
est uniuersalis omnibus scientiis sed si esset aliqua scientia que doceret
modum diffiniendi omnibus scientiis hec esset quemadmodum
logica cum ipsa doceat modum procedendi in aliis ergo cum
hoc sit falsum ergo non est uniuersalis aliis uidetur ergo non sit
aliqua scientia communis de modo diffiniendi in omnibus scientiis.
Isto ad hoc dicendum est ergo necesse est ponere unam scientiam commu
nem que doceat modum diffiniendi communem. in qualibet sci
entia et a qua quelibet scientia accipiat modum diffiniendi
et que tradat communiter principia diffinitionis et que
sit illa scientia iam patebit. Et concedo rationes ad hoc in
ductas. Ad rationes in contrarium dicendum est et primo ad primam
ergo uel dupliciter consideratur uno modo prout sunt sub suis
principiis propriis. Alio modo prout sunt sub suis propriis

Questio prima

Questio 2a

Isto

Isto

64

principiis communibus. Res autem prout considerantur secundum suis principiis
communibus eundem habent modum diffiniendi communem. habent enim
omnes rem essentiam et principia essentie et ex illis sortiuntur
tur diffinitionem. Et sic a parte principiorum communium deter-
minatur modus communis diffiniendi res in illa scientia
a communi. Res autem considerate secundum diversis principiis
cadunt in diversis scientiis quantum ad diffinitiones et
diversas habent diffinitiones. modus autem diffiniendi uni-
versalis est et communis et appetitur eis. Ad secundam rationem
dicendum est quod scientie considerantur duobus modis. Uno modo a par-
te communium principiorum que omnes precedunt. Alio modo a parte pro-
priorum principiorum. a parte autem propriorum principiorum non est ars

Co. q. ii. logica universalis omnibus scientiis sed a parte communium principiorum.
Ad secundam questionem sic proceditur. habito quod sit una
scientia communis de modo diffiniendi in omnibus scientiis que
est illa et videtur quod illa sit methaphysica per duas rationes quarum
prima talis est. Principia scientie sequuntur subiectum et partes
eius. Item diffinitiones in scientia dantur de partibus subiecti
subiectum autem communissimum est ens et propter hoc ponitur esse principium
omnium sicut vult actor de causis. Dicens quod prima
rerum creatarum est esse. id est principium rerum creatarum est esse
explanatius est et communius. ergo illa scientia que considerat ens considerat
diffinitiones et modos principiorum omnium ergo si res diffi-
niuntur per suum principium illa scientia que considerat ens considerat
diffinitiones et modos diffiniendi hec autem est metha-
physica ergo methaphysica docet modum diffiniendi in omnibus sci-
entiis. Secunda ratio talis est sicut dicit aristoteles demonstratio appa-
ratur accidentibus. Diffinitio autem apparatur subiectis ergo illa sci-
entia que considerat subiectum in quantum subiectum est et principium eius debet
considerare et docere diffinitiones omnium hec autem est
methaphysica ergo methaphysica docet modum diffiniendi omnium. Ad
oppositum sunt due rationes. prima talis est illius scientie est de-
terminare diffinitionem omnium cuius est regulare omnes scientias
in modo essendi omnia. sed talis est logica ergo logice est docere dif-
finitiones omnium et modum diffiniendi. Secunda ratio ta-
lis est. Scientia logice regulatur ratione essendi sua opera ergo si est
ars in logica que est communis ad omnem ordinationem predi-
camentalem. scilicet scientia predicamentorum et est ars in logica que est
communis ad omne opus componendi sicut scientia periarmenias et est
ars logica que est communis ad omne opus conferendi sicut
scientia de sillogismo et est ars in logica que est communis ad omne
opus demonstrandi sicut ars posteriorum. ergo cum diffinire sit eo-
dem modo opus rationis debet esse aliqua ars communis in logi-

Sto ca que doceat modum diffiniendi communem. Ad hoc dicendum est
quod tradere et docere modum diffiniendi in omnibus scientiis perti-
net ad methaphysicum sicut ostendunt rationes quia ipsa considerat
principia omnium et ideo considerat diffinitiones constitutas
ex principiis omnium et ideo in septimo methaphysice determinat

aristoteles generaliter omnium diffinitionum per sua principia et docet mo-
dum diffiniendi communem. ad omnem scientiam cui communis
est secundum proportionem. Ad rationes in contrarium sunt dicendum
est quod in diffinitionibus sunt duo. scilicet principia diffinitionis et
modus diffiniendi. Principia autem diffinitionis sunt du-
plicia. Quedam enim sunt communes intentiones et tali-
a principia diffinitionis considerat topicus. Alia sunt prin-
cipia que secundum veram rei principia integrantia rei substantiam et ista
considerat methaphysicus et sic primo modo considerat topicus in sexto
diffinitiones. Secundo modo methaphysicus. Modus autem diffiniendi
duo respicit. scilicet ordinationem intellectus et ordinationem et ex-
igentiam rerum in quantum entes sunt. Inquantum autem mo-
dus diffiniendi respicit ordinationem intellectus et cadit a consideratione
rationis super ipsum sic pertinet ad logicum. Secundo autem
modo pertinet ad methaphysicum. Item modus diffiniendi ca-
dens in aspectu rationis dupliciter consideratur. uno modo prout cadit
super intentiones communes que sunt genus et differentia et
sic consideratur a topico. Secundo modo prout cadit supra
vera rei principia que ordinantur ad demonstrationem inse reci-
piendo modum cause. Et sic pertinet ad secundum posteriorum
Uno ergo modo pertinet ad librum posteriorum et alio ad
librum topicorum. et alio ad methaphysicum. et sic procedunt

rationes ad hoc ducte. Ad tertiam questionem sic proceditur Q. 3.
Et queritur de comparatione scientie diffinitive ad scientiam collectivam
et divisivam. et queritur cum in scientia logica determinetur de
scientia colligendi propter quid non determinatur aristoteles de scientia di-
videndi et propter quid scientia colligendi facit partem separa-
tam principalem. Scientia autem diffiniendi et dividendi facit par-
tem annexam. et obicitur sic sicut enim dicit alpharabius
bius. tria sunt opera rationis. scilicet diffinire dividere et colligere
ergo cum logica sit de hiis tribus operibus sicut est princi-
palis scientia de hoc opere quod est colligere. sic debet de istis dividere

Co et diffinire. et cum hoc queritur cum regulator principiorum
omnium scientiarum spectat ad methaphysicum et ad logicum quid differ-
Co runt. Ad hoc dicendum est quod sicut est in natura ita in ratione sicut
Dicit autem philosophus in methaphysica quod eorum que sunt quedam sunt
entia quedam sunt entium. et ea que sunt entium
multiplicia sunt. Quedam sunt principia ut materia et forma
Quedam autem sunt vie et motus. Quedam vero ut privatio-
nes. Quedam vero intentiones. Similiter in scientia quedam
sunt principalia quedam autem non. principale autem in logica
est ordinatio vel collatio. Dictio autem non est principale sed
sicut via in diffinitionem. sicut vult aristoteles. Dictio autem sicut
non est principale sed est sicut terminus et sicut principium. Est
autem sicut terminus in topicis et est sicut principium in posterioribus
Sed illa que sunt sicut vie et terminus et principium non faci-
unt scientiam annexam et non principalem. et ideo dictio et
divisio in logica non faciunt scientiam principalem sed annexam

secundum Aristotelem. Dicendum ad secundam questionem dicendum est quod principia dupliciter considerantur: uno modo considerantur a parte sue substantie et sic cadunt in methaphisica. Alio modo considerantur a parte modi procedendi ex principiis et conclusionibus et sic considerantur a logica. Item in principiis sunt multe cognitiones. Prima est primus ortus in anima principiorum et ista cognitio principiorum habetur per secundum posteriorum. Secunda cognitio ipsorum per essentia ex quibus constant et hec cognitio per librum posteriorum ubi dicit Aristoteles quod principia cognoscimus inquantum terminos. Tertia est a parte virtutis eorum per applicationem ad conclusiones et hec similiter habetur per librum posteriorum cum docet modum demonstrandi. Quarta est per rationes et per signa et opiniones opinativa et hec cognitio principiorum habetur per dyaleticam. Docet enim dyaletica modum cognoscendi ea secundum modum ultimum. Quinta cognitio principiorum est prout in aliquo cognoscuntur vel ut male se habentia contra principia et sic cognoscuntur per temptativam.

Ad tertiam questionem sic proceditur et queritur an ipsi competat diffinitio vere substantie an accidenti aut utrique. Quod autem diffinitio soli substantie competat sic ostenditur per auctoritatem qua dicit Aristoteles in methaphisica demonstratio est accidentium diffinitio substantie. Secunda ratio hec est: diffinitio datur per vera principia in eodem genere existentia. Sola vero substantia et aliud quod habet modum substantie est huius talia principia. Non autem accidens. Tertium accidens cuius principium sit subiectum quod est in alio genere quod soli substantie vel modum eius habenti competit ipsa diffinitio. Ad oppositum est hec ratio: omnia que habent ordinationem in genere per principia sui generis habent diffinitionem sed accidentia habent ordinationem in genere sic substantie quare possunt diffiniri sicut et substantie. Dicendum ad hoc dicendum est quod sicut testatur Aristoteles in methaphisica diffinitio soli substantie competit proprie quia habet principia prima sui generis per que nata est diffiniri. Demonstratio vero est accidentium que procedit per causas alterius generis scilicet subiectum in quo est et quod accidens habet causam sue inherentie in subiecto. Non habet autem principia prima sui generis nisi inquantum modum substantie accipit. Quare hoc soli substantie competit ipsa diffinitio vel accidenti habenti modum substantie. Si autem accidens inquantum accidens diffinitur hoc non est ipsa per principia sui generis sed alterius scilicet subiecti unde diffinitur sic per additamentum. Ad rationem in contrarium dicendum est quod accidentia considerantur duobus modis: uno modo considerantur accidentia secundum dependentiam quam habent ad subiectum et hoc modo ipse habent naturam accidentium et sic non habent diffinitionem ipse sed per additamentum. Alio modo considerantur prout comparantur ad res sui generis et habent ordinem in suo genere et sic habent modum substantie et intentionem et hoc modo predicationem diffinitionis sibi recipiunt. Cetera autem accidentium sunt per alia principia demonstrantur est in aliis.

Ad quartam questionem et primo sic proceditur et queritur per quam viam habetur diffinitio utrum scilicet per divisionem aut per compositionem et ostendo quod habeatur per divisionem hac ratione. Diffinitio procedit descendendo a genere generalissimo differentias colligendo et coartando. Sed omnis talis processus est processus divisionis. Processus autem in ascendendo est processus collectionis et compositionis quare si per primum processum habetur diffinitio diffinitio habetur per viam divisionis et non per viam collectionis vel compositionis. Ad oppositum est talis ratio: via diffinitiva procedit ad constitutionem rei ex suis principiis constitutis autem rei ex suis principiis habetur per compositionem quare diffinitio habetur per compositionem.

Postea queritur utrum diffinitio habeatur per viam demonstrationis et utrum procedat via demonstrationis sicut procedit via compositionis vel divisionis et ostenditur quod sic. Diffinitio datur per causas et per vera rei principia sed talis processus est demonstrativus quare diffinitio datur et procedit via demonstrationis habetur quare per demonstrationem. Ad oppositum est talis ratio: omnis demonstratio competit accidenti prout subiecto inheret per causam in subiecto in dictam. Diffinitio autem datur per principia rei in suo genere quare est ubi vie sunt opposite. Diffinitio non habetur per viam demonstrationis. Ad primam questionem dicendum est quod sicut dicit Averroys super principium libri de anima tres fuerunt opiniones philosophorum de diffinitione. Una fuit quod demonstratio habetur per demonstrationem et per causas et hanc posuit ypocras. Secunda fuit quod diffinitio habetur per viam divisivam et hec fuit positio platonis. Tertia est quod diffinitio habetur per viam compositivam per quam diffinitio ex suis principiis componitur et hec est posita Aristotelis in secundo posteriorum. Ad rationes vero dicendum est quod duplex est via in diffinitione. Una est remota et hec est via in viam. Et hec est via divisiva per quam extrahuntur partes a toto et postea componuntur et diffiniunt totum et sic via divisiva est via in diffinitionem. Alia autem est via proxima et hec est via compositiva secundum quod partes constituentes in diffinitione ponuntur. Et cum via divisiva sit via in hanc propter hoc dicitur esse via in viam et non principalis via sed remota. Ad secundam questionem dicendum est quod demonstratio non est ipsa via in diffinitione. Ad rationem in contrarium dicendum est quod cognitio per causas est duplex: una est que procedit secundum constitutionem rei ex suis principiis et hec est diffinitiva. Alia est que est et procedit ad cognitionem rei inherentis subiecto per causas sue inherentie que causant rem in subiecto propter quas causas res in subiecto inheret et hec est cognitio demonstrativa et sic diffinitio non habetur nec procedit via demonstrativa.

Ad quintam questionem sic proceditur et queritur cui ipsi et per se competat demonstratio et circa hoc duo queruntur. Primo autem queritur cui ipsi et per se competit demonstratio et ostenditur quod accidenti duabus rationibus quarum prima talis est: omni illi et soli competit demonstratio cui diffinitiones dantur per additamentum et per causas alterius generis. Demonstratio enim procedit per causas alterius generis hoc autem est solum accidens quare soli accidenti de

minatur. ¶ Secunda ratio hec est: et est ab auctoritate, quia sicut testatur
Aristoteles in metaphysica solius substantie est diffinitio. Solius autem accidentis
est demonstratio solum, quia accidens demonstratur. ¶ Ad oppositum sunt
due rationes, prima talis est. ¶ Sicut demonstratio est illi competit
demonstratio quod alicui inheret, et inter quod et relictum cadit
medium. Sed inter formas substantiales et materiam cadit medium, scilicet dis-
positiones materie; et inter genus et speciem cadunt differentie me-
die, et inter speciem et individuum cadunt principia mediata;
ergo possunt demonstrari. ¶ Sed hec cadunt in genere substantie, ergo substantia potest
demonstrari. ¶ Solutio: ad hoc dicendum est quod demonstratio solum soli con-
petit inherenti, quia habet causam sue inherentie in subiecto in quo
est, inter quod et illud cui inheret cadit causa media. ¶
Diffinitio autem competit rei sive aggregate ex suis principiis prin-
cipalibus, et quia illud quod primo modo se habet est accidens, vel modum
cuius habens, illud autem quod secundo modo se habet est substantia, vel modum
substantie habens. Ideo solum accidens demonstratur, sola vero substantia diffinitur.
¶ Ad rationem in contrarium dicendum est quod forma dupliciter comparatur
ad materiam: uno modo in unitate compositi in genere substantie, prout cum ea
efficit compositum. ¶ Alio modo comparatur ad materiam per viam ge-
nerationis et introductionis sue in ipsam per operationem nature.
¶ Primo modo non multiplicatur forma de materia, nec sic cadit me-
dium inter ipsas, et sic consideratur forma in genere substantie. Secundo autem
modo habet intensionem accidentis extrinseca, sic inheret materie per dis-
positiones medias per quas demonstratur de materia. ¶ Secunda questio est hec:
est utrum cuiuslibet accidentis competat demonstratio tam communi quam proprio.
Ostenditur autem quod sic unica ratione que talis est. ¶ Subiec-
tum materia et forma est causa omnium accidentium, sicut habetur
in fine primi phisicorum. Sed quedam accidentium consequuntur com-
munem materiam, ut quantitas. Quedam autem accidentia consequuntur
subiecta propria, ut risibile consequitur hominem. Sic ergo accidentia propria
de proprio subiecto per causam propriam demonstrantur, ita accidentia communia
de communi subiecto per communem causam demonstrantur. Et per illud de
subiectis propriis communia accidentia sunt demonstrabilia. ¶ Ad op-
positum est hec ratio: quia accidentia insunt toti subiecto demonstrationis,
ergo si de omnibus accidentibus fieret demonstratio, fieret demonstratio
de toto subiecto scientie. Hoc autem est inconveniens, quia non fit de-
monstratio de toto subiecto scientie, sed de partibus eius, et sic accidentia
communia non sunt demonstrabilia. ¶ Propter hoc queritur que accidentia
sunt demonstrabilia et que non sunt demonstrabilia. ¶ Ad hoc dicendum
est quod duplex est accidens: est enim quoddam accidens commune et
quoddam proprium. ¶ Accidens autem proprium est quod habet propriam
causam in subiecto proprio, et tali accidenti competit demonstratio; tale enim
demonstrabile est de subiecto proprio per causam propriam. ¶ Accidens autem com-
mune duplex est. Quoddam enim est quod causatur a prin-
cipio transmutabili in subiecto; quoddam autem est quod non. ¶
Accidens autem quod causatur in subiecto a causa transmutabili duplex est:
quoddam enim est quod fit a causa inordinata, sicut illud acci-
dens quod est a casu et a fortuna. ¶ Aliud autem est quod fit

a causa ordinata indeterminata tamen operante ad opposita, sicut accidentia
a que causantur a voluntate: voluntas enim ordinata est, tamen ad opposita
operatur. ¶ Et hec accidentia communia que causantur a casu et fortu-
na et a voluntate de subiecto aliquo non sunt demonstrabilia. Si
autem sint accidentia que non causantur a principio transmutabili, sed a causa
determinata et ordinata, talia sunt duobus modis. ¶ Quedam
illorum sunt a causa semper coniuncta actu secundum omne tempus.
¶ Quedam autem sunt coniuncta actu secundum tempus determinatum
producente effectum, et de utrorumque illorum est possibilis demonstratio.
¶ Sed de illis que sunt a causa semper coniuncta actu, sic
determinatum est demonstratio ut semper, cum tamen fiant sepe. Unde dicit
Aristoteles quod eorum que sepe fiunt sunt demonstrationes, non ut sepe,
sed ut semper. ¶ Hec autem omnia considerantur dupliciter: uno modo
per ut comparantur ad subiecta propria cum quibus non sunt convertibilia,
sicut habere tres non est convertibile cum ysocele, et de illis
non demonstrantur nisi per accidens. ¶ Alio modo considerantur per com-
parationem ad subiectum commune cum quo sunt convertibilia, et tunc sunt
propria, et de illo sunt demonstrabilia primo et per se, sicut habere tres
primo et per se demonstratur de triangulo. ¶ Circa septimam questionem Q. VII
sic proceditur, et queritur quo modo competit anime diffinitio, et quo habet
anima diffinitionem, et utrum habeat diffinitionem; et videtur sic osten-
di, quia sic per duas rationes quarum prima talis est. ¶ Sicut
testatur Aristoteles in libro metaphisice, diffinitio competit substantie, de-
monstratio autem accidentibus. Sed anima est substantia, ergo anime competit diffinitio.
¶ Secunda ratio talis est: substantie spirituales diffiniuntur per relationem ad
creatorem a quo recipiunt influentiam, et respectu superio-
ris sunt sic passibiles, respectu autem inferiorum sunt sic agentes. Sed
anima est substantia spiritualis habens illas duas comparationes, ergo hiis duobus
modis habet diffiniri anima, ergo anima habet diffiniri. ¶ Ad oppositum
est hec ratio: ille substantie sunt diffinibiles que recto ordine cadunt
in genere. Hec autem proprie sunt species, reliqua autem que cadunt in genere
per reductionem non diffiniuntur. Talia autem sunt principia, ut materia et
forma. Quia ergo forma non habet diffinitionem, sed anima est forma,
ergo non habet diffinitionem. ¶ Ad hoc dicendum est quod anima nata est
diffiniri, et loquimur primo de anima intellectiva, in qua est ma-
ior manifestatio et ratio diffiniendi ipsam. Enim diffinitur secundum
multiplicem viam: habet enim aspectum ad creatorem a quo reci-
pit influentiam et esse et conservationem, et habet aspectum
ad corpus sibi subiectum quod perficit et conservat et eius dirigit
operationes. ¶ Et habet aspectum ad suam essentiam. ¶ Et habet
comparationem ad diversa alia, vel eorum diffinitur per separationem.
¶ Et hiis viis cognoscitur quelibet substantia spiritualis, scilicet per aspectum ad
creatorem. ¶ Et per comparationem ad illud super quod influit. ¶
Et in sua essentia. ¶ Et per separationem aliorum. Anima ergo per relationem
ad creatorem sic diffinitur. ¶ Anima est substantia spiritualis creata
illuminationum que sunt a primo ultima receptione receptiva,
et sic diffinitur per relationem ad aliquas creaturas secundum ordinem
ad creatorem. ¶ Per comparationem autem ad corpus diffinitur

sic anima est actus corporis organici physici potentia vitam habentis et quia physicus considerat eam per comparationem ad corpus ideo hoc modo eam diffinit in principio de anima secundo. Ex parte autem sue substantie habet anima rationem diffinitionis sed illa occulta nobis ratione sue simplicitatis. Per rationem autem ad alias creaturas diffinitur per comparationem earum sicut quodlibet principium et quodlibet simplex hoc modo diffinitur. et per hoc solvuntur rationes preter ultimam. Ad quam intelligendum est quod quamvis anima ex nichilo facta sit tamen diffinitur per comparationem ad ea vero quorum habet compositionem sic per comparationem ad principium. Item anima habet quo est et quod est quia cum ipsa producta fuerit et sic per illa et rationem illorum potest anima diffiniri. Sic ergo patet quomodo anima habeat diffinitionem et per hoc patet quomodo habeat simpliciter diffiniri ut forma vel aliquid tale ut materia. Materia vero diffinitur per relationem ad compositum sicut patet in fine primi physicorum sic. materia est ex qua fit res diffinitur vero per verum [illegible] hoc autem est compositum et manifestatur eius essentia et essentia anime per relationem ad alia a quibus recipiunt et supra que influunt. Q°. Postea queritur circa hoc. quomodo difficile sit cognoscere substantiam et quidditatem anime et ostenditur quod non. Sicut enim vult aristoteles scientia de anima est nobilior alia nobilitate subiecti et nobilitate demonstrationis et certitudine videlicet sed ubi est certitudo demonstrationis est facilis cognitio ergo scientia de anima est facilis cognitio eorum que in ipsa determinantur. ergo est facile determinare de ipsa et cognoscere substantiam et quidditatem anime. Secunda ratio hec est sicut vult aristoteles operationes corporum animatorum sunt manifeste videlicet vita in animalibus est manifesta. Item vult aristoteles ex quo ipsum est animatorum sensibilis motus vivunt motus et operationes eorum sunt manifeste et hec est per animam que est substantia spiritualis que habet manifestas operationes est facilis ad cognoscendum in sua quidditate et substantia ergo anima facilis ad cognoscendum est in sua quidditate et substantia. Ad oppositum est hec ratio. cognitio nostra habet ortum a sensu ergo que sunt remota a sensu sunt remota a cognitione nostra. sed anima est remota a sensu ergo anima est remota a cognitione nostra. Omne autem tale est difficile ad cognoscendum in sua substantia et quidditate ergo anima difficilis est ad cognoscendum in sua substantia et quidditate. Solutio ad hoc dicendum est quod cognitio anime et diffinitionis eius est difficilis et hoc est propter multas causas. Una est propter modum procedendi in scientia quia quod [illegible] est quid est in qualibet scientia difficile autem est modum communem accipere ab aliquo in scientia propter diversitatem et comparationem sicut in sua diffinitione et propter hoc difficile est accipere rationem quod quid est in scientia. Et hoc difficile est hoc quia si scientia inferior non recipit modum diffiniendi a superiori oportet quod diffiniat et inquirat hoc autem est difficile et propter hoc est difficile in scientia cognoscere quidditatem anime. Alia autem causa est ex parte anime propter simplicitatem eius est enim remota a cognitione nostra quia simplex est et non cadit in eam nisi per operationes suas. est ergo duplex causa. prima est quia eius quod est difficilis est ad cognoscendum et investigandum in scientia secunda autem est propter simplicitatem anime. Ad rationes in contrarium dicendum est quod via in cognitione anime est duplex. quedam procedit per obiecta et operationes et hec est manifesta. Alia est que procedit ad substantiam anime et hec est occulta quia substantia anime maxime est remota a sensu. Secundum primam procedit intellectus quia hec scientia est nobilior et certior in via demonstrationis quia procedit per obiecta et operationes anime hoc autem modo procedendo facilis est anime cognitio. Ad secundam rationem dicendum est quod diffinitio quidditatis anime non competit operationibus anime nec obiectis sed competit substantie eius que nobis est occulta et immanifesta et ideo cognoscere quidditatem anime est difficile.

Circa viii. queritur sic procedendo et queritur quomodo anima sit natura et substantia. Q°. 8. Ostenditur autem quod anima non sit natura per duas rationes. prima talis est. In secundo physicorum diffinitur natura per principium motus et status. natura est principium insufficiens motus et passivum. anima autem est principium sufficiens motus et activum ergo anima non est natura. Secunda ratio talis est sicut vult aristoteles corpus ipsum est animatorum seipsis movent quia habent intra se principium sufficiens sui motus. Inanimata autem se ipsis non moventur quia non habent intra se principium sufficiens sui motus ergo cum corpora animata moveantur ab anima. inanimata autem moveantur a natura patet quod anima non est natura. Ad hoc dicendum est quod circa locum istum multiplex est expositio dicitur quidam quod anima dicitur modis consideratur. uno modo ex parte essentie. alio modo est in eternum forma corporis perficiens ipsam substantialiter. ex parte autem essentie competit anime ratio nature quia natura dicitur est. Est enim natura principium motus. Item natura est essentia rei et hoc modo ultimo est anima natura ex parte essentie. In quantum autem est forma substantialis corporis perficiens ipsum sic est substantia est enim substantialis forma. Alia expositio est quod anima dicitur natura in quantum perficit corpus naturale dicitur autem substantia in quantum est motor distans a mobili secundum substantiam quia motor et mobile distant secundum substantiam. Aliter autem dicendum est quod anima dat esse completivum corpori et est principium operationis in illo. ex parte autem qua dat esse completivum corpori est substantia. ex parte autem qua dicitur principium dicitur natura quia sic est principium motus et operationis in corpore. Rationes autem solvuntur per hoc quod natura dicitur equivoce de anima et de formis corporalibus hic enim accipitur natura per intensionem anime secundum quod anima est principium operationis. In physicis autem accipitur natura secundum quod est principium operationis in corporalibus

Que. 9a

[Q]uestio nona eiusdem sic proceditur et queritur utrum anima habeat
aliquas proprias accidentias et passiones proprias et ostenditur quod non per
duas rationes quarum prima talis est. Illud enim quod maxi
me est abstractum in ipsa anima est intellectus agens et proprium et
operatio eius, sed intellectus agens operatur simul cum possibili,
operatio autem intellectus possibilis est communis, ergo et operatio intellectus
agentis est communis, ergo omnia accidentia anime sunt communia.
Secunda ratio hec est: sicut testatur Aristoteles non est intelligere
sine phantasmate, sed omnis intellectus qui est a phantasmate
habet operationes communes et non proprias, ergo omnis habet cum corpore,
ergo omnis operatio anime intellective est communis et nulla propria.
Ad oppositum sunt due rationes, prima ratio talis est.
Sic testatur Aristoteles in principio de anima: cuius substantia que habet a
liquam propriam operationem et potentiam est separabilis
et econverso; sed anima intellectiva est separabilis, ergo habet aliquam propriam
operationem. Secunda ratio hec est: sicut dicit commentator
communes operationes anime sunt in quibus operatur anima medi
ante corpore vel partibus eius, sed omnes operationes anime intel
lective sunt ille in quibus operatur anima sine corpore et sine
partibus corporis, ergo cum tales sint proprie omnes operationes anime
intellective erunt proprie. Solutio (Sto) ad hoc dicendum est quod quedam
sunt operationes anime communes, quedam vero proprie. Proprie autem
sunt duplices. Quedam enim est propria operatio anime intellective
que ita convenit anime quod non corpori et convenit anime sepa
rate sicut cognitio eius post separationem et hec est operatio in
tellectus agentis. Alia est eius operatio propria quam habet in corpore
et in corpore exercet et hec est operatio intellectus possibilis
tamen anima non eget corpore nec partibus eius ad illam complendam
et talis est sicut ymaginatio intellectiva que licet quantum
ad receptionem habeat ortum a corpore tamen quantum ad receptorum
[illegible] collectionem et compositionem supra res receptas et
operationes non eget corpore nec corporis partibus. Communis
autem operatio anime intellective est illa que perficitur per cor
pus vel per partes corporis et hec est duplex quia quedam habet ortum
ab anima et inest corpori per animam ut operationes sensitive
et motus anime supra corpus. Alie autem sunt communes
que habent ortum a corpore et per corpus insunt anime et iste
sunt sompnus et vigilia et consimiles et sic anime intellecti
ve competit habere operationes communes et proprias. Sensitive
vero et vegetative non, sed omnes habent communes et hoc est
quia sunt actus alicuius partis corporis.

Que. 10a

[Q]uestio decima eiusdem sic proceditur et queritur de modo cognoscendi
animam in scientia ista et quo modo regulatur ista scientia in cognitio
ne ipsius anime, utrum scilicet debeat incipere ab operationibus
anime vel a substantia anime. Et videtur quod incipiat ab opera
tionibus. Omnis substantia spiritualis cognoscitur per suas virtutes et
operationes, sed anima est huiusmodi, ergo cognoscitur per suas virtutes
et operationes, ergo hec scientia in cognitione anime incipit ab operatio
nibus eius. Secunda ratio hec est: in secundo de anima habetur quod actus
priores sunt et priores potentiis in via cognitionis, et autem est
in via generationis et completionis, sed a prioribus in via cogni
tionis inchoandum est in scientia, ergo in hac scientia inchoandum
est ab actibus vel operationibus ipsius anime et non a substantia
eius. Ad oppositum dicit Aristoteles quod incipiet a substantia eius.
Secunda ratio hec est quod in secundo de anima primo incipit Aristoteles
a substantia anime et diffinitione eius et postea determinat de ob
iectis potentiarum et operationibus anime, ergo incipiendum est a substantia
anime. Solutio ad hoc dicendum est quod tria requiruntur de anima scilicet substantia (Sto)
anime et manifesta existentia eius in corpore et cognitio singula
rium potentiarum eius et obiectorum et operationum. Dicendum est ergo quod actor
in scientia ista prius incipit a substantia anime et ab eius diffinitione sicut
patet in secundo de anima, postea determinat de existencia eius
in corpore quam probat per actus et operationes et maxime
per vitam. Postea vero determinat de potenciis eius et
incipit ab obiectis et actibus, que prima sunt potentiis. Et
et diffinitur anima per actum, sed duplex est actus scilicet primus et secundus.
Primus est vita et esse essentiale anime et propter hoc per illum diffi
nitur animam et non per secundum qui est actio. Unde dicendum est quod ac
tor incipit ab illis omnibus sed secundum diversos respectus quia ponendo
diffinitionem anime incipit ab eius essentia sive substantia, hoc est necessarium
probando autem eius existentiam in corpore incipit ab actibus, postea
quia per actus probatur ista existentia incipit etiam ab obiec
tis et operationibus sicut ostendunt rationes inquirendo po
tencias ipsius anime quia incipit ab [illegible] obiectis quia prima sunt po
tenciis et sic secundum diversos respectus incipit ab omnibus
illis et sic procedunt rationes ad utramque partem.

## Distinctio tercia

De manifestatione eorum que de anima
inquirenda sunt circa substanciam anime
et eius differentias. Continuatio inten
tionis. Primum autem fortassis neces
sarium est dividere in quo genere sit
et quid sit etc. Postquam manifesta est inten
tio huius scientie et subiectum et passiones universales et tacta est
difficultas incidens in cognitione substantie anime. In hac parte
tanguntur ea que sunt circa animam et substantiam et naturam ipsius
et eius proprietates primo sunt inquirenda et etiam modus pro
cedendi circa investigationem ipsorum. Divisio. Et inci
pit autem hec pars divisionem in duas partes. In quarum pri
ma tanguntur ea que sunt anime substantiam et naturam et eius
proprietates sunt inquirenda in secunda scilicet in hac. Dubi
tationes autem habent et passiones anime etc. Tangit dubita
tionem incidentem circa passiones anime secundum operationem ipsarum

ad aīam et quietū in qītate et opatione ¶ et ē tangit a
opatione eorum determinatoris ipsarū in sciā naturali ¶ prima aūt
ps recipit diuisionem in tres ptes ¶ In quarum pīma tanguntur
qōnes incidentes circa sbām aīe · ¶ In scda · s. ibi hac · ¶ Conside
randū aūt est et si ptibil' est etc. ¶ tanguntur qōnes iciden
tes circa eius ptes ul' diffinīs ¶ In tcia · s. ibi hac · ¶ Amp aūt
si nō multe sint aīe etc. ¶ tanguntur qōnes incidentes circa
potencias aīe et opationes ipsarū et circa opatione ptiū
aīe et obiectorum et opationū adinuicem iōne ordinis in pces
su cognitōnis in sciā · ¶ Due aūt pīme ptes cōtinuit ad p
sentem lcōnem ¶ Scdm quas recipit psens lectio diuisione
in duas ptes · ¶ In pīrum pīma tanguntur qōnes circa sb
stanciam aīe incidentes · ¶ In scda tanguntur qōnes icide
tes circa diffinīs aīe · ¶ Prima aū ps diuiditur in duas ptes
scdm duas qōnes que de sbā aīe tanguntur · ¶ Quarum una
ē de reductone eius ad genus determinatū · ¶ Altā de in
tensione pncipiorum sbe que sunt mā et forma · ¶ Vn pī
ma est in quo gnē sit aīa ¶ Scda est supposito q sit in
gnē sbe · vtr · s. poteā an act' · ¶ Pima ps incipit hic
¶ Pimū aūt fortassis etc. ¶ Scda hic · ¶ Adhuc aūt
vtr eorum q sunt pō · et c. ¶ Scda aū ps incipit tanguntur
qōnes circa diffinitias aīe · diuid' in quattuor pticlās ¶ In quarum p
ma mouetur pīma qstio circa ptibilitatem et inptibilitate
aīe · ¶ In scda · s. ibi hac · ¶ Et vtr sit similis spēi omīs aīa ·
et c. ¶ tangitur scda qstio circa idptitatem et diūsitatem
ptium aīe · ¶ In tcia · s. ibi hac · ¶ Si aū nō est similis spēi
et c. ¶ tangitur qō circa modū · diūsitatis ptium aīe scd
genus ul' spēm ¶ In quarta · s. ibi hac · ¶ Loquentes enim que
res et dūtes de aīa etc. · ¶ ostendit q nō solum de aīa
humana pscrutandū ē siue qsidandū est; Sz ē de differentii
aliīs aīe · p quas aīa diuiditur · ¶ In quinta · s. ibi hac ¶ Queren
dū est aū quo · n lateat etc. ¶ tangitur qstio de quiditatiua
diffinitōe aīe · vtr eadem · s. diffinitō omnibus aīe ptibus
queniat ¶ Dionis recollō · ¶ Sunt g ī psenti lcone
ptes vij · ¶ In quarum pīma tangitur hec qstio In quo ge
nē sit aīa vtr sbā ul' accidens · ¶ In scda tangitur ista vtr
sit act' an pō ¶ In tcia tangitur h uti sit ptibilis an inpti
bilis · ¶ In quarta tangitur h vtr ptes aīe sint diūse an e
edem · ¶ In quinta tangitur vtr sint differentes scdm genus
an scdm spēm · ¶ In sexta ostendit q nō solum de una
differentia aīe · s. humana ē pscrutandū s; de omnī ¶ In
Septima tangitur sexta qō que ē; vtr eadem diffinitō comunis
queniat omī aīe an diūsa · ¶ hec est diō h' ptis · ¶ Sntā h'
ius ptis de duabus qōnibus circa sbām aīe ¶ circa aūt pīmam
ptem pceditur hoc mō in quirit phus · ¶ In omnia q de
aīa sunt inquirenda pīmo dum est quiderendū est in quo gnē aīa
sit · vtr in gnē sbe an in gnē accntis siue in gnē qūitatis

an qūitatis et hoc in quiderendū est de aliīs et sic qr uti aīa sit
sbā ul' accns · ¶ Scdo tangit scdam qōnem circa sbām aīe que
ē supposito quod aīa sit sbā vtr sit potencia an act' h
enī sunt differentie sbe et p potenciam potest intelligi mā
p actum aū forma · ¶ Deinde ostendit qōnē esse rōna
bilē dicens sequere recte eo q magna est diffiā inter
potenciam et actum et inter mām et formam ¶ Sntā se
ptis de qōnibus est circa differentias aīe · ¶ Inde aggdit
auctor scdam ptem in qua inquirit phus qōnes de pti
bus aīe et qrit pīmo uti aīa sit ptibil' an inptibilis et
h est pīma qō · et intelligatur de ptibilitate aīe p suas po
tencias ul' diffinīs et de diūsitate ipsarum scdm opatonem
ptium corporis organicorum ¶ Deinde tangit scdam qōnē
circa diffinīas aīe q est de ipsarum diūsitate et ē vtr ptes a
nime omīs sint eedem an diūse ¶ Deinde tangit t
ciam qōnē que est de modo diūsitatis ipsarum adinuicem et ē
vtr diffinitur gnē an spē · solū supposito q diffiunt ¶
quartō ostendit q h diūsitas in sciā qsidanda est circa mul
titudinē ptium aīe p pcā · n q nō discernebatur diūsitas
ptium aīe apud antiquos q nō determinaūnt in sciā n de
sola aīa humana q est aīa rōnalis et ideo dicit q nōne
qsidantes de aīa de sola hūana aīa qsideraūerunt est di
cit de omnibus qsidandū ē ut omnium pateat diūsitas ¶ De
inde tangit quartam qōnem circa ptes aīe et h est qō de qui
te diffinitōnis aīe circa diffinīas aīe et pcessus nulla pte ta
lis est · ¶ Pimo · n · mouet qōnē dicens quod supposita
diffiā ptium aīe adinuicem nō oz nos latere ut querimus
vtr eadem diffinitō comunis queniat omī differentiā
aīe · ¶ An scdm qpas et diūsas eius diffiās adceptentur
ppe et diūse diffinitōnes ¶ Deinde scdo qōnē suam de
clarat p exemplū dicens sic patz si querat de diffiōne
specierum aliis · vtr sit aliq diffiō comunis hōis et equi et
leonis p ut qcunt vale · ¶ et eod' mō sit aliq diffiō qui
omī pti aīe scdm rōem qcin ronibus unu est ¶ An ut spes
hōis et equi et leonis hnt diūsas diffiōnes pprias eisdem
p ut a qlib singlarum pticipantur · ¶ eod' mō qr an singule
ptes aīe hēant pprias diffinitōnes diūsas a singulis pticlā
ribus aiabus in sua spē pticipatis ¶ Tcio aū ostendit q nō ē
aliq diffiō comunis in nā n p alsptum ad singlaria ut p
h ostendat q ulis aīa nich est n p pticlāres aīas et ul'
diffiō aīe nich ē nisi ad pticlāres adaptetur et innuit tale
rōem illius q pt singlaria aut n est aut posterius est
aliq diffinitō ppa pt alsptū que ht ad singlaria aīa g
nō ht comunē diffinitōnē nisi ad aīas pticlāres applicetur
et eis quat · ¶ et p hoc datur intelligi q si diffiō comunis
aīe inquiratur oz ut aiabus pticlāribus adaptetur et si eis queat
an nō · inquirendum est et quomodo eis queniat et si nō p

eis omnibus proprie adaptari tunc proprie singularum animarum proprie requirit singulis adaptande et sic declaratur intencio huius partis.

Questiones

¶ Circa partem istam quatuor sunt questiones inquirende. ¶ Prima est quid sit anima utrum scilicet substantia vel accidens. ¶ Secunda que est utrum anima simpliciter forte sit vel materia vel compositum. ¶ Tercia que est utrum anima vegetabilis et sensibilis sint forme tantum vel forme et hoc aliquid composite ex quo est et quod est id est utrum sint forme et hoc. ¶ Quarta que est utrum anima intellectiva sit forma et hoc aliquid hoc est composita ex quo est et quod est.

Q. 1.

¶ Circa primam questionem sic proceditur et querendo de quiditate anime an sit scilicet substantia aut accidens. ¶ Ostenditur autem quod anima sit accidens per duas rationes quarum prima talis est. In naturalibus et corporibus forma est principium operationis et non qualibet forma sed forma accidentalis sicut patet in ceteris. Sed anima est principium motus et operationis in naturalibus ergo anima est forma accidentalis et ita accidens. ¶ Secunda ratio talis est: proprium est accidentis diffiniri per subiectum et per principia subiecti et preter alterius generis et ideo omne quod sic diffinitur est accidens. Sed anima diffinitur hoc modo quod diffinitur per corpus et per principia corporis sicut patet in secundo ergo anima est accidens. ¶ Ad oppositum sunt due rationes. ¶ Prima talis est. Illud accidens habet potencias sibi proprias et sibi insitas quia sola substantia habet potencias distinctas sed anima est huiusmodi ergo habet potencias proprias sibi distinctas ergo anima est substantia. ¶ Secunda ratio hec est. ¶ Illud accidens recipit contrarietatem manens unum et idem sicut subiectum sed anima manens una et eadem est subiectum contrarietatis ergo anima non est accidens sed substantia.

Solutio

¶ Ad hoc dicendum est quod anima substantia est et non accidens. ¶ Ad primam rationem in contrarium est dicendum quod formarum quedam sunt corporales quedam spirituales. ¶ In formis autem corporalibus principium operationis est a formis accidentalibus quia actio que est in illis formis per earum contrarietatem; contrarietas autem solum recipitur in accidentibus et non in substantia. ¶ In formis autem spiritualibus non est opus omnino per accidentia sed est per essentias. Dicendum autem est quod actio debetur forme duobus modis. Uno modo tanquam instrumento et medio operanti. Alio modo tanquam primo principio formam et necessitatem operationi imponenti. Primo modo debetur actio forme accidentali. Secundo modo debetur actio forme substantiali et sic operatur anima per suam substantiam sicut regitiva operationem; operatur autem mediantibus suis potenciis ut mediante instrumento, et sic non est accidens in sua essentia. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod aliquid diffinitur per subiectum dupliciter. Uno modo tanquam propria passio eius causam aperiens eius principium. ¶ Alio modo tanquam completio eius. Quod primo modo diffinitur est accidens; quod secundo modo diffinitur est forma substantialis et hoc secundo modo diffinitur anima per corpus sicut eius completio et ideo dicitur quod anima est perfectio corporis organici et cetera.

Q. 2.

¶ Circa secundam questionem est primo sic procedendum simpliciter de anima non comprehendo ad aliquid diffinitivum utrum sit materia vel forma vel compositum. ¶ Ostenditur autem quod anima sit materia per duas rationes quarum prima talis est. Inter diffinitiones anime anima intellectiva est magis spiritualis et magis immaterialis aliis. Omne autem illud est ingenerabile materia in quo est aliquid statuum in quo omnia nata sunt fieri et ei respondens agens quo est omnia facere. Sed anima intellectiva est huiusmodi quia in ea est intellectus potencialis quo est omnia fieri et agens quo est omnia facere ergo anima intellectiva habet naturam materie ergo est materia ergo anima est materia. ¶ Secunda ratio talis est. Omnis substantia que manens una et eadem differens est a quolibet et possibilis ad receptionem cuiuslibet per statum est huiusmodi naturam materie. Anima est huiusmodi ergo anima est materia. Minor patet quia anima una et eadem est sicut tabula rasa in qua nichil scriptum est et tamen est possibilis ad receptionem cuiuslibet rei intellectum naturalem. ¶ Ad oppositum talis est ratio. ¶ Statura spiritualitatis attribuitur forme; statura autem corpulentie attribuitur materie. Sed anima est substantia spiritualis ergo habet intensionem actus vel forme et non materie.

Solutio

¶ Ad hoc dicendum est quod anima est substantia forma et non materia. ¶ Ad rationes in contrarium dicendum est et primo ad primam quod dupliciter est loqui de anima. Uno modo inquantum corporis perficit et sic habet statum forme. Alio modo est loqui de ipsa inquantum recipit species et sic non est materia sed habet intensionem materie recipientis ut dictum est et propter hoc dicitur intellectus possibilis et materialis et agens reducens illum de potencia ad actum. ¶ Ad secundam rationem dicendum quod duplex est possibilitas. Quedam est possibilitas ad receptionem formarum corporalium. Alia est possibilitas ad receptionem specierum rerum per quas res spiritualiter cognoscitur. Prima autem debetur materie. Secunda autem debetur substantie spirituali a parte sue potencie receptive que materialis dicitur et hoc modo recipit anima species rerum.

Q. 3a

¶ Circa terciam questionem sic proceditur et ostenditur quod utraque anima vegetabilis et sensibilis sint forme tantum vel forme et hoc aliquid composite ex quo est et quod est. ¶ Ostenditur autem quod sint forme et hoc per duas rationes quarum prima talis est. ¶ Forma que est forma tantum nichil habet preter illud quod habet cum materia et non habet aliam operationem preter illam quam habet cum materia et ideo non movetur sine materia. Set movet materiam in qua est et simul cum sua materia movet aliam materiam vel cum sua materia est hoc aliquid ergo necesse est quod forma que movet sufficienter sit forma et hoc aliquid vel substantia. Sed anima est huiusmodi secundum omnes sui diffinitionem ergo anima vegetabilis et sensibilis sunt forme et hoc. ¶ Secunda ratio talis est. ¶ Omnis forma vel substantia in qua est distinctio potenciarum activarum et passivarum est hoc aliquid quod soli illi quod est substantia et hoc aliquid competit distinctio. Sed anima vegetativa et sensitiva habent potencias activas et passivas distinctas ergo sunt forme et hoc quod sunt hoc aliquid. ¶ Ad oppositum due sunt rationes; prima talis est. ¶ Omnis substantia que est hoc aliquid habet principia sufficientia in suo genere. Sed anima vegetabilis et sensibilis non habent principia sufficientia in suo genere per que stent quod sic herent proprias

operationes et sic erunt separabiles quo non sunt substantie hoc aliquid ¶
Secunda ratio hec est. Ex corpore et anima fit unum sicut ex cera et figura
sed unio cere cum figura est vera unio compositionis que est
ex materia et forma quia ex anima et corpore resultat compositum ex materia et
forma sed medio ex quo est altero resultat compositum sicut
compositum materia vel forma est hoc aliquid. quia anima nulla tamen est substantia que sit
hoc aliquid ¶ Ad hoc dicendum est quod quidam posuerunt quod
anima vegetativa et sensibilis sunt forme tantum et non forme substantie
que sunt hoc aliquid. posuerunt autem animam intellectivam esse formam
et substantiam que est hoc aliquid. et inconveniens est forma posuerunt
ipsam esse separabilem. ¶ Dicendum est autem quod anima vegetativa
et sensibilis sunt forme et substantie que sunt hoc aliquid sicut
ostendunt rationes ad hoc posite. ¶ Determinare vero
utrum in eis differant quo est et quod est alterius est negocii
in quo determinatur de principiis substantiarum corporalium ¶ Sed
intelligendum est quod hoc aliquid multis modis dicitur uno modo dicitur hoc aliquid
substantia completa ex vera materia et ex vera forma sicut homo. Alio
modo dicitur hoc aliquid quodlibet singulare sive simplex sive compositum
et sic materia signata est hoc aliquid .i. singulare. ¶ Tertio modo dicitur
hoc aliquid res que per quandam essentiam complete movet et operatur
et est completa licet non componatur et sic anima vegetativa
et sensibilis est hoc aliquid tamen sicut in aliis spiritualibus differt
quo est et quod est. ut jam inductum est. ¶ Ad rationes inquirentes
respondendum est et primo ad primam quod substantia completa est duobus
modis uno modo est substantia completa cuius principium dependet a materia
corporali et que habet radicem in materia corporali et coartatur secundum
exigentiam partis materie corporalis et sic talis non est separabi-
lis et tales sunt anima vegetabilis et sensibilis. alia est que non
habet radicem in materia nec sua principia sed solum dependet
ab eo quantum ad existentiam et quantum ad quasdam operationes et
talis est separabilis et talis est anima intellectiva ¶ Ad secundam
rationem dicendum est quod unio anime cum corpore est tribus modis. Una
est sicut materie cum forma et secundum hanc comparatur anima ad corpus sicut
cera ad figuram et ergo et de hac loquitur Aristoteles. et secundum hanc
est anima forma et ab hac solum habet quod sit forma A-
lia est unio eius cum corpore tamquam unio substantie spiritualis cum substantia
corporali vel spirituali et ad quam distat per essentiam et ab hac habet
anima quod sit hoc aliquid. Tertia est sicut motoris cum mobili
et ab hac habet anima similiter quod sit completa et hoc aliquid
quia secundum hanc distat a corpore per substantiam et sic anima ve-
getativa et sensibilis est forma et hoc aliquid.

¶ Circa quartam questionem sic proceditur et queritur de anima intellec-
tiva utrum ipsa sit forma et hoc aliquid ita quod in ea differat
quo est et quod est ¶ Ostenditur autem quod sic per duas rationes
quarum prima talis est ¶ Omnis substantia completa et finita quoad existen-
ciam est ita hic quod non extenditur alibi est habens in se aliquod
principium coartationis per quod existencia coartatur hic ita
quod non extenditur alibi sed anima intellectiva coniuncta corpori et se-
parata a corpore et quelibet intelligentia est et substantia spiritualis. Se-
cundum est hoc quia quelibet substantia spiritualis habet in se principium coar-
tationis. principium autem coartationis est materia et non forma
quia forma nata est multiplicari et extendi in infinitum quod
intelligentie vel in anima est aliquod possibile vel materia quod est principium
sue existentie juxta. Item ille substantie sunt complete non est
autem res completa sola forma quia cum habeant tamen habent formam
substantie quia spirituales et anima composite sunt ex materia et forma vel
ex quo est et quod est. ¶ Secunda ratio talis est. Omnis substantia
limitata quantum ad existentiam et operationem et simpli-
citatem et statum et ordinem habet principium sue limi-
tationis et coartationis sed quelibet substantia creata completa est
huius quia quelibet substantia creata habet in se principium sue limita-
tionis quia anima intellectiva habet in se illud principium cum habe-
at limitationem et coartationis. primum autem non habet illud
quod non sic est limitatum nec coartatum. primum enim omnino
distat ab omnibus et ipsum est nullo modo limitatum et quanto in plus
distat creatura a primo in tanto magis limitata est. Unde
intelligentia minus limitata est quam anima et magis extendi-
tur sua potentia quam anime potentia. materia quia secundum maiorem
et minorem accessum ad ipsum est principium illius limita-
tionis quia anima et omnis substantia spiritualis habet illam preter primum
Item quelibet substantia spiritualis que sit completa habet formam complexionis
ipsam quia anima intellectiva habet formam et materiam de sua compositione. ¶ Ad oppositum est hoc ratio et sumitur per locum ab auc-
toritate Aristotelis. in dividens substantiam in secundo ponit animam esse
substantiam formam solum et non substantiam tamen nec substantiam que sit
compositum quia anima non est composita ¶ Ad hoc dicendum est quod multi-
plex est opinio circa animam intellectivam et circa substantias spirituales ex
parte sue compositionis vel compositionis ¶ Quidam enim posuerunt ex in-
equalibus quod est et principium differt quod et quo et posuerunt
compositionem secundum diversos modos ¶ Quidam enim posuerunt ex com-
posito ex quo est et quod est compositio ex universali et particulari et
universale appellaverunt quo est et singulare quod est et
hoc modo posuerunt esse compositionem ex quo est et quod est in quibus
ex est ante primum sed hoc opinio errat quod universale est forma
resultans ex compositione forme cum materia hanc quia compositionem precedit
alia si esset ex universali et particulari. Item peccat quod essen-
tia universalis que est vere natura est tota in sin-
gularis totum singulare complectens et non differt a
singulari per essentiam. Sed autem distat hoc est secundum quod
universale est similitudo multorum et relatum ad multa et
sic secundum istam compositionem non differret quo est et quod
est in natura ex universale et particulare a parte essentie
quia est vere natura non differunt. ¶ Secunda positio fuit
quod in quibus quod est citra primum est compositio ex quo et quod

est et illud quod est vera substancia rei. Illud autem quo est potencia rei et hoc peccat quod ponit accidens mixtum substancie et per hoc compositio potencie eius substancia est compositio activitatis cum substancia. Hanc autem non querimus sed querimus illam que est ex veris rei principiis constituentibus rem in se. Item in creatis distinguimus potenciam secundum principia rei ita quod potencia passiva fundetur super materiam, potencia activa super formam. Sed igitur in creatis est potencia receptiva et activa in se est intensio materie et forme et sic habentur materia et forma et non substancia et forma potenciarum. Sed principia super que fundantur illa potencia et sic illa compositione procedit alia. Tercia positio est quod in quolibet completo differt quo est et quod est. Sed illud quod est appellatur ipsa res vel ipsa creatura. Illud autem quo est appellatur creator vel efficiens. Sed de hac non loquimur quia non loquimur de comparatione creatoris ad creaturas sed loquimur de principiis rei et non de comparatione creature ad creatorem. Quarta positio est quod in quolibet est quo est et quod est. Sed ista non sunt principia nature sed racionis ut genus et differencia et quod est ipsum genus quo est autem est ipsa differencia. Sed nulla est quod principia racionis fundantur in principiis naturalibus sicut in homine sensus corporis et intellectus et cetera. Racionale autem quod est differencia sequitur substanciam anime racionalis. Igitur hac compositionem semper procedet alia. Quinta positio est quod in quolibet creato est quod est et quo est et quod appellant veram formam et materiam et per essenciam eandem posuerunt materiam in omnibus creaturis tam spiritualibus quam corporalibus. Sed hec positio nulla est. Quarta identitas essencie est multiplex. Quedam est identitas essencie que est identitas proporcionis et intensionis que in multa conveniunt in eodem et sic omnes substancie conveniunt in substanciam et hanc identitatem in substancia et in materia et forma secundum proporcionem et intensionem et hoc modo est eadem materia per essenciam in omnibus. Hanc autem identitatem non est considerare in naturalibus. Est autem alia identitas secundum essenciam que est a parte modi accipiendi et cognoscendi secundum quod dicitur quod omnia sunt unum secundum modum accipiendi et cognoscendi et sic materia est eadem per essenciam in omnibus. Sed hec identitas non est identitas nature nec vere. Tercia est identitas essencie que est identitas nature secundum quod dicimus quod omnis aer est eadem per essenciam quia alia aer quod sunt eiusdem nature et hoc modo est eadem materia omnium elementorum per essenciam quia materia elementorum est eiusdem nature et uniformis et non differt nisi formis et disposicionibus. Sed sic omnium que sunt non est eadem materia per essenciam quod illi ponebant. Quarta identitas essencie est per ut essencia est natura fixa et determinata sic ponimus essenciam determinatam vel hominem determinatum esse naturam fixam et sic non est eadem materia in omnibus per essenciam et sic decepti sunt secundum identitatem et diversitatem diversitatis et identitatis essencie. Sexta positio scribitur in libro fontis vite quod in omnibus natura forme et natura materie sive sint corporalia sive spiritualia. Sed triplex est materia scilicet materia spiritualis et materia corporalis et materia media. In substanciis autem spiritualibus est materia spiritualis, in corporalibus est materia corporalis. In corporibus autem superioribus est materia media. Corporalis autem dicitur materia que habet naturam privacionis et dimensionis et que est subiecta transmutacioni et ideo hec est in terris propter hoc terrestris est materia corporalis. In corporibus autem superioribus est materia habens naturam privacionis et dimensionis non tamen est subiecta transmutacioni et propter hoc dicitur media quia a parte illa qua habet naturam dimensionis dicitur corporalis, a parte illa qua non est subiecta transmutacioni dicitur spiritualis quia materia spiritualis licet habet divisionem non est subiecta transmutacioni. Hinc autem opinioni vel posicioni adherentes dicunt et ponunt quod in omnibus substanciis spiritualibus est materia spiritualis et forma et sic omnes composite sunt et ideo dicendum est quod in anima intellectiva est compositio ex materia et forma vel ex quo est. Ad racionem autem in contrarium dicendum est quod anima dupliciter consideratur. Uno modo in comparacione ad perfectum et sic est forma et sic eam accipit Aristoteles in principio scilicet. Alio modo secundum quod est substancia et sic est composita ex materia spirituali et forma. Licet est simpliciter forma tamen sed est forma et substancia que est hoc aliquid composita. Et hec est veritas comunium posicionum declarata.

## Distinctio quarta de comparacione et ordine substancie differenciarum et potenciarum et obiectorum anime ad invicem in qua denotatur ordo processus. Continuatio. Amplius si non multe sunt anime sed plures partes utrum oportet querere primum et cetera.

D. 4a

Tractatis comunibus incidentibus circa substanciam anime et eius divisionem per suas partes et circa identitatem et diversitatem ipsarum ad invicem. In hac parte tangit philosophus questiones incidentes circa comparacionem substancie anime et potenciarum ipsius et operacionum ipsarum et obiectorum ad invicem. Nonne vie procedendi in scientia inveniens a quibus incipiendum est in hac scientia et per hoc manifestat modum procedendi in hac scientia. Et recipit textus autem hic per divisionem in partes duas. In quarum prima tangit philosophus a quibus debet incipere auctor huius scientie. Utrum a substancia anime an a suis potenciis an a suis operacionibus. In secunda autem ibi in hac: Videre autem non solum quod quid est cognoscere et cetera. Cum sit duplex via in scientia scilicet illa que per activa procedit ad scientiam ut substanciam anime sic per obiecta et actus et per actus ad potencias et per potencias ad substanciam. Alia que incipit a substancia et principiis. Ostendit utramque viam esse necessariam in scientia ostendens quod illa que per activa procedit necessaria est ad substanciam cognoscendam. Prima autem pars sic patet ad presentem lectionem. Intendit autem philosophus in hac parte tangere questiones incidentes circa operacionem potenciarum anime ad substanciam ipsius et operacionum ad potencias et obiectorum ad operaciones a parte modi procedendi in hac scientia. Recipit autem hec pars divisionem in partes tres. In quarum prima

Inquirit unam questionem circa operationem potenciarum anime ad substanciam eius. Incipit secunda in hac: Et videtur oportere partes quidem vere prius etc. Inquirit secundam questionem circa operationem potenciarum anime ad eius operationes. Incipit tercia in hac: Si autem opera prius dubitandum est utique etc. Inquirit terciam questionem circa operationem obiectorum anime ad operationes. Questionis recollectio. Sunt igitur in presenti lectione tres partes.

In quarum prima inquirit unam questionem circa operationem potenciarum anime ad operationes. Hec autem est divisio huius partis.

Summa prime partis de ordine potenciarum anime ad substanciam. Circa primam igitur partem procedit philosophus dicens preterea quedam est supposito quod anime non sint multe secundum substanciam sed una sit secundum substanciam et sint multe secundum potencias hoc est secundum partitatem per reductionem ad substanciam. Tunc querendum est utrum in hac sciencia oporteat prius querere substanciam anime an ipsius potencias utrum ordo sciencie prius incipiat a substancia anime an a suis potenciis et deinde secundo cum dicit Difficile est autem etc. Tangit difficultatem incidentem circa potencias anime ut ostendat questionem esse racionabilem dicens quod difficile est ostendere differentiam potenciarum anime ut ostendatur quales ad invicem sint alterius quia hoc est diversum ut quomodo differat intellectus ab ymaginatione intellectiva et sensus ab ymaginatione sensitiva.

Summa secunde partis de ordine potenciarum ad operationes. Circa secundam movet secundam questionem dicens et oritur postea questio supposito quod a potenciis sit incipiendum utrum oporteat primo incipere ab ipsis potenciis an ab ipsis actibus ut primo determinetur in hac sciencia de potenciis anime an de operationibus ut primo determinetur de sentire quod est actus sensus quam de sensu an econverso et de intelligere quod est actus intellectus quam de intellectu an econverso.

Summa tercie partis de ordine obiectorum ad operationes. Circa secundam movet terciam questionem dicens supposito quod ab actibus sit incipiendum cum sint priores ad operationes potenciarum. Tunc est questio utrum prius oporteat considerare operationes quam obiecta an econverso ut primo incipiendum sit in hac sciencia a sensibili quod est obiectum sensus quam ab ipso sensitivo quod est virtus sensus [illegible] ta actu an econverso. Et eodem modo utrum primo incipiendum sit in hac sciencia ab intelligibili quod est obiectum intellectus quam ab ipso intellectivo quod est virtus intellectiva [illegible] actu an econverso. Et eodem modo utrum primum incipiendum sit. Et sic manifestatur intencio philosophi in hac parte. Circa istum locum

Questiones sunt tres questiones inquirende. Prima est utrum anima sit diversis partibus per potencias multas et diversas. Secunda est utrum diversitas in potenciis anime sit a parte anime vel a parte corporis. Tercia est utrum iste tres differentie anime que sunt anima vegetabilis et sensitiva sint eedem in homine per essenciam differentes autem solum in potenciis. Circa ista est utrum anima vegetabilis et sensitiva secundum quod sunt in homine et talis sint

Questio .j. eiusdem speciei. Circa autem primam questionem sic proceditur ostendendo autem quod anima sit perfectibilis per potencias diversas talis ratione. Quelibet substancia creata operatur mediante sua potencia. Sed duplex est potencia: quedam est potencia coartata, quedam vero non coartata. Potencia autem non coartata est ut potencia creatoris et potencia intelligentie quodammodo in suo genere. Potencia autem anime coartata est sicut patet de potencia visiva que ita est coartata ad colorem quod non ad aliud se extendit et hoc est propter exigentiam et proportionem obiecti ad organum. Potencia autem non coartata manens una et eadem ad multa se extendit opera et obiecta, potencia autem coartata non. Sed substancia que habet potenciam coartatam per plures et diversas potencias plures habet operationes. Sed anima est substancia coartata in potencia et corpori alligata et ac est principium multarum operationum ergo habet multas potencias et diversas. Est ergo anima perfectibilis in potencias diversas. Et confirmatur hec ratio in hunc modum quod potentie sensibiles magis conveniunt quam potencia intellectiva vegetativa et sensibilis sed potencie sensibiles habent diversitatem inter se et sunt multe et diverse et hoc propter coartationem obiectorum organorum et operationum ergo multo forcius potencia intellectiva vegetativa sensibilis differunt inter se et sunt potencie anime. Ergo anima est perfectibilis per multas potencias. Ad oppositum sunt due rationes. Prima talis est: ab uno simplici et unigenito omnino necesse est unum egredi per se [illegible] ponere diversitatem [illegible]. Sed anima est simplex et una ergo ab ipsa necesse est unum egredi ergo ab ipsa non egrediuntur diverse potentie sed una ergo non est perfectibilis per potencias.

Secunda ratio talis est: substancie spirituales simpliciores sunt quam corporales et velociores ad suas operationes quanto aliqua substancia magis est spiritualis tanto velocior est ad suam operationem et magis opera exercet tempore. Sed substancia corporalis sicut sol per eandem potenciam multas exercet operationes et similiter ignis per eandem virtutem multa opera sicut per virtutem calidi ergo multo forcius anima que est substancia spiritualis per eandem potenciam potest multa exercere. Ergo anima non est perfectibilis in potencias. Solutio ad hoc dicendum est quod anima habet multitudinem Solutio potenciarum et est perfectibilis per potencias per quas ad corpus applicata multas exercet operationes. Ad primam rationem in contrarium dicendum quod duplex est agens: quoddam scilicet est agens per cognitionem quoddam autem per naturam. Ab agente autem per cognitionem manente uno in essentia diversa possunt egredi. Ab agente autem per naturam manente uno unum producitur. Sed exitus est duplex: quidam scilicet est exitus potenciarum a substancia, alius est exitus ab effectu a causa. Sic ergo ab anima plures possunt exire in corpore effectus similiter ab anima plures possunt exire potencie. Causa autem huius est propter coartationem operationum suarum et potenciarum. Ad secundam rationem dicendum est quod principium multarum operationum est duplex: quoddam scilicet est principium multarum operationum propter suam indifferentiam ad multa per quod non coartatur et propter suam independenciam ad aliquid aliud et sic primum est principium

interiorum operationum. ¶ Aliud est principium interiorum operationum propter diuersitatem et diuersitatem materie ad quam exercet suam operationem et sic sol secundum unam potenciam multa operatur propter diuersitatem in receptiuis inferiorum et in talibus non est ponere multitudinem potenciarum propter multitudinem operationum. ¶ Tercium est principium interiorum operationum propter contrarietatem sic potencie ad diuersos effectus et diuersa obiecta et diuersa organa per que contrariatur et talis diuersitas effectuum ponit diuersitatem in potencia

¶ Qo 2a hoc autem non est anima principium diuersarum operationum. ¶ Circa secundam questionem sic proceditur ostenditur autem quod diuersitas sit in potenciis anime a parte corporis solum per duas rationes quarum prima talis est. ¶ Dicitur enim demum est substantia spiritualis est duplex quedam est anima separata, quedam autem est in applicata. Sed substantia spiritualis que non est materie communi applicata habet diuersitatem potenciarum. Sed substantia spiritualis materie applicata habet ipsam. Anima autem est substantia spiritualis corpori applicata habent diuersitatem potenciarum ergo applicatio ad corpus est causa illius diuersitatis in potenciis anime diuersitas ergo in potenciis anime est a parte corporis et non a parte anime. ¶ Secunda ratio hec est: spiritus est medium differens uirtutes anime et secundum diuersitatem potenciarum anime et uirtutum est diuersitas spirituum scilicet. Sed spiritus animalis uitalis naturalis per applicationem ad cor dicitur uitalis per applicationem autem ad cerebrum dicitur animalis. Sic autem est de potenciis anime, potencie ergo anime per operationem ad animam sunt una potencia. Sed autem differunt hoc est propter applicationem ad diuersas partes corporis et sic diuersitas ~~corporis~~ in potenciis anime prouenit a parte corporis. ¶ Et confirmatur hec ratio in hunc modum quia sicut lux habet eandem operationem de se applicata tamen ad diuersas materias diuersas habet operationes et uirtutes ita est de potenciis anime hoc est exemplum Auicenne. ¶ Ad oppositum est hec ratio. ¶ Omnis potencia que est cognoscitiua differt per essentiam ab ea que non est cognoscitiua. Sed potencia uegetatiua est non cognoscitiua, potencia autem sensibilis et rationalis sunt cognoscitiue ergo differt ab illis per

Co essentiam. Item cognoscitiua accidentium solum differt ab ea que cognoscitiua omnium scilicet accidentium et substantiarum. Sed sensibilis est cognoscitiua accidentium solorum, intellectiua autem est cognoscitiua accidentium et substantiarum ergo potencia sensitiua et intellectiua et uegetatiua differunt per essentiam. Quecumque autem habent differentiam per essentiam non solum habent diuersitatem a parte alterius sed a parte sui ergo diuersitas in potenciis anime est a parte sui uel animarum quarum sunt et

Slo non solum a parte corporis. ¶ Ad hoc dicendum est quod potencie anime differunt per essentiam sicut ostendit ratio. Sunt enim potencie diuersarum animarum et in eodem. Unde dicendum est quod differunt per essentiam et non solum a parte corporis sed et a parte anime. De diuersitate autem potenciarum anime uegetatiue in se et de diuersitate anime sensibilis determinabitur in sequentibus sic in secundo. ¶ Ad rationem autem in contrarium primam dicendum est quod anima est substantia simplex et diuersitas potenciarum est a parte sui et a parte nature sue et a parte sue creationis tanquam a priori causa. A parte autem corporis est diuersitas illarum tanquam a posteriori causa. Unde sic ars habet diuersitatem essentialem a parte sui, accidentalem autem a parte suorum instrumentorum. Sic est de potenciis anime quia a parte anime habent diuersitatem essentialem. Unde sic habet anima diuersitatem essentialem a parte sui, accidentalem autem habet a parte corporis. Anima enim utitur corpore sicut instrumento ut habetur in secundo. Unde dicit Aristoteles quod sicut ars utitur instrumentis ita anima corpore utitur. In hac autem diuersitate deficit predicta ratio. Item deficit in hoc quod iste potencie sic differunt quia una est non cognoscitiua, alie autem sunt cognoscitiue. Sed differunt quia una est cognoscitiua materialium, alia spiritualium. Item due sunt separabiles, tercia uero non. Item due respiciunt partes corporis, tercia non. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod non est simile de spiritu et de potenciis anime. Spiritus enim est corpus sicut uapor et ex uno et eodem corpore possunt plura corpora fieri secundum maiorem et minorem subtiliationem et propter hoc ex eodem spiritu naturali fiunt tres spiritus per maiorem et minorem subtiliationem illius ita quod grossior dicitur naturalis, subtilior autem uitalis, subtilissimus autem dicitur animalis. Subtiliationes autem iste non possunt attendi in potenciis anime nec a parte anime nec a parte corporis et ideo non est simile nec talis ratio.

¶ Circa terciam questionem sic proceditur et queritur utrum iste tres differentie anime que sunt uegetatiua, sensibilis, rationalis sint una substantia in homine et diuerse potentie. ¶ Qo 3a ¶ Ostenditur autem quod sic tali ratione: sic dicit Auicenna cum una potencia anime ingeritur et operatur retrahit aliam a sua operatione et debilitat aliam et retrahit ad operationem illius ut quando intellectiua intendit sue operationi retrahit alias ad suam operationem. Unde quando intendit studio non bene digeritur cibus nec bene operatur anima sensibilis. Item quando uegetatiua ingerit debilitatur sensibilis ut patet in sompno. Uegetatiua enim uiget et augetur, sensibilis autem cessat ab operationibus ad minus exterioribus. Sed quando ad inuicem se retrahunt in suis operationibus habent unam radicem unde habent colligentiam quasi radix que unum diuertit aliud dirigit. Sed potencie anime sunt huiusmodi in homine ergo habent unam radicem. Hec autem radix non est nisi substantia anime que conuertitur ad unam et operatio alterius retrahitur. Potencie ergo anime in homine radicantur in una substantia anime et sunt una anima per essentiam licet diuerse potencie. ¶ Ad oppositum sunt due rationes quarum prima talis est: omnes ille substantie differunt per essentiam quarum una precedit reliquam tempore et natura. Sed tres anime sunt huiusmodi in homine ergo in homine differunt per essentiam. Minor patet quia in libro de animalibus scriptum est quod anima creata est prius in embrione et postea sensitiua. Intellectiua uero est ab extrinseco et data est diuinitus. ¶ Secunda ratio talis est: omnes forme que in diuisis perfectibilibus secundum genus et secundum speciem nate sunt reperiri diuerse ad inuicem et differentes per essentiam si sint in aliquo perfectibili eodem adhuc differunt per essentiam quia que differunt specie in diuisis ideo non possunt esse unum quia diuersitas specie non potest reduci ad ydemptitatem. Sed iste anime nate sunt reperiri in diuersis perfec-

tibilibus

secundum speciem et genus que in homine non possunt esse eedem per essentiam. Minor patet quia vegetativa reperitur in planta et sensitiva in bruto et intellectiva in homine. Hec autem omnia differunt genere et specie.

¶ Et confirmatur hec ratio in hunc modum. Differentie enim fundantur in principiis naturalibus ut rationale fundatur in anima rationali, sensibile in sensitiva. Per istas autem essentialiter differimus et convenimus cum aliis essentialiter. Et per animatum convenimus cum planta essentialiter. Per sensibile differimus essentialiter ab ipsa et essentialiter per sensibile convenimus cum bruto. Per rationale autem differimus essentialiter ab hiis omnibus. Quare necesse est istas differentias anime fundari super essentialia anime in homine. Sed hoc est contra eos qui dicunt quod fundantur in homine super potentias anime fundantur quam super substantiam anime. Hee autem differentie sunt diverse essentialiter in homine et essentialiter faciunt diversa. Quare fundantur super diversas substantias anime et non super unam in homine. Quare necesse est ponere diversas animas per essentiam. ¶ Ad hoc dicendum est quod contra hanc conclusionem multipliciter est positio. ¶ Quidam enim ponunt quod hee anime in homine sunt idem in substantia, differentes autem in potentiis. ¶ Alii ponunt quod differunt in homine et in potentiis et in substantiis. ¶ Alii ponunt quod anima vegetativa et sensitiva sunt idem in substantia in homine et diverse in potentiis quia sunt ab eodem principio quod est natura. Intellectiva autem diversa est ab illis et in substantia et in potentiis. ¶ Alii ponunt quod anima intellectiva et sensitiva sunt idem per essentiam in homine et sunt tamen creationem cognitionis; vegetativa autem omnino differt ab illis. ¶ Eligatur autem que istarum positionum videbitur probabilior. Et quia veritas istius conclusionis perspicacius determinabitur in secundo, sustineatur ad presens gratia disputationis prima positio, scilicet quod tres anime sunt una per essentiam in homine, diverse autem solum in potentiis. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod vegetativa et sensitiva prius sunt in embrione et prius est vegetativa nutriens et operans et post sensitiva et ultimo rationalis. Sed iste due scilicet vegetativa et sensitiva non sunt substantie sed potentie, et sic testantur auctores quod a spermate decidunt sive potentie que sunt vegetative et sensitive virtus et spiritus et calor cum eis que sunt instrumenta illarum virtutum et virtus operatur in semine sicut artifex ad productionem fetus. Quia illa virtus operatur sicut anima patris generantis et decedentis quia ei confert virtutem et sic dicit Nicholaus in questionibus suis. Si primum conferat virtutem suam secundo, secundum operatur sicut primum, verbi gratia si faber conferret virtutem suam martello, martellus operaretur sicut faber. Similiter autem est de illa virtute que operatur in semine: vegetatur et illa virtus conservatur et dirigitur a virtute materis. Et virtus vegetativa operatur secundum vegetationem sensitive, sensitiva autem secundum rationem intellectivam quousque adveniret et omnes dispositiones operantur secundum exigentiam forme ultime. Completo autem corpore infunditur anima intellectiva cum tribus potentiis et tunc cessant alie due que ibi erant et corrumpuntur iste et sic omnino se habent secundum prius et posterius in tempore secundum quod sunt differentie unius anime et potentie que prius sunt non sunt eius potentie sed decise a patre cum semine. Et si obiciatur quod accidens non est sine subiecto; potentia autem est accidens anime; ergo potentia non est sine anima. Potentia autem vegetativa et sensitiva non sunt prius in semine decise sine anima. ¶ Et dicendum ad hoc quod duplex est accidens: quoddam est quod comparatur ad subiectum ut ad illud in quo est solum et tale non est sine subiecto illo. ¶ Aliud est quod comparatur ad subiectum ut ad illud a quo fluit super alterum et tale potest esse sine subiecto a quo fluit et erit super alterum in quo fluit. Sic autem est potentia vel virtus vel potentia et tale accidens. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod illa ratio impedienda supponit quod tres anime secundum essentiam sunt in homine et probat quod ex eis essentiis non fit unum. Contra hoc breviter concedendum est quod si tres secundum essentiam essent in homine quod ex illis non fieret unum. Sed sic non est quia non est nisi una substantia anime et potentie diverse. Unde sicut in divinis est diversitas istarum potentiarum ita non est in homine. ¶ Ad confirmationem dicendum quod iste potentie ad substantiam reducuntur et sic in ipsis possunt fundari differentie essentiales vel in substantia anime per illas potentias.

¶ Et est certum quod sic procedit

et est quod iste differentie anime que sunt vegetative et sensitive sunt eiusdem speciei. Probatio quod sunt in animali bruto et in homine et in plantis. Unde est verum hic dicendum: anime que sunt vegetative sunt eedem secundum speciem prout est in planta et prout est in bruto et in homine vel differunt specie. Similiter et sensitive in bruto et in homine. ¶ Ostenditur autem duabus rationibus quarum prima talis. ¶ Potentie differunt per actus et operationes; actus autem differunt per obiecta. Sed obiecta et operationes istarum differentiarum anime sunt eedem prout sunt in homine et bruto et planta. Ergo et potencie eedem. Ergo et substantie eedem quia identitas potentiarum ponit identitatem substantie. Ergo iste differentie anime que sunt vegetative et sensitive sunt eedem in omnibus in quibus sunt. Minor patet quia actus anime vegetative in omnibus in quibus sunt vivere generare nutrire et augmentare, operationes eius sunt similes, et similis operatio anime sensibilis est sentire in omnibus. ¶ Secunda ratio talis est. Forme universales corporales omnino dependent a materia. Differentie autem anime sunt forme et substantie. Sed forma substantialis non recipit diversitatem secundum speciem a materia sed potius econverso quod non habeat illa forma principaliter materiam sed distat per essentiam a materia. Ergo forme substantie non habent diversitatem secundum speciem a parte materie. Et alio modo non habent diversitatem quia si habent secundum speciem hoc erit per applicationem ad materiam quia a materia dependeant differentie anime que non differunt secundum speciem prout sunt in diversis. ¶ Et confirmatur hec ratio sic. Forma corporalis magis applicatur ad materiam quam forma spiritualis. Sed anima

sed forma corporalis est eadem secundum speciem in diversis materiis sicut patet de forma ignis que est eadem secundum speciem in igne terrestri et aereo, ergo multo magis differentie anime existentes in diversis erunt eedem secundum speciem, propter applicationem ad diversa non recipiunt diversitatem secundum speciem. ¶ Ad oppositum est hec ratio: sensitivum et distinctum fundantur in principiis naturalibus, sicut animatum fundatur in natura corporis habentis vitam, animal autem similiter fundatur in habente sensum. Illa autem natura corporis habentis vitam est sicut planta, igitur animal convenit cum planta in natura corporis animati. Necesse est quod hec differentia animatum fundetur in illis in aliquo principio naturali communi; hoc autem non est nisi anima vegetativa, que est principium commune in utroque. Hec vero convenientia secundum genus est solum, ergo principium illius est solum commune secundum genus remotum, differens autem secundum speciem. Hoc autem est anima vegetativa, ergo in planta et in animali differt anima vegetativa secundum speciem. Similiter autem est de anima sensitiva: homo enim convenit cum bruto a parte istius differentie sensibile, que est convenientia secundum genus solum et distinctio secundum speciem; principium autem huius convenientie est anima sensitiva, quia in ipsa fundatur hec differentia sensibile. In utroque ergo anima sensibilis et in homine et in bruto est differens specie. ¶ Confirmatur hec ratio in hunc modum: principia rerum sunt ordinata in genere per reductionem, sicut patet de hiis principiis substantie que sunt materia et forma, que sunt in genere substantie per reductionem eorum ad ipsam. Ergo cum anima habet rationem forme, est in genere per reductionem; ergo differunt anima vegetativa et sensitiva secundum differentiam ordinabilium in genere, quorum sunt principia per reductionem ad illa que in genere; illa autem differunt specie; ergo anima vegetativa et sensitiva, prout sunt in illis, differunt specie. ¶ Ad hoc dicendum quod circa hoc est duplex intentio. ¶ Quidam enim ponunt quod anima vegetativa et sensitiva in diversis non differunt secundum speciem sed a parte materie solum. ¶ Quod est autem quod in diversis secundum speciem, et hoc patet per actus eorum: alterius enim speciei est vita hominis et vita bruti et vita plante. Et similiter de actu anime sensibilis in homine et bruto, et concedende sunt rationes ad hoc. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod operationes sunt duobus modis: quedam enim sunt communes et quedam proprie. Sicut ergo accidentia propria ponunt diversitatem in speciebus a posteriori, similiter operationes proprie ponunt diversitatem in speciebus a posteriori; sicut in anima accidentia autem communia non ponunt diversitatem in speciebus, et similiter operationes communes non ponunt diversitatem in substantiis secundum speciem sed identitatem secundum speciem; et quia ille operationes de quibus procedit ratio sunt communes et non proprie, ideo ratio non valet, quia licet eedem sint communes, tamen in substantie eedem secundum speciem proprie sed differunt. ¶ Aliter autem potest dici quod sicut ille differunt in diversis, ita et potentie illarum et operationes: alterius enim speciei est vita in homine et talis quia in homine regulatur ab anima rationali et completur, in bruto autem completur a sensibili, in planta autem a vegetativa, et sic habent diversas completiones secundum speciem, et ideo differunt secundum speciem in istis. Similiter hec operatio sentire regulatur et completur in brutis a sensibili, in homine ab anima rationali, et sic habent diversas completiones secundum speciem. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod non est simile de formis naturalibus et de differentiis anime, quia forme naturales elementares multiplicantur secundum materiam, gradus secundum speciem et ipse eadem est secundum speciem forma ignis in igne terrestri et in igne aereo. Sed differentie anime non se habent sic, non enim multiplicantur secundum materiam, sed differentia sic dictum est quod vegetativa anima in homine non generat plantam sed hominem. Unde differentie est principium hic et ibi.

## ¶ Distinctio quinta de necessitate utriusque vie predicte. ¶ Continuatio intentionis. ¶ Videtur autem non solum quod quid est cognoscere esse ad cognoscendum causas accidentium in subiectis et cetera.

¶ Cum iam monuit philosophus conclusiones in cidentes et ordinem illorum a quibus debet incipere auctor huius scientie, utrum scilicet a substantia anime procedendo ad potentias an econverso, an ab operibus ad potentias, an econverso, an ab obiectis ad opera, aut econverso. ¶ Intendit ergo in hac parte ostendere quod via utrobique communis et utilis est in hac scientia, et illa que ab accidentibus ad substantias procedit et illa que econverso modo procedit. ¶ Et ostendit quod consimilia et per priora procedit, unde sit circularis, et per posteriora progreditur aliud est utilis. ¶ Et hoc patet, et spectat ad presentem lectionem, et sic patet universalis intentio in hac parte. ¶ Divisio. ¶ Recipit autem hec pars divisionem in partes duas. ¶ In quarum prima ostendit quod via procedens per accidentia posteriora ad priora principia substantie est utilis in scientia. ¶ Cum enim habemus tradere fantasiam de accidentibus et cetera. ¶ Ostendit in quibus accidentibus est necessaria hec via et in quo statu cognoscendi quia iste modus est necessarius, cum accidentia que cognoscimus per viam imaginationis sensibilis et sunt nobis nota. ¶ In tertia parte in hac: ¶ Omnis enim demonstrationis principium est quod quid est et cetera.

¶ Ostendit quod post cognitionem factam per accidentia posteriora devenimus ad cognitionem substantie et tunc via diffinitiva procedimus, que est via necessaria. ¶ Hec est autem divisio huius partis. ¶ Conclusionis recollectio. ¶ Sunt ergo in presenti lectione tres partes principales. ¶ Prima ostendit quod via procedens per accidentia posteriora ad priora principia substantie est utilis in scientia. ¶ In secunda ostendit in quibus accidentibus est necessaria hec via et in quo statu cognoscendi. ¶ In tertia ostendit quod post cognitionem factam per accidentia posteriora devenimus ad cognitionem substantie.

¶ Summa prime partis de utilitate processus ab accidentibus ad substantiam. ¶ Circa primam partem procedit philosophus hoc modo dicens. ¶ Quia cognoscere substantiam rei et principia ipsius non solum

est utile in scientia ad cognoscendum causas passionum inhe-
rentium substantie. et secundo ponit exemplum cum dicit. Sicut
in mathematicis quid rectum et quid obliquum et quid
linea etc. Sicut et in scientiis mathematicis ad cognoscendum
quod trianguli id est hec passio que est habere tres angulos e-
quales duobus rectis non solum est cognoscere necesse quid est line-
a et quid est superficies et quid figura que cadunt in diffi-
nitione trianguli et similiter est in aliis scientiis. Sed et accidentia
magnam conferunt cognitionem ad cognoscendum substantiam et principia
ipsius. Secunda secunde partis de ostensione accidentium quibus
hec via competit et in quo statu. Consequenter accedit ad se-
cundam partem dicens quod cum habuimus cognitionem accidentium
de quibus investigationem habemus secundum viam ymaginationis
et fantasie que est virtus proxima sensui media inter sen-
sum et intellectum cognoscens formas accidentales et eas
intellectui representans quia accidentia sunt manifesta
sensui nostro et sunt manifesta secundum quod accidunt rei
in determinato loco et tempore que cognoscuntur secundum viam y-
maginationis que accidentia sunt nobis manifesta pro-
pinquius autem omnia quedam secundum suam cognitionem. Et accidentibus
sic primo cognitis tunc secundum viam determinabimus de substantia
et principiis ipsius et de ipsius diffinitione. Et tunc erit
certa cognitio rerum in scientia quia cognitio est per causas primas
et per principia prima. Secunda tertie partis de necessitate
huius diffinitive. Consequenter accedit ad illam partem in
qua ostendit quod cognitio per principia substantie que est cogni-
tio diffinitiva est necessaria ad cognitionem accidentium. Sup-
ponitur enim quod non est perfecta cognitio nisi per priora substantie principi-
a. Et primo hoc ostendit dicens quod diffinitio substantie est princi-
pium omnibus demonstrationis et innuit talem rationem. omnis
certa cognitio accidentium est per demonstrationis principium Sed de-
monstrationis principium est diffinitio ergo omnis certa cogni-
tio accidentium est per diffinitionem substantie. Et sic ostensum est
quod predixi quod cum sit duplex via in scientia. scilicet una pro-
cedens ab accidentibus ad substantiam et principia ipsius quedam
conclusio. Illa autem que est ab accidentibus ad substantiam non est comple-
ta Sed illa que est a substantia et a principiis ipsius incipiens
ostendens accidentia de subiectis necessaria est. Et perfecta. De-
inde secundo cum dicit Quare secundum quascumque diffinitiones
non contingit accidentia cognoscere etc. Ostendit
quod non quodlibet genus diffinitionis est principium demonstratio-
nis accidentium de subiectis. Quod diffinitiones per quas
habetur cognitio accidentium per causas communes remotas
et accidentales et transcendentes non sunt certe ad cogni-
tionem et demonstrationem accidentium de substantia sicut sunt
diffinitiones logice. Unde sunt huiusmodi diffinitiones
vane. Et causa huius est quia non demonstrant veram scien-
tiam quia procedant per communia principia et transcendentia

et non per causas proprias vel ... per causas per quas inherent in
passiones proprie substantie. Et sic declaratur intentio philosophi circa
hanc partem. Hic restant adhuc tres questiones tenende. [Co. 3es]
que sunt communes prelibato textui et precedenti. Prima questio
est utrum eadem communis diffinitio competat omnibus differentiis
anime vel non. Secunda questio est cum sint multe potentie anime
utrum sit ponere unam potentiam anime immediate egredientem ab
anima mediante qua alie ab anima egrediantur. Tertia est utrum
anima sit eadem cum suis potentiis ut dicitur quod quelibet potentia
anime sit anima. Ad primam questionem sic proceditur et queritur utrum
eadem diffinitio communis competat omnibus differentiis anime
et ostenditur quod sic tali ratione. Quia Aristoteles ponit istam
diffinitionem communem in secundo de anima. anima est actus orga-
nici corporis potentia vitam habentis. forma enim diffinitur per
rationem perfectionis in ... Ergo cum differentie anime sint for-
me. et ita perfectiones patet quod hec diffinitio eis competit
et ita habent communem diffinitionem. Ad oppositum est ista
ratio. sicut dictum est. substantie cognoscibiles differunt a non cognoscibilibus
item ille que sunt actus per se differunt ab eis que non sunt
actus per se ergo cum differentie anime se habeant secundum istas compara-
tiones quod quedam sunt cognoscitive quedam non et quod quedam
sunt per se quedam non. Secundum est quod differunt omnino non habent
ergo diffinitionem communem nisi secundum prius et posterius. Ad mi[nor]
Ad hoc dicendum est quod duobus modis est loqui de anime [Solutio]
differentiis. Uno modo a parte ipsarum essentiarum et sic non
habent diffinitionem communem nisi equivocam et remotam
que sit anima est substantia spiritualis etc. Alio modo contingit loqui
de ipsis per ut habent intentionem perfectionis et sic conveniunt
in diffinitione quia diffinitio ponitur in secundo de anima et
hoc patet quod ibi diffinitur anima per perfectionem essentie autem
ipsarum per se non habent diffinitionem communem. Prima ratio
talis est procedit de anima secundum quod est perfectio et a parte diffi-
nitionis quam habet per perfectionem quod talis datur ab Aristotele
in secundo. Secunda questio est hoc. utrum differentie anime que sunt
eedem habeant eandem diffinitionem in omnibus in quibus [Co.]
sunt ut negetur ... habeat eandem diffinitionem in omnibus
viventibus Et ostenditur quod non quia sicut dictum est
iste forme individuales differunt secundum speciem sed talia non
habent diffinitionem communem ergo negetur individuales non ha-
bent unam diffinitionem communem nisi similiter sensibilis. Ad opposit[um]
sic se habent perfectibilia et differentie perfectibilium ita se
habent perfectiones ad invicem in quibus fundantur ille dif-
ferentie communes et proprie Sed perfectibilia istarum diversarum habent
diffinitionem communem et quia ipsorum similiter et differentie ipsorum
proximam dico vel remotam ergo et iste differentie anime
per ut sunt individuales non habent eandem diffinitionem commu-
nem. Maior patet. minor similiter manifesta est quod omnia
ea in quibus est anima sensibilis habeant in diffinitione aliquid et

similiter omnia in quibus est vegetativa ut dictum est quod vegetativa individualis habet eandem diffinitionem. Et similiter sensibilis in omnibus
Cō in quibus est. ¶ Ad hoc dicendum est quod convenientia est multis modis. Quedam enim est convenientia proportionis et similitudinis et secundum quam omnia contenta in aliquo genere conveniunt in illo quod convenientia non est in aliquo principio quod sit natura fixa sed intensio et similitudo multorum et sic omnes species conveniunt in specie que est genus. ¶ Secunda convenientia est in aliquo principio quod est natura fixa. Et natura aliqua sicut dicimus quod eadem mensura fixa et determinata est convenientia diversis mensuratis loquendo de mensura extra fixa. ¶ Tercia convenientia est a parte identitatis simpliciter et sic in corpore elementorum est convenientia et eadem per essentiam quod est eiusdem nature et potentie. Et sic dicimus quod omnis aer est eadem per essentiam quod est eiusdem nature convenientis. ¶ Quarta convenientia est secundum modum accipiendi sic dicimus quod eadem unitas secundum modum accipiendi mensurantur omnia. Differentie ergo anime per ut sunt individuales et quod vegetativa est individualis et sensibilis similiter habent convenientiam primam que est convenientia proportionis et secundum illam habent diffinitionem communem secundum proportionem. Et hec cadit maxime in aspectu rationis unde vegetativa in omnibus in quibus habet hoc in diffinitionem communem. Quantum autem ad secundam et terciam convenientiam non habent diffinitionem communem eandem quia non sunt eiusdem nature simpliciter eiusdem essentie fixe. De quarto autem modo convenientiis non multum curandum est ad presens.
Cō. ii. ¶ Vel secundam questionem sic proceditur et queritur utrum sit una potentia anime immediate influens ab anima que sit ante omnes alias potentias. Et ad quam alie reducantur et mediante qua ab ipsa egrediantur. ¶ Et ostenditur quod sic duabus rationibus quarum prima talis. Sicut dicit avicenna una potentia anime retrahit aliam in sua operatione ut cum virtus intellectiva vigeret sensibilis cessat ut patet in multis studentibus qui videre non possunt cetera dum student. Sed omnes tales potentie reducuntur ad aliquam primam potentiam mediante qua egrediuntur et diriguntur. Ergo necesse est ponere unam primam anime potentiam mediante qua alie ab anima egrediantur. ¶ Secunda ratio hec est. In omni genere rerum in quibus est ordo et reductio multitudinis ad unitatem. Sed potentie anime sunt ordinate ergo debent reduci ad unam primam potentiam animae mediante qua ab anima fluant alie potentie anime. ¶ Ad oppositum est hec ratio. Potentia cognoscitiva est reducibilis secundum identitatem essentie ad potentiam non cognoscitivam et econverso. Sed hec differentia anime que est vegetativa est non cognoscitiva. Alie autem differentie anime sunt cognoscitive ergo non reducuntur ad identitatem essentie in genere substantie nec in genere potentie. Sed talia non habent super se communem in quo conveniant et ad quod reducantur et mediante quo ab alio fluant ergo potentie anime non reducuntur ad unam primam potentiam anime mediante qua ab anima fluant. ¶ Ad hoc dicendum est quod quidam
Cō posuerunt ante istas differentias anime que sunt vegetativa sensitiva et intellectiva aliam potentiam priorem regentem istas et dirigentem mediante qua alie egrediantur ab anima et hanc appellaverunt potentiam regitivam. ¶ Dicendum est autem quod non est aliqua potentia anime prima ante istas immediate fluens ab anima mediante qua alie egrediantur ab anima immo iste potentie immediate ab anima egrediuntur. Et contrario rationem hic ostendentur. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod una potentia distrahit aliam sed hoc non est propter reductionem earum ad unam primam potentiam sed propter reductionem earum ad substantiam anime que dirigit potentias et organa sic patet cum virgis sopitis requiescunt sensus exteriores. Et anima trahit calorem naturalem exteriorem et interiorem ad locum digestionis ut nutrimentum digeratur et similiter de intellectiva in suis operationibus et sic per reductionem ad animam et substantiam anime una retrahit aliam. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod reductio potentiarum anime est ad illud ad quod ordinantur. Ordo autem ipsarum non est ipsarum ad invicem respectu sui non respectu potentie alicuius sed respectu substantie anime. Et ideo cum habeant ordinem respectu eius reducuntur ad substantiam anime que precedit eas ordine nature. Et dirigit. ¶ Cum etiam questionem
Cō. iii. sic proceditur. Et queritur utrum anima sit eadem cum suis potentiis et ostenditur quod sic duabus rationibus quarum prima talis. Communis substantia spiritualis que per essentiam in qualibet parte corporis ubique existit contra distensionem suarum partium potentialium ut est eadem per essentiam et est eadem cum qualibet earum potentiarum. Alioquin enim non esset in qualibet parte per suas potentias et cetera. Sed anima est substantia spiritualis que per essentiam diffunditur ad partes corporis per suas potentias sicut vult augustinus ergo anima est eadem cum suis potentiis. ¶ Secunda ratio est hec. Omnis multitudo substantie sine sui decisione sed per solam existentiam indivisibilis est eadem per essentiam cum suis partibus per quas multiplicatur. Aliter enim sine sui decisione non multiplicaretur. Sed anima est huiusmodi respectu suarum potentiarum ergo est eadem cum illis quia ex quo sine decisione multiplicatur ut faciat diversitatem secundum numerum manet eadem in sua multitudine et integritate. Minor patet quia anima indivisibilis manens recipit multiplicationem in partibus suis et potentiis. ¶ Ad oppositum sunt due rationes prima talis est. In omni substantia creata differt sua actio et sua substantia et omnis talis substantia habet aliquid quo agit et aliquid quo non agit. Et necesse est quod aliquid cadat medium inter ipsam et suam operationem differens ab ipsa per essentiam. Hoc autem medium est potentia ergo in substantia creata completa cadit potentia media inter ipsam et suam operationem differens ab illa substantia ergo inter substantiam anime et suam operationem cadit potentia media differens ab anima potentie ergo anime non sunt eedem cum ipsa anima. ¶ Secunda ratio hec est. Omnis substantia que est hoc aliquid est huius compositionem

ex aliquo genere compositus. Sed ipsa anima est substantia que est hoc aliquid ergo anima est composita ex aliquo genere compositionis. Compositio vero est ex principiis substantialibus aut ex substantia et potentia. Si ex principiis essentialibus huiusmodi sunt quod est et quo est et a parte quod est est potencia passiva et a parte quo est accidentia ergo sic habet potentiam activam et passivam differentem ab ipsa. Et secundum hanc viam compositionis differt anima a suis potentiis quia anima non est suum quod est nec suum quo est. Si secundo modo est anima composita ergo cum compositum non sit sua composita adhuc differt anima a suis potentiis anima ergo non est eadem cum suis potentiis. ¶ Ad hoc dicendum est quod quidam posuerunt potentias anime et animam non differre per essentiam sed ponunt quod anima per essentiam est quelibet suarum potentiarum. Videtur autem quod anima differt per essentiam a suis potentiis nec est eadem cum illis sicut ostendunt rationes. ¶ Et notandum est quod anima componitur cum substantia et potentia vel potentiis et tamen potentie anime faciunt essentiam anime divisam quia sunt differentes ab ea. Et non sunt nisi quid eius et differunt ab ea sicut quid eius. Unde de aliqua illarum non possum dicere quod sit anima sed quod est quid eius. Entium quedam sunt entia quedam sunt entium. Et ea que sunt entium multis modis sunt. Quia quedam sunt sicut vie ut motus quedam vero sicut privationes et potentie et virtutes. Potentie ergo anime ad animam reducuntur quia sunt entis scilicet anime et non sunt anima. ¶ Et notandum est quod differentie anime quibus nominant substantiam et quibus potentiam unde intellectus potest nominare substantiam intelligentem vel potentiam intelligendi. Solum primo modo sunt idem cum anima. Secundo autem modo sunt differentes quia sunt potentie eius. ¶ Ad primam rationem dicendum quod est quod aliquid est simul et semel indivisibile dupliciter. Uno modo sicut universale quod de ipsis predicatur. Et tale idem est per essentiam cum omnibus per que indivisibile diffunditur per ambitum. ¶ Secundo modo est aliquid simul et semel indivisibile per suarum potentiarum extensionem et diffusionem. Et sic anima est in qualibet parte corporis per suas potentias et tale non est idem cum illis per que diffunditur sed solum quod predicatur de illis per que diffunditur. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod aliquid dividitur et multiplicatur duobus modis. Uno modo per sui decisionem sicut ignis vel semen alio modo per solam multiplicationem sine decisione tamen cum diffusione potentiarum. Primum multiplicabile differt secundum numerum in partibus per quas multiplicatur id est tamen specie. Aliud autem non differt aliquo modo quia manet semper idem et unum. Sed multiplicitas est duplex scilicet multiplicatio essentie et multiplicatio virtutis. In multitudine essentie manet ipsum idem quia eius essentia eadem est ubique et tota. In multitudine autem virtutis vel potentie non ideo differt ab

illis. Et sic anima manet indivisibilis per essentiam et sit in partibus corporis hoc non est quia sit eadem cum suis potentiis sed quia sue potentie ab eadem substantia fluunt

¶

Distinctio sexta de dubitatione cir- Cl. vi.
ca compationem passionum anime ad
ipsam et ad corpus secundum commu-
nicationem et separationem continuatio
intensionis. Dubitationes autem ha-
bent et passiones anime utrum sint
communes et habentis et cetera. Inquisitis po-
tentiis ac sensu et proprietatibus anime. Et etiam ordinationem pro-
cessus huius inquisitionis et potentiis et actibus et obiectis anime. In
hac parte inquirit philosophus questionem unam inquirendam in hac sci-
entia que est utrum passiones anime sint proprie ipsius an sint communes
anime et corporis. Et ex hoc ostendit quod sint communes et
habeant ad materiam dependentiam ex quo spectant ad philosophum naturalem
qui est considerare de corpore mobili inquantum est mobile.
Divisio. Recipit autem hec pars divisionem in duas partes. In
prima quarum primo inquirit predictam questionem et concludit quod
passiones anime cum ad materiam habeant dependentiam
sive aspectum ad philosophum pertinent naturalem. In secunda ibi
hac. Differenter autem diffiniunt physicus et dyaletic(us)
et cetera. Quia concluserit quod passiones diffinitiones(?) per naturam ad
naturalem pertinent philosophum cum dyaletice easdem dicit passiones
considerare posse et alios mathematicos et methaphisicos. Sed secundum
diversum modum ostendit differentiam dyaletici et physici secundum
modum diffiniendi qui est per aspectum ad materiam et
per aspectum ad speciem et assignat divisionem negotiorum
ut accipiat intentionem negotii naturalis ad quod spectat
scientia de anima considerans de passionibus eius. Prima autem
pars spectat ad presentem speculationem. Intendit ergo in
hac parte movere questionem de passionibus anime per comparationem ad
animam et corpus utrum sint communes an proprie et quod sint
communes habentis ad corpus aspectum intendit ostendere
quod ad philosophum pertinent naturalem. Recipit autem hec pars divisio-
nem in duas partes. In quarum prima movet philosophus dubitationem de
passionibus anime querens utrum sint proprie an communes. In secunda
ibi in hac. Videtur autem et anime passiones et cetera. Contin-
git genus passionum in quibus manifesta est communitas
anime et corporis. Prima autem pars recipit divisionem in par-
tes duas tres. In quarum prima movet questionem. In secunda de
passionibus anime. In secunda utrum sint proprie an communes. In secunda
ibi in hac. Videtur autem pluribus nihil sine corpore pati
et cetera. Ostendit in quibus passionibus apparet communitas in
corpore et in quibus non in tertia. ibi in hac. Sed sicut recto
inquantum rectum multa accidunt. Ostendit per quandam
similitudinem quod aliqueque passiones erunt communes anime et
corporis per applicationem eius ad corpus que ipsum appe-
tunt per ut a corpore nata est separari. Recipit autem
hec pars principalis secunda divisionem in tres partes. In quarum

tertia tangit genus passionum in quibus manifesta est communitas anime
et corporis in secunda ibi. Si autem sic se habent manifestum est
quod rationes passionum etc. Concludit quod ex quo ille pas
siones ad corpus habent aspectum necesse est ipsas per materiam diffinitione
secari. In quarta ibi. Et propter hoc physici est considerare de
anima aut de omni aut huius etc. Concludit quod ex quo
habent diffiniri per materiam et ad corpus mobile habent aspectum
ad physicum pertinent naturalem cuius est passiones mobilis corporis
determinare. Divisionis autem recollectio. Sunt ergo in
lectione presenti partes sex in quarum prima movet questionem circa communita
tem et proprietatem passionum anime. In parte secunda declarat
que passiones potentiarum anime videntur esse communes et que
proprie. In tertia ostendit per quandam similitudinem quod quamvis
alique passiones possint esse communes anime et corpori pro eo quod
anima habet aspectum ad corpus que tamen ei competunt prout nata est
separari. In quarta ostendit genus passionum in quibus
manifesta est communitas anime et corporis. In quinta concludit
quod ille passiones que ad corpus habeant dependentiam per materiam
habent diffiniri. In sexta concludit quod ex quo per materiam
habent diffiniri et ad corpus habent aspectum ad physicum pertinet
naturalem. Haec autem est divisio huius partis. Summa prime
partis de questione circa communitatem et proprietatem anime et corporis.

Circa primam autem partem procedit hoc modo philosophus. Primo
modo movens questionem dicens quod questio incidit circa
passiones et est utrum sint proprie anime an anime et corporis vel
coniuncto. An quedam sint communes utrique quedam autem sint
proprie anime. Secundo autem cum dicit. Hanc autem quod
necessarium est accipere non est autem leve etc. Ostendit
questionem esse rationabilem hac ratione. Omne quod est necessarium inscire
et non est facile cognoscere est inquirendum. In scientia ex omnibus
arts de bono et de difficili sic habetur in ethicis. Sed cognos
cere utrum passiones anime sint communes an proprie est huiusmodi. Ergo cog
noscere passiones anime utrum sint communes an proprie est inqui
rendum. Summa secunde partis de manifestatione passio
num anime propriarum aut communium. Consequenter accedit
ad secundam partem prime partis in qua primo ostendit quod
passiones anime videntur esse communes. Secundo cum dicit
Maxime autem videtur proprium intelligere etc. Ostendit
quod videtur esse propria. Dicit ergo quod in pluribus passionibus nulla pas
sio vel actio videtur fieri sine corpore sicut ira et desiderium
et confidentia. Et cetere huius passiones non videntur fieri
sine corpore. Sed omnes tales sunt communes anime et corporis quia
sine corpore non fiunt. Ergo omnes predicte passiones sunt communes
anime et corporis. Deinde ostendit passiones que maxime
videntur esse proprie. Et iste sunt passiones anime intellective.
Et in illa parte procedit hoc modo. Primo ostendit quod
passiones anime intellective videntur maxime esse proprie
ipsius anime intellective sicut videtur esse proprium intelligere.
Secundo cum dicit. Si autem hoc fantasia quedam non est

intellectus etc. Ostendit quod si intellectus est passio propria et in
tellectus non est fantasia vel operatur per admixtionem cum fan
tasia. Et postea ostendit quod si intellectus est cum fanta
sia. Omnis autem fantasia operatur simul cum corpore necesse est
ergo intellectum operari simul cum corpore. Sed virtutes operantes
simul cum corpore sunt passiones communes et non proprie.
Ergo secundum hunc modum operationes et passiones intellec
tus essent communes et non proprie. Et per hoc datur intelligi
quod intellectus qui non est fantasie admixtus operationes et
passiones sunt proprie. Intellectus autem qui est fantasie
permixtus sunt operationes communes anime et corporis. Deinde
inde tertio cum dicit. Si quidem ergo est aliquid anime o
perum aut passionum propria etc. Ostendit quod si ali
qua actio vel passio anime est propria inerit ei secundum quod anima
nata est a corpore separari. Et e contrario si non est ei aliqua operati
o propria non est nata separari. Ut operatio illa ei in sua se
paratione nata sit inesse. Et ideo per hoc dat duas consequen
tias ad utramque partem secundum hunc modum. Omnis substantia
habens propriam operationem est nata a corpore separari. E
contrario Sed anima est nata a corpore separari. Ergo habet propriam o
perationem. Item omnis substantia habens propriam operationem est
nata a corpore separari. Sed anima non est nata separari secundum
aliquas suas potentias. Ergo secundum illas non habet propriam operati
onem. Et per hoc dat intelligere quod est nata a corpore sepa
rari habet operationem propriam secundum quam cum corpore non communicat.
Et in qua non est fantasie permixta. Et habet aliam secundum quam
cum corpore communicat et in qua fantasia est permixta et quia
ei non competit in quantum est separata. Et sic innuit duplicem
statum anime et duplicem eius potentiam et duplicem eius o
perationem. Summa tertie partis de declaratione communitatis
et proprietatis harum passionum per simile. Consequenter
accedit ad tertiam partem in qua declarat hoc per simile
quomodo operatio communis anime intellective competit per appli
cationem ad corpus. Que tamen ei non competit prout nata est a
corpore separari. Dicit ergo quod sicut recta linea in quantum
est recta habet multa accidentia per applicationem ad ma
teriam sicut ei competit tangere eneam speram secundum punctum.
In tertio enim geometrie concluditur quod si recta linea
circulum contingat ipsum in puncto necesse est contingere rec
ta ergo linea contingit circulum eneum in quantum est in materia
enea. Et non in quantum est in abstractione intellectus
mathematici. Dicit enim Aristoteles in vii metaphysice quod qui diffi
niunt circulum diffiniunt sine materia. Qui autem diffiniunt circulum
eneum per materiam necesse est diffinire. Et sic linea rec
ta tangit secundum punctum circulum eneum secundum quod
est in materia. Et non secundum quod habet abstractionem. Eodem modo
contingit esse animam que habet communes passiones per applica
tiones ad corpus. Que tamen ei non competunt prout a cor
pore nata est separari cum omne quod est sit cum aliquo

corpore est inseparabile. Quod sit rectum tangens eneam speram in puncto est semper cum aliquo corpore et inseparabile. Similiter anima prout habet operationes et passiones communes cum corpore est semper in corpore et inseparabilis et sic passiones communes eius operantur prout est inseparabilis. ¶ Summa quarte partis de designatione passionum anime in quibus est manifesta communitas cum corpore. ¶ Postea accedit ad quartam partem principalem in qua procedit hoc modo. Primo ostendit genus passionum in quibus est manifesta communitas anime et corporis dicens quod omnes passiones iste videntur esse communes anime et corporis sicut desiderium, mansuetudo, timor et confidentia et cetere huiusmodi. ¶ Secundo cum dicit ¶ Simul enim compatitur cum illis quod corpus etc. ¶ Ostendit huiusmodi passiones esse communes anime et corporis et est sua ratio talis. ¶ Omnes passiones in quibus compatitur anima corpori sunt communes anime et corporis; sed predicte passiones sunt huiusmodi; ergo predicte passiones sunt communes anime et corporis. ¶ Deinde declarat mediam propositionem predicte rationis per duo signa. Et primum tale est. ¶ Omnes passiones in quibus compatitur anima corpori sunt communes anime et corporis; sed predicte passiones sunt huiusmodi; ergo predicte passiones sunt communes anime et corporis. ¶ Deinde declarat mediam propositionem predicte rationis per duo signa. Et primum tale est. ¶ Omnes passiones in quibus anima quandoque ex magnis motibus irrationabiliter non movetur et quandoque a parvis de facili movetur per dispositiones et passiones corporis diversas sunt ille in quibus anima compatitur corpori; sed predicte passiones sunt huiusmodi; ergo predicte passiones sunt in quibus anima compatitur corpori. Et hoc signum ponit cum dicit ¶ Indicat hoc aliquando autem quod a duris et manifestis passionibus concidentibus etc. ¶ Et intendit dicere quod per hoc declaratur predictas passiones esse communes anime et corpori, quod videmus quosdam qui tarde provocantur ad iram et timorem quamvis magne cause et manifeste ire et timoris eis immineant. Alios autem videmus qui a parvis passionibus et de facili moventur. Et hec diversitas non est nisi propter diversitatem complexionis corporis quam sequitur anima. Colerici enim facilius prorumpunt ad iram, melancolici timore et tristicia maxime afficiuntur. ¶ Secundum signum tale est. ¶ Omnes passiones in quibus anima movetur nullo accidente exterius adveniente quod ipsam moveat sed solum propter corporis complexionem sive dispositionem anima movetur sunt communes anime et corporis; sed predicte passiones sunt huiusmodi; ergo predicte passiones sunt communes anime et corporis. Et hoc signum tangit cum dicit ¶ Adhuc autem manifestum est magis hoc etc. ¶ Summa quinte partis in qua concludit omnes predictas passiones per materiam debere diffiniri. ¶ Quinto accedit ad quintam partem in qua concludit predictas passiones per materiam diffinitionem sortiri. Et sua ratio est talis. Omnes passiones que sunt communes anime et corporis sunt per materiam diffinitionem habentes quia per corpus et partes eius sunt; sed predicte passiones sunt huiusmodi; ergo predicte passiones sunt anime per materiam diffinitionem habentes. Ut si diffiniatur ira quod est motus corporis aut partis eius scilicet cordis ut dicatur accensus sanguinis circa cor promotum potentie irascibilis ab hoc scilicet ab illata iniuria que est exterius movens, et propter hoc scilicet propter vindictam consequendam. Unde habet sic diffinitur ira: ira est ebullitio sanguinis circa cor cum anima ab illata sibi iniuria vindictam desiderat obtinere. In quibus autem diffinitionibus predictarum potentiarum anime passionum accipitur materia quia corpus vel partes corporis. ¶ Summa sexte partis in qua concludit anime passiones communes per materiam diffinitas ad naturalem philosophum pertinere. ¶ Consequenter concludit ex predictis quod anima secundum hunc statum et passiones eius ad philosophum naturalem. Et est sua ratio talis. ¶ Omnis substantia que habet existentiam in materia et cuius passiones sunt corporis mobilis communes habentes per materiam diffinitionem spectat cum suis passionibus ad philosophum naturalem cuius est de corpore mobili et de eius passionibus considerare; sed anima est huiusmodi; ergo anima cum suis passionibus spectat ad philosophum naturalem cuius est de corpore mobili et de eius passionibus considerare. Et sic exponitur et terminatur intentio philosophi circa hanc partem.

¶ Circa presentem lectionem possunt tria dubitari. ¶ Primum est utrum intelligere sit propria passio vel propria operatio anime intellective. ¶ Secundum est utrum habeat propriam operationem que ab ipsa egrediatur vel in corpore egrediatur. ¶ Tertium est utrum intelligere possit esse sine fantasmate. ¶ Questiones

¶ Circa primam questionem sic proceditur. ¶ Questio prima. Et ostenditur quod intelligere quod est operatio anime sit propria operatio ei duabus rationibus quarum prima talis est. ¶ Omnis substantia que quanto corpori magis est permixta tanto magis sua potentia et sua operatio debilitatur et fit obscurior, et quanto magis a corpore distat tanto magis sua potentia confortatur et viget et illuminatur. Et sua operatio habet propriam operationem que si quidem cessante aspectu ad corpus et cessante operatione corporali in ipsa excedetur; sed anima intellectiva est huiusmodi; ergo habet operationem propriam. Hec autem non est nisi intelligere; ergo intelligere est propria operatio anime intellective. Maior patet quia quando sopitur in operatione per applicationem ad corpus et illuminatur per separationem habet operationem sine corpore. Et hoc est ex dicto Moysi. Et quanto anima maxime separatur a corpore tanto magis operatur et viget eius operatio. Et hoc patet de illis quibus apparent visiones. Hoc enim est per distantiam anime a corpore et similiter apparent visiones tunc enim et quasi exit ipsa anima corpus et distat a corpore. Et inspiratio eius non figitur corpori. Et dicit Algazel super hoc: apparent ei visiones in sompno per inspirationem in libris servatis qui dicuntur intelligentie. ¶ Secunda ratio hec est. ¶ Sicut habetur in libro de causis omnis substantia spiritualis habet duplicem modum operationis

tione unam per quam respicit primam causam que est supra ipsam quia causata ab ea et aliam per quam respicit illud quod est sibi subiectum tamen illud cui est causa et quod regit. Sed anima intellectiva est huiusmodi, ergo aliquam operationem propriam habet. Hec autem maxime videtur omnibus intelligere, ergo intelligere est propria operatio anime. Maior patet quia minor scripta est. Minor patet quia operatio per quam ordinatur anima ad creatorem inspiciendo ipsum tanquam suam causam non est admixta corpori; operatio autem per quam regit corpus est admixta corpori; ergo anima intellectiva habet operationem propriam que est intelligere suam causam. ¶ Et quod hec operatio non sit admixta corpori patet per Dyonisium dicentem: Intelligentia cum respicit primam lucem que illuminat omnem lucem venientem vel venientem in hunc mundum clarescit. Cum autem divertitur ab ea tunc obscuratur et depravatur intellectus eius. Et similiter anima intellectiva quanto magis respicit suum creatorem tanto magis clarescit, quanto vero ab eo magis divertitur tanto magis obscuratur. Et hoc est quod dicit Rabi Moysi: cum anima separatur a conditionibus ita quod non intendit eis, tunc respicit lucem primam et irradiatur illa lux primo supra intellectum agentem, deinde super possibilem, et tunc super virtutes sensibiles irradiatur ita quod homo videt secreta. Et ideo est recte dictum. ¶ Ad oppositum sunt tres rationes quarum prima talis est, sicut habetur in primo De anima: Si quis dicat animam gaudere vel tristari, dicet eam texere vel edificare; similiter de intelligere. Per hoc significatur quod intelligere est communis operatio anime et corporis et non propria, sicut texere communis est operatio utriusque. Et sic patet per auctoritatem Aristotelis quod intelligere non est propria operatio anime. ¶ Et confirmatur ista ratio sic: quia intellectus corrumpitur quodam interius corrupto, scilicet per dispositionem et complexionem corporis; et iterum dicit in tertio quod intellectus intelligit sub continuo et tempore, et hec sunt operationes communes; ergo intelligere non est propria operatio ipsius anime. ¶ Secunda ratio hec est: homo vivit nobiliori vita quolibet vivente corporali inferiori vel irrationali; sed vita non est nisi ab anima, ergo vivit vita influxa ab anima nobiliori. Hec autem est intellectiva, ergo vivit vita intellectiva. Sed vita intellectiva est actus intelligendi, quia vita est actus; ergo vita intellectiva est actus intelligendi; ergo actus intelligendi convenit corpori humano ex quo vivit vita intellectiva; ergo actus corporis humani est intelligere. Item anima non solum est principium vivendi sed et vivit vita que est intelligere; ergo anima intelligit; intelligere ergo est commune corporis et anime humano et non est propria operatio anime intellective.

¶ Solutio

¶ Solutio. Dicendum est ad hoc quod anima intellectiva habet duplicem aspectum: unum scilicet ad creatorem a quo exit in esse, quem cognoscit cum illi est causa. Item habet aspectum ad substantias superiores sibi similes separatas a materia, et ad corpus quod dirigit et ad ea que ad corpus ordinantur que sub ipsa sunt. Et secundum duplicem aspectum duplicem habet potentiam: unam per quam comparatur ad superiora, et per quam nata est separari, et que est lumen ipsius anime illuminata. Et hec potentia est intellectus agens. Et hec est ei propria. In hac enim non indiget corpore uno modo. Alia autem potentia eius est intellectus possibilis per quam cognoscit corpus et ista inferiora et regit corpus. Et quia anima intellectiva ordinatur in cognitione creatoris duplici modo disponitur ad ipsum: uno modo per immediatum, sic patet in anima que cognoscit primum non per ista inferiora sed per distantiam a corpore cognoscit ipsum, et dicitur quod separata vero non figitur eius cognitio corpori sed cognoscit ipsum per aspectum ad ipsum, et hoc est cum separatur a conditionibus inferioribus ita quod eis non intendit, et tunc respicit primam lucem sicut dicit Rabi Moysi. Et irradiatur illa lux super animam et ipsam illuminat et sensus ita quod eis ostendit secreta. Alio modo disponitur ad primum secundum quod cognoscit ipsum per posteriora sicut per effectus suos et operationes, et sic cognoscitur per organa et oritur illa cognitio ab intellectu potentiali. Sicut autem iste status est duplex ita duplex est operatio anime ipsius: una communis et alia propria, et una appellatur intellectus agens, alia vero intellectus possibilis. Sed potentia suprema que est intellectus agens dirigit inferiorem que est intellectus possibilis excitando ipsam et illuminando et ducendo ipsam ad effectum et illuminare et dirigere ipsam. Et quantum ad hoc quodam modo a corpore dependet, et quantum ad hoc non est omnino operatio anime propria. Alia est que est intelligere res separatas, et eas intelligit per distantiam a corpore, et quanto plus ab ipso distat tanto verius eas cognoscit. Ideo quantum ad hoc est intellectus agens omnino proprius et operatio eius omnino propria anime intellective. Operatio autem intellectus possibilis omnino communis est et communis et nullo modo propria. Sed operatio dicitur communis duobus modis: uno modo quia exercetur per organum corporeum, et simul in illa operatione compatitur anima corpori, et hoc modo operatio intellectus possibilis non est propria sed communis.

¶ Solutio .ij.

¶ Alio modo dicitur operatio alicuius potentie communis quia illa potentia recipit a virtutibus corporalibus organis insitis que per illa organa operantur. Et sic intellectus possibilis dicitur esse communis et eius operatio quia dependet a fantasmatibus et virtutibus sensibilibus quantum ad specierum receptionem, non quantum ad operationem supra species receptas. Sic ergo patet quod anima intellectiva habet propriam operationem que est ipsius intellectus agentis; operatio ipsius possibilis communis est. Et ita

per potentiam potentialem habet anima respectum ad corpus et ad eam
regit et ad inferiora et inquantum per illam disponitur ad co
gnoscendum priora per suos effectus et per posteriora concede
de quo sunt rationes ille que ostendunt quod anima intellectiva
habeat operationem propriam. Ad primam rationem in contrarium
dicendum quod duplex est intellectus. quidam enim est alligatus phan
tasmatibus sic operatur sine illis et hic est possibilis intelle
ctus et talis communis est et eius operatio et de tali loquitur
aristoteles cum dicit qui dicit animam gaudere Et tamen alius
est intellectus qui est proprius ipsi anime Et non dependet
ab ipsis phantasmatibus Sed inest anime inquantum separatur a parte
illa qua separabilis est a corpore et operatio istius est propria eo
modo quo dictum est quia non dependet a corpore quantum ad suam
operationem que est intelligere sed solum illuminando
potentialem Et iste est intellectus agens. Ad secundam
rationem dicendum est quod intelligere dicitur multis modis Uno modo
idem est intelligere quam intellectu operari et sic anima in
tellectiva quantum ad propriam operationem sola dicitur intel
ligere. Secundo modo idem est quod intellectum informare
perficere et vivere intellectu est vita intellectiva et sic
corpus humanum et homo dicuntur intelligere. Sed hec
duplex quia corpus perficitur et informatur intellectu sicut ma
teria homo autem sicut compositum. Tertio modo dicitur intelligere
id quod ad intimum et imperium intellectus moveri et sic
sensibiles virtutes dicuntur intelligere quia secundum intimum
intellectus modo utuntur aut ab ipso et ita homo vel corpus
humanum non intelligit quia operatur intellectu Sed intelle
ctu informatur Et sic intelligere est propria operatio anime et
non corporis eo modo quo dictum est. Circa secundam conclusionem
sic proceditur Et queritur utrum operationes anime sensibilis
sint proprie an communes et appello proprias que insunt ab
anima et tamen sunt incorporales. communes autem appello que insunt
a parte utriusque Et ostenditur quod operationes anime
sint proprie duabus rationibus Quarum prima talis est. Sicut
ostenditur in libro de motu cordis vivere est se ipso
moveri Et hoc est quod testatur aristoteles in viii phi
sicorum Quod proprium est animatorum se ipsis moveri. illud
ergo quod est dans vitam et influens est se ipso movens
Sed anima est huiusmodi ergo anima se ipsa movet ergo anima
vegetabilis que dat vitam se ipsam movet et multo
fortius anima sensibilis cum fortior sit in sua operati
one cum det vitam et sensum Sed omnis motor se
ipso movens habet propriam operationem qua super mobile
influit ergo anima sensibilis habet propriam operationem qua
supra corpus mobile influit hoc autem non est nisi sentire
quia non habet aliam ergo omnis operatio anime sensibilis
propria est et non communis. Secunda ratio habetur sicut habe

tur in libro de motu cordis cuilibet substantie que est hoc aliquid
proprium est ut habeat propriam operationem et hoc est testatur
algazel in sua methaphisica dicens quod omnis substantia que est hoc
aliquid. nata est ad hoc ut ex ipsa eliciatur propria opera
tio Sed anima sensibilis est substantia que est hoc aliquid ergo anima
sensibilis habet propriam operationem in mobili quod est corpus
hoc autem est sentire ergo sentire est eius propria operatio et non com
munis. Ad oppositum sunt due rationes quarum prima talis
est. Omnis substantia que habet propriam operationem est sepa
bilis Sed anima sensibilis non est separabilis ergo nullam habet opera
tionem propriam. Secunda ratio hec est nulla substantia que alicuius
partis corporis est actus habet operationem propriam quia talis substantia
coartata est per partes corporis in suis operationibus Sed anima sen
sibilis est huiusmodi ergo nullam habet operationem propriam. Ad hoc
dicendum est quod operationes anime sensibilis omnes communes sunt Sed
communitas operationum forme est duplex quia quedam est communitas
forme operationum secundum quam forma non habet propriam operatio
nem sine materia Sed operatio utriusque sequitur ex unione eorum
et sic communitas operationis est in formis elementorum que non sunt
complete et sunt infime et ideo non moventur sic operantur
Sed totum compositum ex illis formis et suis materiis operatur
Et hoc est quod vult aristoteles quod ignis agit calido Sed calidum
Alia est communitas operationis forme in qua forma comparatur per
animam sicut per instrumentum et materia sunt participantes operationum
influentes a forma et hec iterum est duplex quia quedam operatio dicitur com
munis materie et forme quia forma recipit in eam suarum operationum
a virtutibus corporalibus sicut intellectus operatur mediante corde vel organo
et sic operationes possibilis intellectus communes sunt. Secundo modo dicitur
operatio communis materie et forme quia forma opera mediante materia sicut me
diante instrumento et recipit dispositiones mediantibus partibus
materie et sic operationes anime sensibilis communes sunt Sed hoc est
ad hec duobus modis quia quedam operationes anime sensibilis di
cuntur communes que habent ortum a parte materie sicut sompnus et vigi
lia que incipiunt a corpore et terminantur in animam quedam
habent ortum a parte anime et terminantur ad corpus ut sensus et y
maginatio Et omnes iste operationes exercet anima sensibilis
mediante corde et partibus eius Et propter hoc dicunt quidam
quod secundum primum modum utrumque communitatum non sunt opera
tiones anime sensibilis communes Sed omnes proprie quia non resultant
ex unione forme cum materia vel anime cum corpore sicut operationes
elementorum Immo omnes incipiunt ab anima ad corpus ut equus
unum ab anima sensibili influit operatio super corpus hec autem
influentia facit communitatem operationis per alium modum quem
dictum est Et sicut dictum est de operationibus anime vegetabilis
concedende sunt ergo rationes per quas ostenditur quod opera
tiones anime sensibilis sunt communes. Ad primam ratio
nem in contrarium dicendum est. quod vita communis est anime et corporis

sed hoc differenter quia vita inest anime tamquam principio a quo fluit. In est autem corpori tamquam recipienti et per unionem anime cum corpore resultat actus vivendi et sic vita est ab anima et super corpus ab ipsa influit et propter hoc influit operationem corporis. Dicendum autem quod communis quedam causam uniuersalem concedendum est quod cum sit hoc aliquid influit operationem super corpus illa tamen operatio dicitur communis. Ad secundam rationem dicendum quod cum anima sit hoc aliquid habet propriam operationem sed dicendum est quod ista que est hoc aliquid est duplex quia quedam est alligata materie corporali et hec est operatio communis quia non operatur seorsum nisi coniciatur propria. Et primum modum communitatis quia non resultat ex unione anime cum corpore sed ipsam influit anima super corpus et talis est anima sensibilis et ideo non habet operationem propriam. Alia est ista hoc aliquid que non est alligata materie omnino sicut anima intellectiva et istius est operatio propria a parte illa quando est alligata et communis a parte illa qua est alligata ut dictum fuit.

Q[uestio] vij. Deinde queritur questionem sic procedit. Et queritur utrum contingat intelligere sine phantasmate et ostenditur quod non per duas rationes quarum prima hec est. Sicut habetur in tertio de anima nichil est in intellectu nisi prius fuit in sensu. Sed inter sensum et intellectum est phantasia media que si quid species sensibiles ad intellectum reducit ergo intellectus continget per coniunctionem sui ad phantasiam ergo non contingit intelligere sine phantasmate. Secunda ratio est hec. In anima intellectiva sunt due potentie una qua est omnia facere alia qua est omnia fieri potentia autem qua est omnia fieri appellatur intellectus possibilis. Alia autem appellatur intellectus agens. Possibilis autem dicitur quia recipit species a phantasmatibus et virtutibus sensibilibus et propter hoc appellatur potentia qua est omnia fieri. Agens vero illuminat fantasmata et reducit de potentia in actum intelligendi et ex hiis duobus resultat perfectio intellectus scilicet ex receptione a phantasmatibus et ex illuminatione fantasmatum. Sed utraque istarum operationum circa phantasmata exercetur ergo non contingit intelligere sine fantasmate. Ad oppositum sunt due rationes que dicte sunt in prima questione de operatione que ostendunt animam intellectivam habere propriam operationem ipse non est com... ...tus phantasie. Cum hiis rationibus sunt due rationes. Quarum prima talis est. Omnis virtus anima... permixta phantasie et ... ... [communi]cabit corpori. Sed anima intellectiva non est huiusmodi quia sic sequeretur ... ... Alexandri que fuit positio ... intellectum materialem esse corporalem. Ergo anima intellectiva non est permixta fantasie sed omnis talis virtus potest intelligere sine phantasmate ergo contingit intelligere sine phantasmate. Secunda ratio hec est. Omnis virtus que operatur cessante sensu et phantasia est virtus non habens phantasiam cum in suis operationibus sensu et phantasia non egeat. Sed virtus intellectiva est huiusmodi. Hoc patet manifeste quia cessantibus omnibus organis et sensibus anima intellectiva operatur et intelligit ergo contingit intelligere sine phantasmate. Ad hoc dicendum est quod in anima intellectiva duplex est operatio una per quam respicit corpus et ea que sunt ... et corporis et quantum ad istam partem recipit anima a virtutibus sensibilibus et hoc modo operatio sua permixta est cum phantasmate et iste intellectus possibilis talis est. Alia est virtus anime intellective per quam non respicit corpus sed est virtus propria et hec est intellectus agens et hec non dependet a phantasia. Et de hac non est intelligendum quod non contingit intelligere sine phantasmate. Item de possibili intellectu contingit loqui duobus modis. Uno modo quantum ad suam receptionem specierum et hoc modo a phantasia dependet quia recipiat a virtutibus sensibilibus mediante phantasia. Alio modo contingit loqui de ipso in quantum super species receptas se convertit et de ipsis iudicat et hoc modo a phantasia non dependet. Sed quantum ad primum modum intelligendus est sermo ille de possibili intellectu. Item contingit loqui de agente dupliciter. Uno modo secundum quod illuminat fantasmata in intellectu possibili ex cuius illuminatione resultat operatio intellectus completa et sic dependet a phantasia sicut ab eo supra quod operatur. Item intellectus agens habet operationem que est intelligere que est ei propria et sic a phantasia nullo modo dependet. Unde sicut lux in quantum illuminat dependet ab illuminato in quantum autem lux non dependet ab illuminato sed ab alio. Similiter intellectus agens in quantum illuminat phantasmata in possibili intellectu dependet a phantasmate sicut ab eo supra quod operatur. In quantum autem intelligit non dependet ab ea. Et notandum est quod cognitio intellectiva non dependet a phantasia nisi eo modo quo dependet a sensitiva. Sensitiva enim sit per accidens. Intellectiva autem per veram vel propriam. Et ideo cognitio sensitiva per se stat ad cognitionem intellectivam. Intellectiva autem per accidens ab illa dependet et non per se quia non dependet ab illa nisi per defectum et impotentiam anime unite que a sensu incipit et non per naturam. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quia nostra cognitio a sensu incipit et propter hoc per accidens dependet cognitio intellectiva a cognitione fantastica et sensitiva et non per se scilicet quia cognitio intellectiva a sensibili dependet aliquo modo quia per impotentiam anime unite a sensu incipit et non per naturam. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod aliquid cognoscitur duobus modis. Uno modo per speciem accidentalem sensibilem et hoc modo dicitur quod cognoscitur ab intellectu prius fuit in sensu. Alio modo cognoscitur aliquid per similitudinem sue essentie et sic potest aliquid cognosci ab intellectu sine applicatione ad sensum et sic non omnino dependet intellectus a phantasia. Sed quantum ad primum

modum. Ad secundam rationem dicendum est quod intellectus agens
illuminat phantasmata in possibili et sic dependet anima sic
ab eo supra quod obiectum operatur. Item intellectus agens habet propriam
operationem que est intelligere et sic non dependet
a materia.

Lec. vii. Distinctio septima de assignatione
differentie modi diffiniendi et de
negociorum distinctione. Continu-
atio intensionis. Differenter autem
diffiniet quidem physicus et dyale-
ticus unumquodque ipsorum et cetera.

In fine precedentis partis conclusit philosophus quod passiones
communicant rationem ad corpus et anime sunt diffiniri cum diffi-
niuntur per corpus et per corporis partes. Et quia res et passiones
earum que continent motum et materiam ad physicum pertineant
naturalem, cum anima secundum quod est perfectio corporis et
passiones ipsius habeant aspectum ad materiam, conclusit quod
anima et passiones eius ad physicum pertinent naturalem.
Quia vero diversi artifices eandem rem diffiniunt per
modos diversos sicut physicus et logicus et etiam circa eadem
vel diversa procedunt negocia secundum modos diversos, ideo
in hac parte ostendit differentiam modi diffiniendi secundum quem
procedit physicus et secundum quem procedit logicus circa perfectionem
et passiones anime et circa alias res et earum passiones.
Et assignat differentiam rationum et diversitatem negociorum
ut ostendat quare res et secundum quem modum considerentur
in scientia naturali ad quam ut dictum est spectat determinatio anime
et passionum ipsius et hec pars spectat ad plenitudinem lec-
tionis sive speculationis cum intensio patet ex prece-
dentibus. Divisio. Recapitulatur autem hec pars divisionem in
duas partes. In quarum prima tangit diversum modum
diffiniendi considerandi logici et physici et aliorum artifi-
cum. In secunda ibi hac. Sed redeundum est unde
etc. Quia quandam fecerat semotionem vel intentionem
extra propositum ad intensionem suam redit continuans
dicta dicendis. Prima autem pars dividitur in partes

Circa premissam contingit dubitare et sunt tres questiones Questiones
inquirende. Prima questio est de consideratione physici naturalis
ad logicum in modo diffiniendi. Et utrum physicus dif-
finiat per omnes causas vel non. Secunda questio est utrum dif-
finitio logica et principia eius dependeant a diffinitione
naturali. Tertia est de scientia mathematica scilicet quid sit
sive in mathematica. Circa primam questionem sic proceditur. Questio .i.
Et ostenditur quod physicus diffinit per omnes causas per
duas rationes. Prima talis est. Sicut se habet unumquodque
ad esse ita se habet ad veram cognitionem et completam. Sed u-
numquodque consistit et perfectum habet esse per concursum omnium causarum
in natura. Ergo unumquodque cognoscitur per hoc in natura per
causas omnes. Sed diffinitio naturalis est per certam cognitionem rei
naturalis. Ergo diffinitio naturalis debet dari per omnes causas. Dif-
finit ergo physicus per omnes causas. Secunda ratio hec est

ostenditur enim quod phisicus possit diffinire per finem sic unum
quodque a quo habet necessitatem sui esse ab illo habet necessitatem
sue cognitionis. Sed res naturales a fine habent necessitatem sui
esse sicut vult Aristoteles in libro phisicorum ergo res naturales de
bent diffiniri per finem. phisicus ergo per finem potest diffi
nire. Ad oppositum sunt due rationes prima talis est.
Sicut dicit avicenna in secundo sue methaphisice quedam sunt
forme quas comprehendit intellectus non apparet eis materia
nec autem necesse est. Sicut quantitates. Alie autem sunt forme
quibus in principio non apparet intellectui materia sed per minuciam
diligentiam postea eis apparet et huiusmodi sunt accidentia
qualitativa ut albedo et propter hoc quod concreta sunt. Sunt autem
alie forme quibus statim apparet materiam et hii sunt ut
forme naturales ut forma ignis. Res ergo naturales appre
henduntur per aspectum ad materiam. Set sicut se habent res per
aspectum ad intellectum ita se habent ad diffinitionem. Sed res naturales
comprehenduntur vel cognoscuntur ab intellectu solum per applicationem et
relationem ad materiam ergo solum debent diffiniri per relationem ad
materiam ergo phisicus debet solum diffinire per materiam. Secunda ratio
talis est tria sunt negocia. unum est de rebus separatis omnino
sicut methaphisica. alterum est de rebus aliquo modo abstractis sicut ma
thematice. Tertium est de rebus omnino coniunctis motui et materie sicut
est ergo quod diffiniat per motum et materiam vel per aspectum ad il
la. ergo phisicus diffinit solum per materiam vel per aspectum ad illam
scilicet ad materiam. Ad hoc dicendum est quod phisicus diffinit et demonstrat per
omnes causas. Sed aliqua scientia considerat causas multipliciter. Vno
modo enim quod per illas equaliter diffinit et demonstrat et sic non
diffinit phisicus per omnes causas. Alio modo dicitur aliqua
scientia considerare omnes causas non quod per omnes illas equaliter
diffinit et demonstrat consideret. Sed quod considerat eas per reductio
nem et relationem ad unam et hoc modo phisicus considerat omnes
causas et diffinit tunc. per omnes quod considerat omnes causas
per relationem ad eam (materiam) et propter hoc cum diffinit per omnes
causas diffinit per eas per aspectum ad materiam et sic diffinit
per omnes per relationem tamen ad materiam et non equaliter. et propter hoc
dicitur diffinire per materiam quia semper per aspectum ad materiam
diffinit. Unde notandum est quod tribus modis dicitur aliqua
scientia diffinire per causam aliquam. Uno modo quia per illam
solam diffinit non considerando alias et hoc modo nulla scientia
diffinit per unam causam. Alio modo potest dici scientia diffi
nire per unam causam quia per omnes diffinit per aspectum ad il
lam et per relationem ad illam non tamen per illam solam diffi
nit et sic scientia naturalis dicitur diffinire per materiam.
Tertio modo dicitur aliqua scientia diffinire per aliquam causam quod licet plures
causas consideret tamen omnes se habent in uno genere vel causarum quas
considerat alia scientia et hoc modo naturalis ad hunc diffinit
per materiam quia omnes cause quas considerat sunt naturales vel ali
arum quas considerat alia scientia. sic logica et hoc modo dif

finit naturalis per materiam quia duplex est diffinitio. Quedam
est per principia dantia esse et nomen sicut diffinitio logica alia
est per principia dantia esse solum sicut illa diffinitio in qua
cadit materia et forma que est naturalis diffinitio et naturalis quia
ipsa cadunt materia et forma que sunt naturalia vel genus et dif
ferentie que sunt principia diffinitionis logice non sunt sicut
naturalia principia diffinitionis naturalis et hoc est quod
dicit commentator quod non considerat naturalis solam materiam quam etiam
alias causas in diffiniendo consideret. Sed diffinitio sua dicitur
naturalis vel diffinitionis logice et hoc modo concedende sunt
rationes hoc probantes quod per omnes causas licet non diffiniat
phisicus scilicet per reductionem ad unam. alie rationes solvun
tur per istam distinctionem quia diffinit per materiam
reducendo omnes causas ad materiam in qua motus est et sic patet
responsio ad rationes utriusque partis et unificatio. Tertio secundum
questionem sic proceditur. Et queritur utrum diffinitio logica depen
deat a diffinitione naturali vel phisica et videtur quod sic et
ostenditur quod sic per duas rationes quarum prima talis est.
Omne agens posterius agit secundum suppositionem prioris
agentis. Sed non secundum quam procedit ordo diffinitionis
logice est posterior vel sicut secundum quam procedit ordina
tio diffinitionis phisice quia non ultimum est in via ergo na
tura agit secundum exigentiam nature et secundum depen
dentiam ab ipsa ergo diffinitio rationis vel logica depen
det a diffinitione naturali. Et principium eius a principio
illius. Secunda ratio talis est diffinitio logica datur
per principia ordinabilia in genere que sunt genus et
differentia. principia autem generis et differentie sunt materia
et forma in substantia et propter hoc dicit boecius relicta usio
si et ypostasi id est de usia idest relicta materia et for
ma id est de substantia quia materia et forma super genus sunt et
sunt eius principia ergo diffinitio data per genus et differentiam
dependet ab illa que datur per materiam et formam. Sed
diffinitio logica datur per genus et differentiam. diffinitio
autem naturalis datur per materiam et formam ergo dif
finitio logica dependet a diffinitione naturali. Sed
hec ratio sic confirmatur quia in diffinitione logica sunt
duo. scilicet genus et differentia quorum utrumque resultat ex u
nione forme cum materia. Sed genus sequitur naturam materie. differentia
autem naturam forme quia materia in genere est materia
a materialis materia in differentia est materia informata unde diffi
nitur homo per corpus vivens et per hoc convenit cum aliis scilicet
cum plantis materia vel ratione materie et diffinitur per
corpus vivens sensibile et per hoc convenit homo cum bru
tis ratione materiali. apponatur hec differentia ratio
nale completiva ipsius per quam differt ab aliis formaliter
et genus forme et differentia ergo sequitur naturam forme et
genus naturam materie tamen causatur ex unione forme cum materia et

ideo principia diffinitionis date per genus et differentiam fundantur
in principiis diffinitionis date per materiam et formam prima autem
logica secunda autem naturalis ergo diffinitio logica fundatur
super diffinitionem naturalem. ¶ Ad oppositum sunt due rationes. ¶ Prima
talis est sicut se habet unumquodque ad esse ita se habet ad cog-
nitionem set cognitio intellectiva secundum naturam prior est quam
cognitio sensitiva que fit per priora simpliciter et sic fit
per universalia et per principia universalia. cognitio autem sensitiva po-
sterior est que fit per effectus et per principia singularia que continent
motum et materiam et dispositiones accidentales et quod est hic et
nunc et hec sunt materia et forma. ergo priora sunt principia universalia
quam principia singularia que sunt materia et forma sed diffinitio
logica prior est simpliciter quam naturalis sed prius non dependet
a posteriori ergo diffinitio logica non dependet a diffinitione na-
Q. 2 turali. ¶ Secunda ratio talis est principia diffinitionis logice sunt
ea per que res ordinantur in genere. et hec sunt genus et dif-
ferentia principia autem diffinitionis naturalis non sunt talia
sed per ea scimus res motum et actionibus et passionibus sed or-
dinatio rei in genere prior est quam ordinatio rei et passionum
et motus ergo priora sunt principia diffinitionis logice quam
principia diffinitionis naturalis ergo cum prius non dependeat
a posteriori diffinitio logica non dependet a diffinitione natura-
Solutio li. ¶ Ad hoc dicendum est. quod diffinitio logica dependet a dif-
finitione naturali que datur per materiam et formam et principia
ipsius fundantur super principia rationis et principia rationis fundantur
in principiis nature et ita cum diffinitio logica detur
per principia rationis. naturalis autem per principia nature propter hoc dicendum est
quod diffinitio logica fundatur in diffinitione natura-
li. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod cognitio
principiorum naturalium est duplex. una est per exteriora et hec
est posterior. alia est cognitio principiorum nature per sua
vera principia et hec est intellectiva hec enim est per
quidditatem principiorum. et hoc est per priora et hanc cog-
nitionem habet res per suam materiam et formam et per
causas et in ista cognitione fundatur diffinitio logica
Et quia sic datur diffinitio naturalis per principia nature
propter hoc dicendum est quod diffinitio logica fundatur in diffini-
tione naturali. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod principia
naturalia duobus modis considerantur uno modo secundum quod
sunt principia esse rei. alio modo secundum quod sunt principia mo-
tus accidentium que in ipsis fundantur Et hoc secundo modo
non sunt principia nature principia diffiniendi rem naturalem
sed accidentia ut materiam mobilem inquantum mobilis est. primo
modo autem sunt vera principia esse rei absolute et hoc
modo diffiniunt rem in suo genere. et sunt principia
rerum ordinabilium in suo genere. sunt autem in genere per suam
diffinitionem et per reductionem et hoc modo super
ipsa fundantur principia et ab ipsis dependent [illegible] alio

Q. 3 ¶ Circa tertiam questionem sic proceditur et queritur de isto ma-
thematicarum scientiarum ostenditur enim quod mathematice debeant
esse de multis aliis generibus rerum sic de quantitate per duas rationes
prima talis est. ¶ Scientie mathematice sunt de rebus que nate sunt
abstrahi a materia et habent quodlibet accidens [illegible] abstractionis que inest
abstractio et concretio ergo de quolibet accidente possunt esse mathematice
scientie. ¶ Secunda ratio hec est. abstractio est in illis rebus que
habent principia singularia indivisibilia per que nate sunt abstra-
hi et diffiniri sed quelibet accidentia sunt huiusmodi que habent principia
per que ordinantur in suo genere ergo quodlibet accidens potest
abstrahi et ita de quolibet accidente possunt esse mathematice
¶ Et tertio cum habeat ista principia sui generis et non dependeat
ab aliis immo potius econverso videtur quod in ea possit abstractio
potius fieri quam in aliis et ita mathematice potius debent esse
de ista quam de quantitate. ¶ Ad oppositum sunt due rationes
prima talis est. ¶ In illis rebus est abstractio in quibus sunt
principia indivisibilia per que sunt et diffiniuntur sicut principia
[illegible] et sicut principia ordinabilia in genere que sunt genus
et differentia sed sole quantitates habent huiusmodi principia ergo sole
quantitates habent abstrahi abstractione mathematica. maior
patet quia principia indivisibilia et partes rei per que sunt res
sunt principia abstractionis. minor similiter manifesta est de
solis ergo quantitatibus sunt mathematice scientie. ¶ Secunda ratio ta-
lis est in illis rebus est abstractio [illegible] que sunt sicut
principia [illegible] omnium rerum et que sunt sicut exemplaria
a quibus exeunt rerum existentium tales .n. res secundum considerationem
ad intellectum sunt independentes sicut patet in regula ar-
tificis que est abstracta a rebus que postquam res [illegible]
producuntur ad ipsam rem applicatur. hec autem sunt quan-
titates et maxime numerus unde dicit boetius quod numerus fuit ma-
ximum in anima conditoris exemplar et hec est quantitas [illegible]
ad res corporales et numerus communis ad omnes res ergo abstrac-
tio mathematica sit per rationem rei in sua existentia. mani-
festum est quod de quantitatibus et non de aliis rebus debent
Solutio esse mathematice scientie ¶ Ad hoc dicendum est quod de quantita-
tibus est abstractio mathematica sicut ostendunt rationes. habent
enim principia indivisibilia per que nate sunt abstrahi
[illegible] partes et passiones que de ipsis probantur
[illegible] ter applicationem ad materiam et in illis
[illegible] dantur diffinitiones sine applicatione
ad materiam. ¶ Ad primam rationem in contrarium
dicendum est quod abstractio est multis modis uno modo est
abstractio specierum per virtutes anime ab ipsis rebus per
quam abstractionem sensus abstrahit species sensibiles
et imaginatio accipit eas a sensu et intellectus ab y-
maginatione. et hec abstractio una est ad cognitio-
nem. alia est abstractio que est universalis a particu-
lari Et hec est communis cuilibet generi et scientie. Est

Solutio

autem alia abstractio que est forme a materia et hec soli quantitati convenit. Est autem alia abstractio que est idem quam separatio et hec est in substantiis separatis mathematicis. In omni genere est abstractio non equaliter sed abstractio que est universalis a particulari. Abstractio vero que est forme a materia est in solo genere quantitatis et hec est abstractio mathematica secundum quam forme dependentes a materia a materia abstrahuntur et ideo de aliis generibus rerum non sunt mathematice scientie. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod res habent multipliciter esse. Unum est esse essentie. Et sic cadunt in esse metaphisica. Alio modo habent esse ordinabile in genere et sic cadunt in aspectu logici negocii sed quod ordinantur per principia sui generis et istis duobus modis albedo et quodlibet accidens habet abstractionem ut non intelligatur per relationem ad substantiam sed hoc non est abstractio mathematica. Aliud est esse quod habent res comparando ad motum et materiam. Et sic quantitates et omnes res cadunt in aspectu naturalis. Aliud esse habent a parte principiorum indivisibilium et terminorum quas concernunt sine applicatione ad materiam et a parte diffinitionum quas habent preter materiam et hoc esse facit abstractionem mathematicam et hoc solum habet quantitas. Unde cum abstrahitur albedo a substantia abstrahitur forma a materia ratione essentie et equalitatis eius. Abstractio autem quantitatis est ratione essentie et alterius scilicet ratione principiorum indivisibilium et diffinitionis quam habet sine adiunctione ad materiam. Et ideo abstractio albedinis non est mathematica sicut abstractio quantitatis de substantia. Ad quod est quod ratio non concludit quod abstractio sit substantia sed separatio quia abstractio solum est independentia de quantitate genere non est substantia. ¶

# ¶ Tractatus primus huius scientie de opinionibus circa animam ab antiquis editis continens duo capitula. ¶ Primum est de opinionibus antiquorum. ¶ Secundum est de improbationibus ipsarum. ¶ Primum autem tres continet partes. ¶ Prima autem est de opinionibus diffinientium animam per motum. ¶ Secunda de opinionibus diffinientium animam per cognitionem. ¶ Tercia est de opinionibus diffinientium per utrumque. ¶ Prima autem continet tres paragraphos. ¶ Quorum primus est de communitate opinionum circa motum. ¶ Continuatio intentionis

¶ Lectio viij. ¶ **Intendentes de anima necesse est simul dubitare de quibus bene dubitare oportet et cetera.** ¶ Completa est intentio philosophi circa ea que secundum hanc scientiam antecedunt in quibus tetigit necessitatem et nobilitatem huius scientie et intentionem eius circa substantiam suam et passiones et proprietates ipsius et tetigit ea que de substantia sunt inquirenda et modum ordinis sui processus. ¶ Et questiones incidentes circa hoc et circa passiones anime et circa proprietatem et quantitatem ipsarum. ¶ Et conclusit quod anima cum suis proprietatibus ad scientiam pertinet naturalem. ¶ Et assignavit differentiam modorum considerandi et diffiniendi physici et logici. ¶ Et distinctionem facit circa diversas considerationes diversorum artificum et omnia que antecedunt necessitatem et substantiam huius scientie. ¶ Post quam igitur in omnibus predictis terminavit suam intentionem. ¶ Aggreditur intentionem principalem huius scientie determinans de anima et suis differentiis et potentiis et actibus et obiectis. ¶ Divisio. Recipit autem ista pars divisionem in duas partes in quarum prima continet primum tractatum determinat philosophus de anima secundum opiniones aliorum philosophorum. ¶ Recitatis eorum opinionibus et earum rationibus et eos in quibus deficiunt reprobatur eorum necnon erroribus contradicit. ¶ In secunda continet duos tractatus secundum scilicet et tertium determinat de anima et de eius proprietatibus secundum suam intentionem et incipit hic ¶ **Hec quidem de anima a prioribus tradita dicta sunt et cetera.** ¶ Et terminatur usque ad finem totius negocii. ¶ Primus autem tractatus recipit divisionem in duas partes in quarum prima manifestat philosophus intentionem suam circa ea que determinare intendit in secunda scilicet in hac ¶ **Animatum igitur ab inanimato duobus modis differre videtur et cetera.** ¶ Prosequitur intentionem suam circa opiniones philosophorum quas ediderunt de anima. ¶ Obmissa igitur prime partis divisione ¶ divisionem secunde partis principalis insistamus. ¶ Recipit autem divisionem in duas partes. In quarum prima recitat philosophus opiniones antiquorum quas ediderunt de anima. ¶ In secunda scilicet in hac ¶ **Considerandum autem hic quidem primum de motu est et cetera.** ¶ Contradicit eorum opinionibus eas improbans et etiam alias opiniones interserit. ¶ Prima autem pars recipit divisionem in duas partes. ¶ Quia philosophi per duas conditiones diffiniunt animam scilicet per motum et per cognitionem. ¶ Rebus enim animatis solum inter res naturales debet[illegible] eis sit principium se ipsis movendi sicut [illegible] in viij physicorum. ¶ Et eis solum competit cognitio per animam que ipsarum est principium et ideo dicit philosophus quod animatum differt ab inanimato in motu et sensu id est in cognitione. ¶ In prima igitur parte recitat opiniones diffinientium animam per motum. In secunda scilicet in hac. ¶ **Quicumque autem in cognoscendo et sciendo ea que sunt et cetera.** ¶ Recitat diffinitiones eorum qui opiniones animam

per cognitionem. ¶ Prima autem pars recipit divisionem in partes duas. In quarum prima recitat opiniones diffinientium animam per motum in universali tangens illud in quo omnes eorum opiniones conveniunt quia in diffiniendo animam per motum. In secunda scilicet in hac ¶

**Unde democritus ignem quemdam autem calorem dicit eam esse et cetera.** ¶ Tangit opiniones eorum in speciali singulorum diversas recitans opiniones. ¶ Prima autem pars cum parte prohemiali spectat ad speculationem presentem. ¶ Sunt igitur in lectione presenti due partes. ¶ In quarum prima manifestat philosophus intentionem suam circa ea que intendit. ¶ In secunda tangit intentionem diffinientium animam per motum in universali. ¶ Prima autem pars dividitur in partes tres. In quarum prima proponit philosophus intentionem suam. In secunda scilicet in hac **¶ Attendentes priorum opiniones comprehendere et cetera.** ¶ Tangit modum procedendi circa priorum opiniones. ¶ In tertia scilicet in hac ¶

**Principium autem questionis est apponere que maxime videntur ipsi inesse secundum naturam et cetera.** ¶ Tangit ordinem sui processus. Tangit in ea a quibus in hoc opere proponit inchoare. ¶ Secunda autem pars principalis recipit divisionem in duas partes. In quarum prima tangit illud in quo fundatur intentio omnium de anima diffinientium quia in motu et sensu. In secunda scilicet in hac **¶ Accepimus autem et quidem a genitoribus fere duo hec de anima et cetera.** ¶ Tangit opiniones eorum antiquorum innitentium hoc diffinientium per motum in universali. ¶ Divisionis recollectio. ¶ Sunt igitur in presenti lectione quinque partes. ¶ In quarum prima proponit philosophus intentionem suam. ¶ In secunda tangit modum procedendi circa opiniones priorum. ¶ In tertia tangit ordinem processus. ¶ In quarta tangit illud in quo fundatur intentio omnium priorum de anima diffinientium. ¶ In quinta tangit innitentium hoc opiniones antiquorum diffinientium animam per motum in universali. ¶ Hec autem est divisio huius partis.

**¶ Sententia prime partis de intentionis manifestatione.** ¶ Circa primam partem sic procedit philosophus hoc modo dicens quod cum sit intentio sua determinare de anima non reputat esse inutile cum aliis philosophis simul dubitare et circa ipsam de illis de quibus rationabile est dubitare.

**¶ Sententia secunde partis de modo processus.** ¶ Et dicit tangit modum procedendi circa antiquorum opiniones dicens quod [illegible] attendere eorum opinionibus ut omnia q[illegible] [illegible] abili ediderunt familiariter acceptet. Si autem aliquid de ipsa non recte tradiderunt docebit fugiendum et omnino respuendum.

**¶ Sententia tercie partis de ordine processus.** ¶ Consequenter tangit ordinem processus dicens quod principium vie inquisitive secundum quam procedit circa animam intendit est primo tangere illa que primo videntur anime competere secundum naturam. Et hec quidem sunt motus et sensus per que duo philosophi fere omnes animam diffinire moti sunt. **¶ Sententia quarte partis de eo in quo communicant predicte omnes opiniones.** ¶ Consequenter accedens ad secundam partem tangit ea que maxime videntur competere per naturam per que omnes fere philosophi eam diffinierunt. Hec autem sunt sensus et motus. ¶ Dicit igitur quod animatum ab inanimato videtur differre per hec duo scilicet per motum et sensum id est per cognitionem communiter acceptam. Et innuit talem rationem illa videntur maxime inesse anime per naturam per que animatum ab inanimato differt. Et causa huius est quia animatum per animam et per ea que ei competunt ab inanimato quod anima caret differre natum est. Hec autem sunt motus et sensus. Igitur motus et sensus maxime videntur inesse anime per naturam.

**¶ Sententia quinte partis de ratione in qua concordant.** ¶ Consequenter innitentium hoc tangit consensum omnium philosophorum in suis opinionibus diffinientium animam per hec duo dicens quod nos suscepimus ab antiquis patribus ista duo de anima que maxime ei competunt scilicet motum et sensum. ¶ Tangit rationem diffinientium ipsam per motum cum dicit **¶ Dicunt enim quia et maxime et primo animam esse id quod est secundum se movens et cetera.** ¶ Dicit igitur quod philosophi dixerunt animam esse rem seipsam moventem et ita diffinierunt ipsam per motum. ¶ Deinde cum dicit **¶ Estimantur quod non movetur non contingere movere alterum et cetera.** ¶ Tangit eorum rationem per quam ostendunt animam moveri. Et sic ei motum maxime competere et est eorum ratio talis. ¶ Omne quod movet alterum per se movetur per se quia nichil movet alterum quin moveatur et ipsum. Sed anima movet aliud per se quia corpus igitur movetur per se. ¶ Per hec differt animatum ab inanimato quia ipsum per se movetur inanimatum autem non. Sed causa huius est anima. Igitur anime convenit maxime et per se movere et maxime movetur per se cum nichil moveat nisi et ipsum moveatur et sic motus maxime competit anime per naturam. Et sic patet intentio huius partis. ¶ Postea determinata sunt ea que perquiruntur autem anime ad eius cognitionem. **¶ Post hec inquirende** sunt questiones circa substantiam anime. ¶ Et primo querendum est circa eam secundum opiniones philosophorum. ¶ Postea secundum veritatem. ¶ Circa opiniones philosophorum circa animam querenda sunt duo. ¶ Primum est de opinionibus. ¶ Secundum de improbationibus illarum. ¶ De opinionibus autem duo diximus inquirenda. ¶ Quidam enim diffiniunt animam per motum. ¶ Quidam per sensum. ¶ Primo igitur de opinionibus diffinientium animam per motum. ¶ Secundo autem circa de opinionibus diffinientium animam per sensum. ¶ De opinionibus autem diffinientium animam per motum primo circa in universali. ¶ Secundo vero in speciali. ¶ In universali autem quatuor vel quinque de illis quantum ad presentem lectionem sufficit que pertinent sunt inquirenda. ¶ Primum est utrum animatum differat ab inanimato per motum ita quod animatum principium motum. In animatum vero non. Vel utrum utrumque principium motum et sit eis commune motus simpliciter. ¶ Secundum est cum corpus est per se moveri et sufficienter

¶ Questiones in generali

¶ Questiones in speciali

utrum animati aut inanimati et utrum motus perfectus et sufficiens debeatur in animatis vel non. ¶ Tertium est: que est causa propter quid quidam motores movent sufficienter, quidam non, utrum causa huiusmodi sit quia sunt hoc aliquid, aut quia distant a materia et a mobili. ¶ Quartum est utrum cuilibet animato conveniat motus per se et sufficiens. ¶ Quintum est utrum necesse sit omne movens moveri. Et quibus motoribus conveniat moveri et quibus non.

Con. i.

¶ Circa primam questionem sic proceditur. ¶ Ostenditur autem quod animatum corpus et inanimatum conveniunt in ratione motus et si differant quod hoc sit solum in motu sufficienti per duas rationes quarum prima talis est. ¶ Omnis substantia que in natura non habet operationem propriam est otiosa in natura. Sed quelibet substantia habet suam propriam operationem in natura per quam conservatur et dirigitur suum esse in natura. Sed operatio secundum substantiam est et debetur ei secundum exigentiam illius substantie. Ergo substantie corporali cum sit corruptibilis debetur operatio corruptibilis et corporalis. Substantie autem spirituali operatio simplex. Operatio autem corruptibilis et que habet prius et posterius est motus. Ergo cuilibet substantie corporali debetur motus. Ergo quelibet substantia corporalis sive animata sive inanimata convenit cum altera in motu. ¶ Secunda ratio talis est. Sicut vult Aristoteles in secundo de anima, vivere est multis modis. Est enim vivere quod est moveri, et est vivere quod est augeri et nutriri, ¶ et vivere quod est sentire et vivere quod est intelligere. ¶ Vivere autem quod est moveri est commune ad vivere quod est augeri et alimento uti et ad sentire et ad intelligere. Vivere commune est ad omnia genera vivendi quoniam omnia alia genera vivendi se habent ex additione ad ipsum. Ergo cum sit commune ad omnia genera vivendi, que per additionem se habent ad ipsum, planum est quod in omnibus viventibus reperiatur et est in pluribus de genere eodem quibus possit convenire illa que sunt in eodem genere cum illis. Remoto dico sicut sunt corpora inanimata. Ergo corporibus inanimatis debetur corporis motus. Corpora ergo inanimata participant motum sicut et corpora animata. ¶ Ad oppositum sunt due rationes quarum prima talis est. ¶ Res naturales inanimate si habent motum habent ipsum a natura movente ipsa. Sed natura est principium passivum. Ergo inanimatis accidit solum moveri passive et non proprie. Ergo ipsis non debetur motus proprie ut seipsis dicantur moveri a liquo movente. Ergo cum animatis motum non participant que animata per se habent motum. ¶ Secunda ratio talis est: nulla forma corporalis est que sit forma tantum habens operationem propriam preter materiam. Sed quod habet habet solum simul cum sua materia in qua est. Sed omnis forma inanimata est forma corporalis que est forma tantum. Ergo non habet virtutem per quam sufficienter materiam suam influat ad et ipsam moveat. Sed si moveat movebit aliam non per se, sed cum sua materia aliam movebit quia non est sufficiens ad movendum. Ergo si a forma contingit rei quod moveatur patet quod inanimatis vel solo modo debetur motus quia sua forma non potest movere suam materiam. Sed si moveat hoc est aliam.

Ad 2o

¶ Ad hoc dicendum est quod animatum convenit cum inanimato in motu communi, id est omni corpori naturali motus et omne corpus naturale per motum diffinitur. Sed differenter tamen est in illis quia motus in corporibus animatis est a sufficienti principio, scilicet ab anima que est sufficiens principium ad movendum. Sic id est non moventur inanimata, sed a forma sua que est forma tantum et corporalis et alligata materie et ideo non est sufficiens ad movendum. Et ideo dicit Aristoteles quod motus et operationes manifesti sunt in animalibus vel animatis, in inanimatis vero non. ¶ Ad primam rationem dicendum est quod principium passivum dicitur duobus modis. Quoddam id est ita passivum quod non agit. Et sic materia est principium. ¶ Aliud est principium passivum quod non est ita passivum quin etiam agat et moveat, sed tamen insufficienter. Et sic natura secundum quod comparatur forme et secundum quod est movens in sita forme est principium passivum forme, dico corporalis corporis inanimati. Et sic forma corporis inanimati ad minus est principium insufficiens motus. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod operatio attribuitur alicui duobus modis. Uno modo tamquam principio per se et sufficienti, et hoc modo attribuitur motus et operatio ipsi anime. Aut tamquam principio insufficienti, et sic attribuitur motus forme corporali que habet operationem insufficientem a parte sui et non sufficientem nisi per totam convenit cum materia sua. Et sic inanimata per formam suam conveniunt in motum sed non sufficienter sed insufficienter.

Con. ii.

¶ Circa secundam questionem sic proceditur et ostenditur utrum animatum et inanimatum differant in sufficientia motus ita quod animato corpori debeatur sufficienter motus, inanimato autem insufficienter. ¶ Et ostenditur quod sic per duas rationes. ¶ Prima talis est. Nulla forma alligata materie et distensa secundum distensionem materie movet sufficienter. Ex quo enim est alligata materie impedit motum et actionem. Sed forma corporis inanimati est alligata materie et distensa secundum distensionem materie, cum sit forma tantum. Ergo forma corporis inanimati movet insufficienter. Et alio modo non debetur motus inanimatis nisi a parte sue forme. Ergo motus insufficiens solum debetur inanimatis. Animatis autem sufficiens cum sua forma non sit alligata materie. Ergo differunt animata ab inanimatis quia animata moventur sufficienter, inanimata autem insufficienter. ¶ Secunda ratio hec est: sicut habetur in octavo physicorum proprium est animatorum se ipsis moveri et hoc est quia habent principium sufficiens sui motus. Inanimata autem non habent intra se principium sufficiens. Omne autem quod habet principium ad movendum sufficiens movetur sufficienter. Ergo animatis debetur motus sufficiens et e converso

inanimata autem insufficienter. ¶ Secunda ratio hec est. Sicut habetur in octavo physicorum proprium est animatorum se ipsis moveri et hoc est quia habent principium sufficiens sui motus. inanimata autem non habent intra se principium sufficiens sui motus. ¶ Omne autem quod habet principium ad movendum sufficiens movetur sufficienter. ergo animalia debent moveri sufficienter et e contrario inanimata insufficienter cum non habeant principium sufficiens ad movendum. ergo differunt animata ab inanimatis per motum sufficientem et insufficientem. ¶ Ad oppositum sunt due rationes prima talis est quia corpus componitur ex istis principiis materia et forma. Et materie est pati. forme vero agere. sicut dicit Aristoteles et materie est moveri. forme vero movere. Sed omne compositum ex talibus principiis se ipso potest moveri. ergo inanimata se ipsis possunt moveri. ergo moventur motu sufficienti sicut animata et ita per hoc non differunt ab animatis. ¶ Secunda ratio hec est. Sicut habetur in secundo physicorum natura est principium motus et status in eo in quo est per se et non per accidens. ergo omnia illa in quibus est natura habent per se principium motus. Sed natura est in corporibus inanimatis. ergo per se principium motus est in corporibus inanimatis. Sed omne habens principium intra se motus per se et non secundum accidens movetur per se et sufficienter. ergo inanimata moventur per se et sufficienter et sicut animata. ergo non differunt per sufficientiam motus.

Cstō ¶ Dicendum ad hoc dicendum est. quod corpus animatum differt ab inanimato sufficientia motus. animatum enim debet moveri per se et sufficienter et est principium movendi in ipsis fixum et completum et hoc aliquid. et distans per essentiam a mobili non alligatum ipsi. ista autem non requiruntur ad motorem sufficientem. In inanimatis autem motor est alligatus materie et mobili et ideo insufficienter movetur quia materia et alligatio ad materiam impediunt motum et operationem et ideo motus in inanimatis est motus insufficiens et quia principium motus in animatis est per se stans et hoc aliquid et sufficiens propter hoc motus animatorum est motus voluntarius. motus autem inanimatorum est motus naturalis et hoc patet in electione locorum. animatum autem se ipso movetur ab uno loco in alium et manifeste et quanto pluribus differentiis anime perficitur tanto manifestior est eius motus. In inanimatis autem non est illa transmutatio nisi ab aliquo excitante vel ut agente vel a removente prohibens. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod inanimata habent duplex principium. quorum unum est insufficiens ad movendum ipsa forma scilicet inanimatorum cum sit omnino alligata materie non habet operationem propriam sine materia. Sed sicut animam necesse est quod habeat operationem et ideo potest sufficere ad motum illa. Sed si moveat hoc est insufficienter. ¶ Ad secundam rationem dicendum est. quod principium intrinsecum motus est duplex quoddam est sufficiens ad movendum sicut anima. aliud est insufficiens et illud est ut inclinans ad motum et ad disponens et aliquo modo movens et illud est natura non dicit quod principium motus per se tamen quod sit sufficiens sed quia est principium intra sufficiens tamen et ideo cum a tali principio moveantur inanimata patet quod moventur insufficienter.

¶ Queritur etiam consequenter. sic proceditur Et est causa propter quam quidam motores movent sufficienter. et quidam non. sic hoc aliquid vel distans a materia et a mobili et independens ut dicatur motor sufficienter movere quod sit hoc aliquid vel quod sit distans a materia vel a mobili et ostenditur quod causa propter quam movet sufficienter sit propter hoc quod est hoc aliquid per duas rationes quarum prima talis est. ¶ Sicut habetur in octavo physicorum nichil movet in natura nisi quod est hoc aliquid et ens actu et completum. ergo causa propter quam aliquid movet sufficienter est eius completio. Sed causa completionis alicui accidit quia est hoc aliquid. ergo causa propter quam aliquid movet sufficienter est quod est hoc aliquid C. iij.

¶ Secunda ratio hec est causa propter quam inanimatum non movet se ipsum sed aliud a se ipso est quod forma corporis inanimati non habet operationem preter materiam suam ut possit habere virtutem per quam influat super materiam suam et hoc est quod non est hoc aliquid vel illius movet autem illa forma a sua materia abstracta et divisum corpus quod est hoc aliquid vel illius et non virtus sive materie et ideo movet illud sufficienter. ergo causa propter quam aliquid movet aliud sufficienter est quod est hoc aliquid. ergo hoc aliquid est causa quare motores movent sufficienter. ¶ Ad oppositum sunt rationes. Ostenditur enim quod causa propter quam aliquis motor moveat sufficienter materiam tales est non quia quod sit hoc aliquid sed quia est distans et independens per essentiam a materia. et a mobili per duas rationes prima talis est. ¶ Sicut habetur ab Aristotele in libro physicorum oportet movens et mobile distare secundum unum dicit in octavo physicorum quod proprium est animatorum moveri se ipsis et hoc est quia habent intra se principium motus per se eius per essentiam. et independens et distans a materia vel a mobili quod idem est. ergo causa quare motor movet sufficienter. est quia est distans a mobili per essentiam et independens distantia. ergo a materia est causa propter quam aliquis motor movet sufficienter ¶ Secunda ratio talis est. omnis motor et solum talis movet sufficienter qui movens non movetur ad motum mobilis et quanto minus movetur ad motum mobilis tanto sufficientius movet. unde anima intellectiva movet sufficientius quam anima sensitiva quia minus movetur movendo corpus quam sensitiva. Sed intellectiva sufficientius movet quam anima sensibilis quia minus movetur cum movet quam ipsa anima. Sed solus motor qui alligatur mobili movetur ad motum mobilis propter suam dependentiam a mobili. ostensum est. talis motor dependens a mobili. ergo causa quare aliquis motor non movet sufficienter est quia est alligatus mobili. ergo per oppositum causa quare aliquis motor movet est quia non est alligatus mobili sed independens ab eo. unde hoc patet quod quanto

motum, ut motor alligatus mobili tanto sufficientius movet. Ergo causa propter quam aliquis motor movet sufficienter est hec, scilicet quod distat et non dependet per essentiam a mobili. Ergo distantia vel independentia a mobili est causa quare aliquis motor movet sufficienter. ¶ Solutio

Solutio

ad hoc dicendum est quod causa propter quam aliqua causa est sufficiens ad movendum est distantia et independentia a mobili [illegible] cor- li et secundum quod hec independentia magis et minus participatur tanto secundum magis et minus sunt sibi sufficientes ad motum. Tamen dico quod ista duo concurrunt ad hoc quod aliqua substantia vel forma moveat sufficienter, scilicet esse hoc aliquid et independens a mobili, quia substantie que sunt hoc aliquid distant per essentiam a mobili et per se fixe sunt. Differenter tamen concurrunt ista duo ad hoc quod sit motor sufficiens, et illud quod est hoc aliquid est causa remota et mediata ad hoc quod alia substantia sit motor sufficiens. Distantia autem a mobili et independentia est causa immediata huius et proxima. Unde substantia que est hoc aliquid mediate distans a mobili est causa sufficientie motus. Hec tamen duo inveniuntur et sunt causa huiusmodi, quia substantia que est hoc aliquid distans et independens a mobili per essentiam. Sed si poneretur aliqua substantia que esset hoc aliquid et que esset alligata mobili per essentiam, dico quod illa substantia sufficienter non moveret mobile illud. Unde licet nauta sit hoc aliquid, si alligaretur navi et distenderetur secundum distensionem [illegible] navis, dico quod non posset sufficienter movere navem. Et propter hoc dico quod causa proxima et immediata quare aliquis motor moveat sufficienter est distantia a mobili, causa vero remota huius est hoc aliquid. Concedende ergo sunt rationes que ostendunt quod hoc aliquid non sit causa huius immediata, sed distantia a mobili, et hoc ostendunt ille rationes. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod hoc aliquid dicitur multis modis. Uno modo dicitur hoc aliquid substantia composita ex materia et forma. Alio modo dicitur hoc aliquid individuum sive sit simplex sive composita, et hoc modo dicitur hoc aliquid sufficienter movere et esse causa sufficientie motus ex parte motoris. Tertio modo dicitur hoc aliquid substantia fixa et completa quantum ad distantiam et independentiam ab eo quod movetur, et talis substantia hoc aliquid movet sufficienter propter independentiam quam habet a materia et a mobili, et sic non quod hoc aliquid est causa sufficientis motus. Sed hoc aliquid completum et independens a materia quantum ad hoc quod est hoc aliquid est causa sufficientis motus remota, quantum vero ad hoc quod est independens a materia est causa sufficiens motus. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod causa propter quam inanimata non movent se ipsa est duplex: una est proxima et alia remota. Remota causa huius est quia forme eorum que non sunt hoc aliquid complete. Proxima causa huius est alligatio formarum suarum materie. Forme enim eorum alligate sunt materie et indistantes ab ea, et sic non solum causa illius est quia non sunt hoc aliquid. Et quia forme corporum inanimatorum vel corporis alterius extra habent [illegible], scilicet quod sunt hoc aliquid cum suis materiis vel illorum et quod sunt distantes a mobili, non autem habent has conditiones vel [illegible] in quo sunt, propter hoc forme corporum inanimatorum movent corpus aliud extra, non tamen movent illud in quo sunt.

¶ Consequenter questio sic proceditur. Et queritur utrum se ipso moveri competat cuilibet animato, et quia hoc magis latet in plantis et in quibusdam animalibus carentibus motu progressivo. Et ostenditur quod sic per duas rationes. ¶ Prima talis est. Sic habetur in libro de motu cordis: vivere est se ipso moveri, ergo que vivunt se ipsis moventur. Sed plante vivunt et similiter animalia carentia motu progressivo, ergo eis debetur se ipsis moveri. ¶ Secunda ratio talis est. ¶ Omnia corpora que sunt sufficientia ad sui conservationem et multitudinem per suas proprias operationes habent motorem sufficientem intra se, qui est sufficiens principium motus et operationis in ipsis. Sed plante et animalia carentia motu progressivo sunt huiusmodi, ergo habent intra se motorem per se et sufficientem. Sed omnia talia que moventur a motore intrinseco per se et sufficienter se ipsis possunt moveri. Minor patet, quia plante sunt sufficientes ad vitam et ad generationem et ad propriam multiplicationem et renovationem. Et similiter animalia carentia motu progressivo ad quandam istorum sunt sufficientia, ergo hoc habent a motore intrinseco per se et sufficiente ad huiusmodi operationes exercendas. ¶ Ad oppositum sunt due rationes. Prima talis est: sicut habetur in secundo de anima, anima in planta movet sicut natura, sed natura movet insufficienter, ergo anima in planta movet insufficienter. Sed non movetur sufficienter ab aliquo planta nisi ab anima, et ab illa non movetur sufficienter. Patet quod non movetur planta sufficienter et ita se ipsa non movetur vel movet, quia quod movet sufficienter se ipso non movetur. ¶ Secunda ratio hec est: motor sibi movens per distantiam a materia. Anima autem vegetabilis omnino dependet a materia, quia omnino est naturalis. Ergo non movet sufficienter. Sed ab alio non movetur planta nisi ab anima vegetabili, ergo planta non movetur sufficienter, ergo plante non convenit se ipsa moveri. ¶ Ad hoc dicendum est quod in omnibus viventibus est motus, unde convenit omnibus viventibus se ipsis moveri, et per hoc differunt ab inanimatis. Conveniunt autem hoc omnia animata, scilicet quod se ipsis moventur, tamen secundum magis et minus conveniunt. Quanto enim motor ipsorum magis distat a mobili vel a materia, tanto sufficientius movet et manifestiores facit operationes. Et propter hoc magis est motus per se in hominibus quam in brutis, quia motor in homine, anima rationalis, magis distat a materia. Item magis est sufficiens motus et est per se in animalibus quam in plantis, quia anima sensibilis que est motor in animalibus magis distat a materia quam vegetabilis anima que est motor in plantis, et propter hoc sufficientius movet anima sensibilis quam vegetabilis et manifestiores facit operationes. Propter hoc dicit Aristoteles [illegible] vegetativum quod vita in animalibus manifesta est, in plantis vero occulta. Et sic omnibus viventibus convenit se ipsis moveri, tamen secundum magis et minus. ¶ Ad primam rationem in contrarium

Questio iiii.

Solutio

Con[tra] iiii

unum dicendum est. quod cum dicit aristoteles quod anima in planta est sicut natura ipse non intelligit quod moveat sicut natura contrarium ad motum insufficientem sed sicut natura movet sursum et deorsum et secundum oppositionem ita in planta anima vegetativa movet secundum oppositionem ad motum augmenti. Ad secundam rationem dicendum est quod forma dependens a materia est duplex quedam est forma tamen distensa secundum distensionem materie alia est que licet dependeat a materia tamen non omnino distensa est sed hoc aliquid et extra potentiam eius a materia dependeat inquantum est forma et hoc modo ultimo anima vegetativa dependet a materia et quod primo modo dependet a materia non movet sufficienter. Quod autem secundo modo dependet a materia potest movere sufficienter quia distat a mobili per essentiam et sit hoc aliquid. et ideo anima vegetativa movet et per se et sufficienter in plantis

Con[tra] v.

Deinde querendum est sic procedendo et queritur utrum necesse sit omne movens moveri et ostenditur quod sic per duas rationes quarum prima talis est. Omne movens habet actu quod habet mobile in potentia sed mobile ex parte illa qua fit mobile habet in potentia motum ergo necesse est omne movens actu habere motum ergo omne movens movetur. Secunda ratio hec est duplex est movens quoddam est movens corporale quoddam est movens spirituale sed omne movens corporale movetur per suam operationem ut patet de igne cum movet aerem operatio autem talium corporalium est motus sicut ostensum est ergo omne movens corporale dum movet movetur et similiter ostenditur de motore spirituali quia omne agens secundum ordinem dirigit se in suis operibus secundum ordinem processus suarum operationum sed agens secundum cognitionem est agens secundum ordinem ergo dirigit se in suis operationibus antequam illas producat sed producit et operatur illas secundum prius et posterius ergo dirigit sese secundum prius et posterius non enim anima sensibilis sunt et in mente operatur simul nec similiter intellectiva sed continue ut videmus quia continue influunt et operantur in creaturis et ita prius et posterius sed distinctio operationum secundum prius et posterius non

Con[tra]

aliud est quam motus ergo omnia talia agentia secundum cognitionem movent sed omnia talia sunt spiritualia et ergo contra ad hoc corporalia agentia spiritualia se dirigunt ergo omne movens spirituale et corporale movendo movetur. Ad oppositum sunt due rationes prima talis est omne mobile est partibile sed multi motores sunt impartibiles ergo multi motores sunt immobiles ergo non omne movens movetur. Secunda ratio talis est. omne movens quod movetur per se vel per accidens per motum mobilis quod movet habet dependentiam et distantiam ab ipso. alioquin cum non moveretur ad motum eius sed multi sunt motores qui non habent dependentiam a mobili ergo non omne movens

Con[tra]

movetur. Ad hoc dicendum est quod etsi motores moventes movent tamen aliud non. Et cum huiusmodi multiplex est una est dependens a mobili motor cum quo dependet a mobili

cum movet movetur in via accidentis sicut anima movet in corpore sicut nauta in navi. Secunda causa est propter resultantiam contrarii et contrarietatem in materia agentia enim per contrarietatem que habent in materia agunt et patiuntur et movent et moventur. Tertia causa est exigentia operationis corporalis. talia enim spiritualia que movent moventur quia movent operantur. operatio autem ipsorum est motus cum sint corporales sicut dictum est et hoc modo corpora superiora movent quia moventur quia per motum operantur sed non movent motu inferiori haec ergo sunt agentia que moventur dum movent et hec sunt cause propter quas agentia dum movent moventur. Talia autem que carent omnibus his conditionibus et movent et moventur in motore unum talia non dependentes moventur non motore et que non habent contrarietatem in agendo cum alio et que per motum non operantur et sic patet que movent moventur dum movent et que non. concedo ergo rationes que ostendunt quod non omne movens movetur. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod aliquid habet alterum dupliciter. uno modo secundum participationem alio modo secundum intensionem gradus enim primo modo habet speciem gradus. sicut per participationem qualitator enim ponitur exemplum quo habetur aliquid secundum intensionem sicut dans illa corrigie habet in se signa ubertatis secundum intensionem et non secundum participationem oportet ipsum habere et ideo non omne movens movetur. Et cum dicitur quod motor solum motum habeat secundum intensionem et effective quia motus est effectus motoris immobilis unde non comparatur ad motorem sicut ad formam sed sicut ad causam. Alioquin tamen comparatur ad motorem ut ad formam sicut in motoribus motis. et propter hoc non est motus semper in motore sed cum comparatur ad motorem ut ad causam et ut ad formam tunc est motor motus quando autem comparatur ad ipsum ut ad causam solum tunc est motor non motus. Ad secundam rationem dicendum est quod movens corporale quod movet movetur quia dependet a mobili et habet predictas conditiones movens autem spirituale dirigit se in suis operationibus huiusmodi autem motus non est distinctio [...] sed solum operatio talis spiritualis secundum intellectum ut secundum cognitionem ista enim non est transmutatio vel motus. Et secundo dicendum est quod non quodlibet prius et posterius ponit motum in operatione sed prius et posterius per applicationem ad mobile unde si mobile est partibile habet prius et posterius operatio que est in illo habet prius et posterius et est motus in distinctione talis spiritualis quantum ad opus non est prius et posterius per applicationem ad mobile quia ipsum non est mobile et ideo quod talia spiritualia non dependentes movent non moventur.

Paragraphus secundus de generalibus opinionibus et primo de opinione Democriti Leucippi Platonis et sequacium suorum. Continuatio intentionis

Lec. xx.

**Unde democritus quendam ignem aut calorem dicit eam esse et cetera.** In precedentibus sermonibus dixit philosophus quod philosophi fere omnes per duas conditiones diffiniunt animam scilicet per motum et cognitionem et quod multi in hoc consenserunt et posuerunt ipsam esse principium motus se ipsam movens. Et hec fuit ipsorum universalis intentio circa motum anime. In hac autem parte narratione speciali tangit eorum opinionem secundum quod ipsam animam diffiniunt per motum. Divisio. Recipit autem hec pars divisionem in tres partes in quarum prima recitat opiniones democriti et leucipi. In secunda in hac scilicet **Videtur quod et a pitagoricis dictum eandem habere intelligentiam et cetera.** Tangit opiniones pitagore et sequacium suorum. In tercia scilicet in hac **Similiter autem anaxagoras animam dicit se ipsam moventem et cetera.** Tangit opinionem anaxagore et sequacium eius. Prime autem due partes spectant ad presentem lectionem sive speculationem secundum quas recipit presens lectio divisionem in duas partes. In quarum prima tangit opinionem democriti et leucipi. In secunda tangit opinionem pitagore. Prima autem pars recipit divisionem in duas partes in quarum prima recitat opinionem democriti. In secunda scilicet in hac **Similiter autem et leucipus horum autem spere rotunda dicit animam et cetera.** Recitat opinionem leucipi qui in suis opinionibus sequitur democritum. Secunda autem pars principalis in qua recitat opinionem pitagoricorum recipit divisionem in duas partes. In quarum prima recitat opinionem pitagoricorum. In secunda autem scilicet in hac **Qui autem ferunt et quicumque dicunt animam esse se ipsam movens et cetera.** Tangit opinionem ponentium animam esse substantiam se ipsam moventem que fuit opinio similis opinionibus pitagore democriti et leucipi. Hec autem fuit opinio platonicorum. Divisionis recollectio. Sunt ergo in lectione presenti partes iiii$^{or}$. In quarum prima recitat philosophus opinionem democriti. In secunda recitat opinionem leucipi collega ipsius. In tercia recitat opinionem pitagore. In quarta recitat opinionem ponentium animam esse substantiam se ipsam moventem que similis est predictis. Hec autem est divisio huius partis. **In narratione autem intentionis philosophi minime prolixe distinguentur.**

**Sententia prime partis de opinione democriti.** In prima parte procedit philosophus hoc modo. Notificatum est quod omnes philosophi diffiniunt animam per motum et cognitionem et multi ponunt ipsam esse substantiam que movet per se movens. Et illi universaliter attribuerunt motum maxime anime competere unde democritus posuit ipsam substantiam esse maxime mobilem. Et duo tangit de ipsius opinione dicens quod posuit ipsam ignem vel substantiam igneam ignis habentem naturam quia ignis inter omnia corpora maxime est utilis ad motum et ad operationem et actionem cum sit maxime subtilis. Secundum est quod tangitur de ipsius opinione quod posuit ipsam esse ex athomis infinitis igneis levibus figure rotunde et causa in hoc est quia hii athomi sunt semper in continuo motu et nulla aeris tempestas vel motus ipsos. Cum ergo anima sit maxime principalis motus maxime habet naturam horum athomorum et precipue habentium naturam ignis et habentium rotundas figuras quia ille maxime sunt habiles ad motum. Isti vero athomi apparent per fenestras in radiis solaribus continentibus similitudinem turbis et ipsos posuerunt philosophi principia elementaria omnium corporum naturalium. Hec autem tangit cum dicit **In finitis enim existentibus figuris et athomis et cetera.**

**Sententia secunde partis de opinione leucipi.** Consequenter tangit opinionem leucipi et duo tangit de ipsius opinione. Primum est quod posuit animam esse ex athomis rotunde figure sicut et democritus. Secundum est autem quod est ratio opinionis ipsius. Posuit enim animam esse principium vite et vitam stare per respirationem. Et respirationem fieri per abstractionem esse athomorum et motum ipsorum intra corpus per ingressum et regressum suum. Primo ergo ponit rationem leucipi et ratio sua talis est. Omne illud quod animalibus est adhibens motum quod sunt maxime mobilia et maxime mobilia subtilia et maxime omnium penetrativa. Sed anima huiusmodi est ergo est maxime ex illis principiis. Sed illa principia sunt athomi rotunde figure ergo anima est ex athomis rotunde figure. Deinde secundo cum dicit **Vivere et vivendi terminum esse respirationem et cetera.** Tangit causam propter quam motus fuit leucipus que fuit aptare anelitus qui ad vitam consequitur et per quem stat vita. [illegible] enim determinans de quiditate alicuius rei dat causam esse rem quam determinat et ideo cum leucipus et alii philosophi posuerunt animam esse ex athomis sphericis laboraverunt in causa reddendi sue positionis et ideo dixerunt quod anelitus est illud per quod diffinitur vita sive id quod ad vitam consequitur et sine quo vita non stat. Et deinde secundum ipsorum opinionem tangit modum per quem fit anelitus dicens quod anelitus fit hoc modo quia aer continens [illegible] vel aliam differt athomis sectis et congregat ipsos et cum animalibus attrahitur. Ipsi vero athomi adhibent motum animalibus et cum motus per aerem inspiratus recipitur movent ipsa et ideo per mutationem ipsa quiescere in aliqua hora in motu ipsa conti-

nue mouent per sui ingressum et egressum et hoc per egres-
sum eius aere constringit totum corpus alis et non possent animalia
sustineri quin moueantur ad motum athomorum unde a celestis
influentia liquatis que super omnia corpora influit possent hec
obtinere quin ad ipsorum motum moueantur. ¶ Ad egressum igitur
athomorum intus existentium receptorum qui exitus respiratio ap-
pellatur mouentur animalia ¶ Sed deinde recipiunt alios
athomos per ingressum qui est inspiratio et sic continue
per ingressum quorundam per inspirationem et exitum quorundam
per respirationem continue mouentur. ¶ Et sicut hec dicta a-
thomorum philosophis quidam ex illis qui intrinsece aduenerunt per
inspirationem prohibent eos qui extrinsece exeunt per respi-
rationem condensando et comprimendo ipsos ut sine distinctione
temporis animalia secundum motus athomorum ingredienti-
um et egredientium sint semper in continuo motu et
vita continetur in animalibus dum in ipsis durat motus athomorum
per inspirationem et expirationem. ¶ Est igitur eorum ratio talis
leucippi scilicet et democriti et sequentium ipsorum ¶ Ex illis que
exhibent animalibus motum continuum et vitam et inspira-
tionem et respirationem et per quam diffinitur vita et
sine qua non stat et per quam conseruatur et qua durante durat
vita et qua cessante cessat vita ex illis inquam talibus est
anima. hec declaratur quia anima est causa vite et conseruationis ipsius
et motus inuentiuum est causa per sui operationem. sed cessan-
te sui operatione et motu cessat ipsius vita et sic exponitur
intentio leucippi et sequentium ipsum. ¶ Sententi-
a tercie partis de opinione pitagore

¶ Huius autem determinatis recitat opinionem pitagoricorum que
precise est similis et primo tangit ipsam ¶ Secundo rationem ipsius
¶ Dicit igitur quod opinio pitagoricorum videtur habere eandem
intentionem. Dixerunt enim animam componi ex corporibus resolutis
minimis que dicuntur athomi que pugnant ex solaribus partibus ae-
ra maxime et ab aere resolutis et ab aliis mixtis que diffi-
niuntur per aerem et hec opinio duplex est. quia quidam posue-
runt animam componi ex illis athomis quidam tamen posuerunt
animam ex illis non componi sed ipsam esse motorem mouentem
ipsos. Deinde cum dicat ¶ De hiis autem dic-
tum est propter id quod uidentur con-
tinue moueri ¶ Dicit igitur quod hec dixerunt propter
hanc rationem. ex illis enim est anima uel illorum motor que semper
sunt in continuo motu quia illius anima sunt inquiete et
nimia tranquillitate et hoc est quia uita omnis uel uelud
anima sicut superius dictum est maxime est principium motus in na-
tura sed athomi sicut sensibiliter apparet in radiis solaribus
sunt huius igitur ex athomis est anima uel illorum motor

¶ Sententia quarte partis de opini-
one ponentium animam esse ipsam se
ipsam mouentem ¶ Consequenter recitat o-
pinionem ponentium animam esse ipsam seipsam mouentem
sicut posuerunt platonici que est similis precise quantum ad diffinitionem
anime per motum. ¶ Platonicorum enim fuit alia opinio quantum ad co-
gnitionem. Primo igitur narrat eorum opinionem dicens quod ad idem
ferunt intellectum cum pitagoricis et cum aliis precise. illi autem
qui dicunt animam esse rem mouentem per se ipsam. omnes enim
simul conueniunt quia ponunt animam diffiniri per motum. sed in hoc
differunt scilicet quod in qualitate eius. Quidam enim posuerunt esse
ignem uel rem igneam quidam athomos. Quidam moto-
rem eorum quidam numerum seipsam mouentem sicut platonici
¶ Deinde secundo tangit eorum rationem cum dicit ¶ Uiden-
tur autem hii omnes accepere motum
proprie esse anime et cetera. ¶ Dicit igitur quod omnes
isti posuerunt in suis opinionibus anime maxime et proprie com-
petere motum et posuerunt animam moueri per animam et di-
xerunt ipsam seipsam maxime mouere. ¶ Et causa sue inten-
tionis fuit hoc principium quia ponebant quia omne mouens necesse
est moueri ¶ Ratio igitur eorum sic abreuiatur ¶ Omne quod maxime
principium maxime mouetur. Et cum hoc est          quia sicut
posuerunt omne quod mouet sunt et ipsum mouetur. Sed anima
est huius. igitur anima maxime mouetur ¶ Cum igitur sufficienter mo-
ueat anima sufficienter mouet et ipsam. Sed illud quod sufficienter
mouetur seipso mouetur sicut quod sufficienter et uelut comparatur seipso. igitur
anima seipsa mouetur. igitur rationabiliter competit motus anime ut per ipsum
diffiniatur sicut ipsorum posito asserit. ¶ Et per precedentia exponitur
intentio philosophi circa hanc partem ¶ Postquam autem determinatum
est de intentione philosophorum diffinientium animam per motum in
generali. Deinde dicendum est de specialibus opinionibus singulorum. ¶ Et pri-
mo dicendum est de opinione democriti et leucippi. ¶ Secundo
dicendum est de opinione anaxagore ¶ Tercio dicendum est de opinione philosophorum
ponentium animam seipsam moueri. ¶ Circa primam questionem duo
queruntur. ¶ Primum est utrum anima sit talis quod habeat naturam
ignis caloris et quod sit ignis sicut posuerunt philosophi. ¶ Secundum
est quia athomi sint principia rerum et utrum anima sit compo-
sita ex athomis sicut posuerunt philosophi. ¶ Circa primam questio-
nem sic proceditur et queritur utrum anima habeat naturam ignis
et ostenditur quod sic per duas rationes ¶ Prima talis est omnis
forma corporis mixti que maxime in natura est principium
motus et operationis maxime est huius naturam illius elementi
quod maxime habet de spe. Sed anima est forma corporis mixti
que maxime est principium operationis et motus igitur maxime
habet naturam illius elementi quod maxime est principium opera-
tionis et maxime habet de spe. hoc autem est ignis sicut te-
statur auctor. igitur anima maxime habet naturam uel similis igni
¶ Secunda ratio hec est omne illud quod per sui presentiam est in-
fluens calorem in membris et per sui recessum relinquit priua-
tionem caloris habet maxime naturam illius elementi quod est
ignis cum sit calidus simpliciter uel similis igni. Sed anima est for-

¶ Nota

¶ Questio prima

per cuius presentiam in corpore viget calor et per cuius absentiam a corpore privatur calor. Unde cum anima egreditur a corpore est corpus frigidum; ergo anima habet naturam ignis vel similis cum igne. ¶ Ad oppositum sunt due rationes. ¶ Prima talis est: dicit Aristoteles in libro de anima quod anima conservat corpus et tenet elementa et ligat ea ne unumquodque eorum vel illorum redeat ad locum proprium. Cum enim anima a corpore egreditur fit dissolutio in corpore et redeunt elementa in quibus fit dissolutio ad loca propria. Sed ignis est unum elementorum habens contrarietatem cum aliis; ergo tendit ad locum proprium. Anima autem ipsum tenet et ligat per suam presentiam in corpore; ergo non habet anima naturam ignis neque alicuius elementi, quia tenet enim elementa. Et sic non habet naturam ignis, quia sic haberet contrarietatem cum aliis nec ipsa teneret; hoc autem falsum est; ergo non habet naturam alicuius elementi. ¶ Secunda ratio talis est: si anima esset ignis aut esset ignis quod est elementum aut esset igneum mixtum haberet in se predominium ignis. Si autem esset ignis quod est elementum sic consumeret alia elementa et totum corpus destrueret sicut ignis cum habet predominium; ergo cum anima haberet predominium super corpus sic anima corrumperet corpus. Hoc autem est falsum quia conservat ipsum; ergo anima non habet naturam ignis quod est elementum. Si autem sit igneum mixtum haberet in se predominium ignis, sic esset forma mixti quia mixta esset. Sed omnis forma mixti habet distensionem secundum distensionem materie; sed nulla talis forma movet sufficienter, et hoc est propter suam alligationem cum materia; ergo anima non moveret sufficienter.

¶ 2o hoc autem est falsum; ergo anima nullo modo habet naturam ignis. ¶ Ad hoc dicendum est quod fuit opinio philosophorum quod anima habet naturam ignis et causa huius positionis fuit propter operationes anime. Est enim anima maxime principium et motus et operationis et quia ignis talis est inter omnia corpora ideo moti fuerunt propter istam proportionem ad ponendum animam esse igneam. Item cum vita fluit per calidum, unde calor naturalis est index vite. Unde sicut in corporibus inferioribus influit vita a corporibus superioribus mediante calore, similiter in minori mundo influit vita corpori ab anima mediante calore. Et hoc patet: cum enim anima in corpore calor est in eo et cum egreditur anima a corpore membrum quod erat calidissimum fit frigidissimum, scilicet cor. Et quia anima influit vitam et calorem, quare recedente anima recedit calor. Omne autem tale quod influit calorem est ignis vel habet naturam ignis; ideo posuerunt animam esse igneam vel habere naturam ignis. ¶ Dicendum autem secundum veritatem et secundum Aristotelem quod non est verum quod anima habeat naturam ignis quia anima est substantia spiritualis que est super elementa et distat ab eis secundum magis et minus, quia anima intellectualis magis distat ab eis quam sensibilis et sensibilis quam vegetabilis. Elementa autem omnia sunt a parte corporis et constituunt corpus animalis. Anima autem non est huiusmodi, immo anima est super corpus. Et propter hoc est super elementa continentia corpus neque constituunt

animam corpus, sed compositum ex anima et corpore. Et ideo anima non est ignis neque habet naturam ignis neque alterius elementi. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod forma corporis mixti vel que est forma mixtionis est duplex. Quedam est forma corporis mixti que est forma mixtionis, alia autem est addita mixtioni. Loquendo ergo de forma mixti que est forma mixtionis verum est quod ipsa est principium alicuius operationis per naturam alicuius elementi in ea dominantis, quia resultat ex formis elementorum, et maxime est illa forma principium operationis per naturam caloris, quia forme elementares que sunt maxime principia operationum maxime sunt habentes naturam caloris. Loquendo autem de forma mixti que non est forma mixtionis sed addita mixtioni, talis non est principium operationis per naturam alicuius elementi quia non resultat ex elementis, sed est principium operationis per suam substantiam. Est enim substantia simplex et ideo multarum operationum est principium per naturam sue spiritualitatis et sue substantie et non per naturam alicuius elementi. Talis autem forma mixti est anima, et ideo anima non est principium per naturam alicuius elementi, et ita non est aliquod elementorum neque habet naturam alicuius elementi neque ignis. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod anima non influit calorem illum in corpore sed conservat. Sed aliqua substantia potest conservare calorem in aliquo corpore dupliciter: uno modo tamquam influens ipsum, et sic ignis in corpore mixto conservat calorem tamquam influens. Alio modo potest aliquis conservare calorem in corpore non tamquam influens illum sed quia continet corpus et conservat et tenet et ligat ea quibus calor est influxus corporis, que dum tenentur in corpore necesse est corpus esse calidum et conservatur calor in corpore. Et hoc modo anima conservat

et influit calorem quia tenet ea in corpore quibus est calor in corpore. Ligat enim ignem cum aliis et tenet illud quo est calor in corpore, et ita conservat calorem non quia det ipsum corpori. Per absentiam autem anime advenit privatio caloris quia tunc relinquitur corpus sue nature, et quia corpus maxime constat et constituitur ex natura aque et terre; hec autem duo elementa sunt maxime frigida, ideo corpus fit frigidum per absentiam anime quia amplius non tenentur in corpore ea quibus erat calor in corpore, scilicet ignis, sed totus a corpore recessit et calor naturalis, et sic illud quod sic conservat calorem non est ¶ 2o

ignis neque habet illius naturam. ¶ Consequenter secundum sic proceditur et queritur de opinione philosophorum ponentium athomos esse principia rerum et animam ex illis constitui. Et circa hoc queruntur questiones iiii. ¶ Prima est utrum athomi sint principia rerum. ¶ Secunda est utrum ex ipsis anima componatur. ¶ Tertia est propter quid dixerunt philosophi animam ex athomis maxime rotunde figure componi. ¶ Quarta est utrum operentur ad respirationem. ¶ Secunda questio

¶ Qo. i.

¶ Circa primam questionem sic proceditur. Ostenditur autem quod athomi sint principia corporum vel rerum quia ex illis que sunt prima in aliquo genere fiunt ea que sunt in tactu in genere illo. Sed indivisibilia priora sunt in

genere corporum, ergo ex indivisibilibus fiunt corpora secundum actum. Hec autem indivisibilia in genere corporum sunt athomi, ergo athomi sunt principia corporum.

¶ Secunda ratio hec est: ex eis est res composita ad que stat sua resolutio; sed ad indivisibilia stat resolutio corporum, ergo ex indivisibilibus in genere corporum fiunt corpora. Hec autem sunt athomi, ergo athomi sunt principia corporum.

¶ Tercia ratio hec est: ex illis que sunt indivisibilia ad que est status et que per totum diffunduntur et que in se habent conditiones ad hoc ut ex eis fiant omnia in genere aliquo, fiunt omnia in genere illo. Sed athomi sunt huiusmodi respectu corporum, diffunduntur enim per totum universum et secundum ordinem; secundum autem ordinem fiunt corpora ex suis partibus, sicut scriptura fit ex eisdem litteris aliter et aliter ordinatis, ita corpora fiunt ex eisdem principiis aliter ordinatis, scilicet ex athomis. Sunt ergo athomi principia corporum.

¶ Ad oppositum: ex illis que non possunt coniungi et si coniungantur non efficiunt maius non potest fieri aliquid magnum. Sed athomi sunt huiusmodi, cum sint quasi puncta, et punctus puncto additus non efficit maius; ergo ex athomis non potest fieri aliquid magnum. Huiusmodi autem est corpus, ergo ex athomis non possunt fieri corpora.

¶ Secunda ratio hec est: si ex athomis fiant corpora necesse est illa coniungi ad invicem. Coniunguntur ergo tales athomi aut ergo coniunguntur se totis aut per aliquid sui. Si se totis, sed talia non faciunt maius, ergo athomi non faciunt maius, ergo ex illis non potest fieri corpus aliquod, cum omne corpus magnum sit. Si per aliquid sui, hoc est per extrema sua, ergo unum habet unum extremum secundum quod coniungitur cum uno et aliud secundum quod coniungitur cum alio, et similiter de aliis. Sed nullum tale indivisibile, ergo athomi non sunt indivisibiles sed divisibiles, ergo sunt ex aliis et non alia ex ipsis. Non sunt ergo principia corporum.

¶ Solutio. ¶ Dicendum est quod philosophi posuerunt athomos esse principia corporum; posuerunt enim indivisibilia prima ad que stat resolutio corporum et illa posuerunt esse principia corporum; huiusmodi autem sunt athomi sicut ipsi dicunt. Item posuerunt in eis dispositiones mediantibus quibus fiunt corpora ex ipsis; unde posuerunt quandam athomam esse calidam, quandam frigidam, quandam sursum, quandam deorsum; hee enim sunt dispositiones ad hoc ut ex ipsis constituerentur corpora. Et posuerunt athomos ubique, quandam sursum et quandam deorsum, ut ex ipsis ubique corpora constituerentur.

¶ Dicendum est tamen quod non recte posuerunt philosophi, quod corpus secundum quod hoc nature quantitatis constat ex partibus quantitatis continuis; huiusmodi autem partes non sunt athomi, cum sint divisibiles et athomi indivisibiles sicut ponunt. ¶ Item corpus secundum quod hoc naturarum substantie constat ex principiis substantie que sunt materia et forma; huiusmodi autem principia non sunt athomi; ergo patet ex hiis quod athomi nullo modo sunt principia corporum, et concedende sunt rationes ad hoc inducte.

¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est, et ad secundam, quod indivisibilia in genere sunt multiplicia, quia quedam sunt indivisibilia in genere substantie, quedam autem in genere accidentium. In genere autem substantie sunt indivisibilia duplicia, quia quedam sunt indivisibilia in genere substantie quantum ad esse nature, quedam autem quantum ad esse ordinabile in genere. Quantum ad esse ordinabile in genere sunt sicut genus et differentia; quantum ad esse nature sunt indivisibilia in genere substantie materia et forma et materie. Sed triplex est materia, scilicet materia corporalis et spiritualis et materia media. Materia spiritualis et forma sunt indivisibilia in substantiis spiritualibus; materia corporalis et forma sua sunt indivisibilia in substantiis corporalibus; materia et forma media et forma media indivisibilia sunt in corporibus superioribus, quia hec materia cum forma sua est in omnibus corporibus superioribus. Et quia hec sunt indivisibilia quantum ad esse nature, alia quantum ad esse ordinabile, ideo ex hiis constituuntur corpora que sunt quantum ad utrumque esse.

¶ Sunt ergo [illegible] indivisibilia in genere substantie corporalis solum per resolutionem, per actionem [illegible]. Sed ex talibus indivisibilibus non fiunt corpora, quia in talibus non fit resolutio corporum per naturam. Sed tamen que dicta sunt sunt secundum esse utriusque corporum. Hec autem indivisibilia sunt athomi, et ideo ex athomis non fiunt corpora secundum quod sunt substantie. Indivisibile autem in genere accidentium est duplex: uno modo quantum ad esse ordinabile in genere, et talia sunt genus et differentia; secundo modo quantum ad esse nature, ut punctus et unitas in quantitatibus. Et ex punctis non fit aliquid in genere continue quantitatis, unde non fit continuum ullum ex punctis, sed fiunt ex illis. Discretum autem fit ex unitatibus, et causa huius est quia in totis per continuationem non potest aliquid fieri per ea que non possunt continuari, sed in totis per aggregationem potest aliquid fieri per talia. Et quia totum continuum est totum per continuationem, ideo non potest fieri ex indivisibilibus que sunt puncta; quia autem discretum vel numerus est totum per aggregationem, ideo potest fieri ex indivisibilibus que sunt unitates. Continuum autem non, quia indivisibilia non habent continuationem, et ideo necesse est sumere secundum positionem philosophorum, sicut corpus quantitatis ex athomis, cum sint indivisibiles et impossibiles continuari; corpus autem quantitatis est continuum, et ita patet quod athomi non sunt principia corporum. Sed sunt indivisibilia corporum ad que stat resolutio corporum, per que debet corpus constitui et fieri; sic ergo patet que indivisibilia sunt per que et ad que fiant resolutiones corporum.

¶ Questio 15. ¶ Et secundam questionem sic proceditur, et queritur utrum ex athomis sit anima, et probatur quia etiam hoc posuerunt philosophi, et ostenditur quod sic. ¶ Omnium substantiarum existentium in mundo corporali que maxime est principium motus et subtilitatis et penetrabilius est ex illis principiis que maxime sunt in motu et maxime continue. Sed anima est huiusmodi, ergo anima est ex talibus principiis. Huiusmodi autem sunt athomi, ergo anima est ex athomis.

¶ Ad oppositum: athomi sunt substantie corporales et sensibiles, sed nulla substantia corporalis habet cognitionem. Item nulla substantia corporalis movens se sufficit; ergo si anima esset ex athomis non haberet cognitionem nec sufficeret movere; hoc autem falsum est, ergo anima non est ex athomis. ¶ Secunda ratio

hec est. Si anima esset ex athomis moveretur secundum motum athomorum. Sed quedam athomi ingrediuntur corpus, quedam egrediuntur cum aere inspirato et respirato, ergo similiter anima ingrederetur et egrederetur, ergo animata venirent in mortem et a morte in vitam. Hoc autem est inconveniens, ergo anima non est ex athomis.

Iste dicit quod philosophi posuerunt animam esse ex athomis quia posuerunt eam esse ex corporibus constitutam et continue moveri et movere corpus. Et quia athomi sunt in motu continuo et similiter corpora animata, ideo posuerunt animam que movet ea esse ex athomis. Unde sicut videmus quod si fundatur argentum vivum in aliquam rem continue movebit ipsam rem, similiter quia corpora animata continue moventur dixerunt philosophi ipsam esse plenam athomis que continue movent et moventur. Et hoc dixerunt esse animam quia movet corpus, et ideo posuerunt animam esse ex athomis. Hoc tamen non est verum quia anima substantia spiritualis est que movet corpus, et ideo non est composita ex corporibus, et ideo ex athomis non componitur anima. Ad rationem in contrarium dicendum est quod aliqua substantia principium motus est duobus modis: uno modo per naturam substantialitatis corporalis, et sic ignis vel athomi sunt principia motus; alio modo est aliqua substantia principium motus per naturam spiritualitatis et distinctionis anime, et quia habeat aliquid insitum componere, et hoc modo est anima principium motus. De isto autem modo quod est principium motus non bene procedit ratio, et ideo non bene procedit de anima. Ad oppositum: omnis motor sufficiens commovet manens immobile, et quanto sufficientius movet tanto in immobilitate perseverat. Anima autem est huiusmodi, ergo si constituatur ex corporibus maxime debet esse ex illis que maxime immobilia sunt. Hec autem sunt athoma frigida, calida et quadrata, ergo anima debet esse ex illis et non ex aliis.

Iste dicit quod secundum intentionem philosophorum positio fuit quod anima esset ex athomis calidis et rotunda figura, que maxime est habilis ad motum, et illa figura que est caliditas maxime est principium motus et operationum. Et quia sic ipsi ponebant animam esse ex athomis, debet esse ex illis que maxime sunt principia motus et operationis. Cum igitur sit principium motus et operationis, hii autem sunt athomi calidi et rotundi, ideo posuerunt animam esse ex illis, et propter illos erat anima motor sufficiens. Dicendum autem est quod anima propter illos non est motor sufficiens licet ex illis componitur secundum veritatem, sed supponendo positionem eorum, scilicet quod anima sit ex athomis, ipsi bene ponunt. Sed facta illa suppositione et propter hoc propter philosophos dicendum est ad rationem in contrarium quod ipsa non procedit secundum positionem eorum, quia philosophi ponebant quod omne quod movet movetur, et ideo posuerunt animam moveri et movere continue et esse ex illis que continue movent et moventur. Hii autem sunt athomi calidi et rotundi, et ideo posuerunt animam esse ex illis. Ratio autem procedit secundum quod anima movet et non movetur, quod est contra positionem eorum, et ideo non bene procedit quia supposito secundum ipsos quod anima sit ex athomis et quod modo dicto moveatur ipsa anima.

Iterum etiam contra sic proceditur, et queritur utrum athomi conferunt ad inspirationem et respirationem et vite conservationem. Et ostenditur quod sic: aer inspiratur propter duo, unum est ut mitigetur calor excellens in corde, aliud est ut spiritus recreentur per simile; et quia aer est corpus simile spiritui, ideo per aerem maxime recreantur spiritus, et quia omne simile maxime confortat suum simile, propter hoc recreantur spiritus a suo simili. Sed hii athomi sunt resolutiones maxime subtiles et sunt consimilia, ergo similia spiritui, ergo possibile est quod spiritum conservent et recreent. Sed omne tale confert ad inspirationem et conservationem vite, ergo athomi conferunt ad inspirationem et vite conservationem. Secunda ratio hec est: sicut habetur in secundo libro De sompno et vigilia, natura fit in animali in robore et vigore. Robur autem et vigorem facit perseverantia spiritus, ergo illud quod facit ad perseverantiam spiritus facit ad roborationem et vitam et motum animalium. Tale autem est quod multiplicat spiritus, et hoc est simile spiritui. Athomi autem sunt similes spiritui, ergo faciunt ad inspirationem et conservationem vite et motus. Ad oppositum: illud facit ad inspirationem et respirationem et vite conservationem quod facit ad mitigationem caloris. Hoc autem est aer qui est frigidus respectu corporis nostri, ergo athomi ad hoc non conferunt, sed aer, quia athomi calidi sunt et non hoc modo frigidi respectu corporis nostri sicut aer.

Iste dicit quod philosophi posuerunt inspirationem et respirationem fieri in animalibus per motum athomorum et per ingressum et egressum eorum in corpore, et posuerunt continuationem eorum per ingressum aeris et egressum conducentis istos athomos et deferentes. Possunt autem vitam durare secundum inspirationem et respirationem, et ita posuerunt quod hii athomi faciunt ad durationem et conservationem vite propter inspirationem et respirationem. Sed hec positio fuit erronea, quia secundum hoc accideret quod animalia que non inspirant nec respirant non haberent conservationem vite. Hoc autem falsum est et inconveniens, et propter hoc concedo rationes quod non conferunt ad hoc. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod inspiratio et respiratio fit propter duo sicut dictum est, scilicet propter caloris mitigationem et spiritus recreationem. Sed ab eodem est illa mitigatio caloris et spiritus recreatio. Hoc autem est per aeris receptionem et non per athomorum receptionem vel per actus, et ideo illud quod per se facit ad inspirationem animalium et vite conservationem est aer similis spiritibus, recreans illos et calorem mitigans.

Q° 3ª. Tertia questio sic proceditur et querit utrum anima sit movens illos athomos et ostendit quod sic. Contra corpora que se ipsis moventur omnibus aliis cessantibus et in deserto continuo existentibus moventur a principio se ipso movente. Sed athomi sunt huiusmodi ergo moventur a principio se ipso et sufficienter aliis cessantibus moventur. Motor autem talis in inferioribus non est nisi anima sicut dicitur in octavo. Ergo si hii athomi sunt corpora inferiora que per se et sufficienter moventur constat quod moventur ab anima. Contra ad oppositum omne corpus cuius motor est anima est perfectio est huius diversas rationes in partibus et in toto quia est corpus organicum. Sed athomi non sunt huiusmodi. Ergo athomi non moventur ab anima. Secunda ratio hec est omne corpus quod movetur ab anima nutritur et augmentatur et vivit. Sed athomi non sunt huiusmodi quia sicut videmus eos in eadem quantitate in quam resolvuntur ab aere et terra. Ergo hii athomi non moventur ab anima.

3°. Iste dicit est quod pitagoras posuit athomos moveri ab anima vel ipsam constitui ex athomis. Et autem quamvis anima non sit ex athomis dictum est. Quidam autem ad hanc partem posuit animam esse motorem eorum propter continuum motum quem credebat quod aliud non posset continue movere propter quam anima. Dicendum est tamen quod non moventur ab anima sed ab aere continente ipsa secundum fluxibilitatem ipsius aeris et loci et propter eorum instabilitatem et virtutem debilem sicut visum est et quorum de sunt rationes ad hanc partem. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod aliquid movetur continue aliis cessantibus duobus modis: uno modo quia movetur a motore intrinseco sufficienter movente in natura inferiori cuius motor est anima. Et sic motus continuus solum debetur corporibus animatis. Alio modo dicitur aliquid moveri continue in motu suo sed fluxibilitate continentis ipsum sicut patet de penna que est in aere que ad nullam partem determinate movetur sed ad omnem per naturam continentis ipsam pellentis ubique propter levitatem et instabilitatem ipsius et hoc modo moventur athomi continue et ad omnem partem et quod sic movetur continue et ad omnem partem non movetur ab anima. Ad secundam rationem dicendum est quod modo movetur ad diversas differentias positionis duobus modis. Uno modo propter principium movens ipsum quod habet imaginationem diversarum differentiarum positionis et intendentem eas et talis motor est anima et quod sic movetur ad diversas differentias positionis movetur ab anima. Alio modo movetur aliquid ad diversas differentias positionis movetur ab anima. Alio modo movetur aliquid ad diversas differentias positionis propter instabilitatem et debilitatem sue virtutis secundum quam trahitur secundum fluxibilitatem continentis et quod sic movetur ad omnes differentias positionis non movetur ab anima. Quod autem non moventur athomi ad omnes differentias positionis. Item 3° secundum positionem pitagore videtur quod anima non possit sufficienter movere athomos quia pitagoras posuit animam esse ex athomis. Sed si anima est ex athomis anima est forma corporalis quia athomi corpora sunt ergo est distensa per materiam. Sed nulla talis movet sufficienter ergo secundum positionem pitagore anima non potest athomos movere sufficienter.

Q° 4ª. Quarta questionem sic proceditur et querit utrum anima moveat et ostendit quod sic. Contra omnis substantia creata per suam operationem et dirigens eandem se et alia simul vel secundum prius et posterius natura et tempore in illa dispositione disponit se et alia. Sed anima dirigendo se dirigit corpus in operatione sua ergo disponit se et corpus in illa operatione. Hec autem dispositio est motus ergo anima movet se ipsam quia se ipsam disponit ad motum et operationem. Secunda ratio hec est. Omnis substantia creata que non est semper in sua operatione et influentia sive actione quando prorumpit in opus aut excitatur a se ipsa aut ab alia. Sed anima cum prorumpit in opus non excitatur alia substantia. Sed se ipsa excitatur ad motum quia est ipsa sufficiens se ipsam cum sit motor sufficiens. Sed omnis substantia que excitatur ad operationem tamquam primo non fuit movet et alterat se ipsam. Anima est huiusmodi que excitat se ipsam ad operationem in qua prius non fuit movendo corpus ergo movet se ipsam. Ad oppositum dicendum mobile et partibile motus enim est operatio respiciens partibilitatem partium. Sed anima non est partibilis ergo non est mobilis ergo non movet se. Secunda ratio hec est sicut habetur in octavo physicorum in quolibet genere moventium est stare ad illud quod movet et non movetur. Ultimus autem motor est illud quod movet et non movetur et ad ipsum est status. Sed ad animam est status in corpore ergo anima movet ita quod non movetur et hoc patet per exemplum movetur enim manus fixo cubito et movetur cubitus fixo musculo et movetur musculus fixo humero et sic de aliis usque ad animam que est motor vel movens ad quem est status moventium in corpore ergo anima ita movet quod non movetur ergo anima non movet se ipsam.

3°. Iste dicit quod opinio philosophorum fuit animam se ipsam moveri et movendo se ipsam movere simul corpus. Unde posuerunt quod cum anima movet corpus movet se ipsam et simul cum hoc movet corpus posuerunt enim quod omne quod movet necesse est moveri et quod maxime est principium motus in aliquo genere maxime participat motum et quia anima est principium sufficientissimum motus videtur eis maxime participare motum et movere se ipsam. Dicendum autem est quod hoc posito non est vera anima enim movet existens immobilis per se et non movetur motu corporis per se. Sed sicut nauta movet navem et movendo ipsam et dirigendo movetur motu navis tamquam per accidens. Similiter autem est de anima quod dirigendo

et mouendo corpus non mouetur motu ipso corporis per se sed per accidens
et concedende sunt rationes que inducuntur ad hoc quod anima se ipsam non
mouet et quod non mouet se ipsam. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum
est quod anima dirigit se in sua operatione. hic autem operatio in qua
dirigit se respicit duo. respicit enim illud quod mouetur et subiectum quod
anima operatur et hoc est corpus et illud mouetur per animam perficientem
in hoc corpus motus enim est perfectio mobilis. Item respicit animam tan
quam causam suam a qua fluit et ideo non denominat animam tanquam
subiectum sed tanquam causam et ideo non dicitur anima moueri immo anima mouet
¶ Item licet illa operatio sit motus non tamen illa directio est motus sed
solum ordinatio eius ad effectum sic anime ad motum et ideo non est mo
tus et ideo quod motus non denominat causam tanquam subiectum non mouetur
anima dirigendo se in illo licet et illa directio motus est. ¶ Ad se
cundam rationem dicendum est quod cum non est in actu operationis excitatur se
ipsa ad operationem sed in illa operatione sunt duo scilicet operatio et ex
citatio et illa operatio respicit corpus et non animam nisi sicut
causam solum. illa autem excitatio est sola ordinatio potentie ad
actum. quod non debet appellari motus sed solum exitus ab ocio in
actum et ideo anima non mouetur se ipsa licet se ipsam excitet ad opera
tionem. ¶

## ¶ Paragraphus tercius de opinione anaxagore ¶ Continuatio intensio nis

Cto. x.

## ¶ Similiter autem et anaxagoras animam dicit mouentem et cetera

¶ Facta narratione circa predictas opiniones diffinientium animam
per motum que sunt edite a democrito leucippo et a pictagoricis
¶ In hac parte recitat philosophus opinionem anaxagore diffinientis
eodem modo animam per motum. ¶ Diuisio ¶ Recipit autem
pars ista diuisionem in partes duas. ¶ In quarum prima recitat opinio
nem anaxagore et comparat eam ad opinionem democriti ¶
In secunda scilicet in hac. ¶ **Quicumque igitur considerant in id quod mouetur anima et cetera.** ¶ Conclu
dit sibi secundum quendam epilogo intensionem diffinientium animam
per motum. ¶ Prima autem pars recipit diuisionem in duas partes. ¶ In
prima tangit opinionem anaxagore ut dictum est. ¶ In secunda scilicet in hac.
¶ **Non tamen penitus sicut democritus et cetera.** ¶ Comparat eius opinionem ad opinionem de
mocriti ostendens ipsorum differentiam ad inuicem. ¶ Prima autem
pars remanet indiuisa. ¶ Secunda recipit diuisionem in duas
partes ¶ In quarum prima assignans opinionem democriti ad o
pinionem anaxagore tangit intensionem opinionis de
mocriti. ¶ In secunda scilicet in hac. ¶ **Tangit opinionem intentionem ¶ Anaxagoras autem minus certificat de ipsa et cetera.**

¶ Tangit intentionem opinionis anaxagore per cuius differentiam
posuit. ¶ Diuisionis recollectio ¶ Sunt igitur in presenti
lectione partes iiii. ¶ In quarum prima tangit opinionem anaxa
gore ¶ In secunda assignans differentiam opinionis democriti ad opi
nionem anaxagore tangit intentionem democriti ¶ In tercia
tangit intentionem opinionis anaxagore ¶ In quarta sibi quodam
epilogo concludit intentionem omnium communiter diffinientium animam
per motum. ¶ Hec est diuisio huius partis. ¶ **Sententia prime partis de opinione anaxagore.**
¶ Circa primam partem vero sic procedit hoc modo inquit philosophus ana
xagoras dicit sicut omnes alii dicunt. quod anima est uel se ipsam mo
uens ¶ **Sententia secunde partis de intensione democriti.** ¶ Consequenter tangit differentiam in
tensionis democriti ad intensionem anaxagore dicens quod
quamuis anaxagoras quasi ad aliquid posuit sicut et democritus tamen de
mocritus aliter intellexit posuit enim animam et intellectum esse idem
et ratio sua fuit hec. veritatem enim in aliquo non credidit esse ni
si eo quod sensui est manifestum sed non videt sensibilia manifesta
veritatem et diuersitatem intellectus. et sic et ideo posuit intellec
tum et sensum idem esse et vniuersaliter esse ac cum diuinum anime
ad intellectum reduci ¶ Confirmauit autem democritus
intensionem suam per sermonem homeri versificatoris qui accepit
intellectum pro anima cum dixit quod hector cum in bello troiano pa
tiebatur apoplexia. hic priuatorum sensus et motus propter cerebri
percussionem habet sapiam cum sopitam et non intellectum
et discretionem ueri uel falsi et boni et mali sicut homo in animum
Item hic in sermone accepit homerus intellectum pro anima. hector enim
non solum deficiebat in intellectu sed in sensu et motu et intellectu
et vulgaris accipit sensus pro intellectu et regimine et priuato
sensus pro priuatione intellectus et regiminis. ¶ **Sententia quarte partis tercie de intensione anaxagore** ¶ Deinde tangit opinionem intentionem anaxa
gore et primo tangit contrariam opinionem que diuisa est. contra
enim posuit intellectum non esse animam sed dicit ipsum esse causam
omnis bonitatis et rectitudinis et et ab hiis utrius posuit enim in
tellectum esse causam omnium et mouentem omnia nulli permixtum
nulli dependens omnia conseruans ordinans et gubernans. deum
intellectum diuino intelligens sed omnis talis intellectus differt a sensu
et ita posuit intellectum differre a sensu et ab anima differre.
¶ Aliquando autem posuit intellectum esse animam hoc modo. omnis
enim res que in omnibus animalibus paruis et magnis nobilibus et vili
bus sicut ipsorum motor et perfectio est anima sed intellectus est hu
iusmodi quod in omnibus animalibus posuit intellectum igitur intellectus est anima. et
in hoc intellectu accepit intellectum communiter pro qualibet cognosci
tiua Et sic in hac contrarietatem credidit opinionem suam po
nens quod intellectum esse diuisum ab anima et quod eundem

Consequenter cum dicit **Non videtur autem secundum prudentiam dictus intellectus et cetera.**

Dicit ponit ultimam ad inquirendum et est sua ratio talis. Inconveniens est ut ponamus prudentiam intellectum inesse similiter omnibus animalibus nobilibus et vilibus scilicet rationabilibus et irrationabilibus, sed neque omnibus hominibus, quia homines habent diversos intellectus secundum minus et plus et bonitatem maiorem et minorem. Sed hec fuit opinio Anaxagore. Ergo inconveniens est opinio Anaxagore ut ponamus prudentiam.

**Sententia quarte partis de epylogo.** Consequenter autem ultimum concludit sub epylogo recitationem ponentium unumquodlibet animam per motum diffiniri dicens quod omnes illi qui opinati sunt animam per motum diffiniri maxime opinati sunt animam principaliter motum in modo alia et separatam et sic exponit intentionem philosophi. Et sic terminatur ista pars que est de opinionibus philosophorum diffinientium animam per motum.

Textus

Post predictas opiniones sequitur inquirere de opinione Anaxagore qui ponebat intellectum omnia movere, circa quam opinionem sex tangit questiones. Prima est utrum intellectus moveat omnia. Secunda questio est supposito quod sic utrum ille intellectus sit creatus aut increatus. Tertia questio est utrum ille intellectus sit permixtus aut impermixtus. Quarta questio est utrum insit omnibus secundum essentiam vel secundum virtutem solum ut dicatur quod moveat per suam presentiam vel per suam virtutem solum. Quinta questio est utrum ille intellectus sit omnia in omnibus ut appellatur in animalibus forma e libris eorum in animalibus autem anima. Sexta questio est utrum intellectus sit substantia anime et non quod anima.

Textus

Ad primam questionem sic proceditur. Et queritur utrum intellectus moveat omnia et ostenditur quod sic. Sicut habetur in octavo physicorum in quolibet genere motus est ponere unum quod ita movet quod non movetur et ad illud est status. Unde dicit quod primum ita movet quod non movetur, medium autem movet et movetur, ultimum autem movetur et non movet. Ergo in genere naturalium moventium est unus motor qui ita movet quod non movetur. Sed motor primus qui autem movet et non movetur movet omnia vere et ad ipsum est status omnium moventium et non dependet aliquo modo a mobilibus. Sed omnis substantia que nullo modo movetur omnino independens autem corporalis et abstracta a mobilibus est movens omnia sola extra omnia existens separata que hic nunc appellatur motus primus talis substantia in octavo quod omnino separata est. Autem est substantia spiritualis simplex. Ergo motor movens omnia est substantia spiritualis simplex. Sed substantiam spiritualibus debet cognitio sicut dicitur in libro Fontis vite, unde forme in illis colliguntur sicut dicitur ibidem, et hoc est quia operatio simplex debetur substantie simplici. Intelligere autem est operatio simplex. Ergo debetur substantie spirituali que movet omnia. Sed in illa non differt suus intellectus et sua essentia quod ipsa est prima causa movens omnia. Ergo intellectus illius omnia movet intellectus ergo movet omnia. Secunda ratio est ista sicut dicit Avicenna. Omnis motor qui movet ad diversas differentias positionis et ad diversos effectus est motor qui non movet ad unam positionem hic intentionem alterius. Sed motor qui movet omnia est huius quod movet ad omnes differentias positionis, movet enim corpora superiora ad omnes differentias positionis et non ad aliquam determinatam. Inferiora autem movet ad diversos effectus. Ergo motor ille est talis qui non movet ad unam hic ymaginationem alterius. Sed sicut vult Avicenna talis motor est solus motor per intellectum quod solus intellectus per suam impermixtionem et independentiam habet respectum ad omnia et diversa. Ergo motor universalis omnium est intellectus. Ad oppositum. Aristoteles improbat opinionem Anaxagore qui ponebat intellectum movere omnia. Ergo secundum Aristotelem intellectus non movet omnia. Tertia ratio est ista operatio sequitur exigentiam nature substantie. Ergo prior operatio et universalior sequitur priorem substantiam et universaliorem. Sed prior operatio est esse qui est primus actus entis et universalior quod sicut dicitur in libro de causis prima rerum creatarum est esse et latius et prius omnibus. Ultimus autem actus non omnis est intellectus. Ergo operatio primi motoris universalis non est intelligere sed esse vel aliud. Ergo non movet omnia per intellectum. Ergo intellectus non movet omnia. Solutio Dicendum est quod

Solutio

Anaxagoras posuit intellectum movere omnia posuit enim intellectum primum a nullo dependentem nulli permixtum movere omnia et omnia distinguere et esse principium ordinationis omnium, unde posuit chaos esse principium materiale omnium et principium distinctionis omnium illius posuit esse intellectum et quedam rationes que probant auctoritatem eius ponunt eum ultimum motorem omnium esse intellectum et movere per intellectum. Ad primam rationem ergo dicendum est quod descendunt in moventes secundum exigentiam scientie Anaxagoras non posuit intellectum omnia movere de solo primo intellectu intelligens et de motore primo et ideo Aristoteles approbat ponere eius in locis illis in quibus loquitur de motore primo omnium sicut in octavo et in methaphisica et opinio eius fuit quod actio primi motoris est intelligere. Est iterum alius intellectus scilicet intellectus permixtus et hic est intellectus humanus et iste non potest omnia movere et ideo in scientia de anima humana et de intellectu humano esset hec opinio erronea scilicet quod intellectus movet omnia et ideo in parte ista reprobat Aristoteles opinionem eius quantum ad hoc quod intellectus humanus movet omnia et tamen Anaxagoras hoc non posuit. Sed quod non certificavit de quo intellectu intenderet visum fuit Aristoteli quod utrumque intellectum confunderet insimul et quod de utroque intelligeret et ideo quantum ad intellectum humanum hic reprobat scilicet quod intellectus non movet omnia. Sed tamen non vere improbat quod procedit ac si Anaxagoras acciperet hic humanum intellectum. Ad secundam rationem dicendum est quod prius est duobus modis quoddam est prius in via generationis et incompletionis et hoc modo non prius potest

forma et hoc modo esse est prius quam intelligere. Est autem aliud prius secundum completionem ut in via completionis et perfectionis et nobilitatis et sic intelligere est posterior actus quam esse. quod est nobilissimus et completissimus. actus vero completissimus debet convenire motori universali qui est completissimus et ideo intelligere competit motori universali omnium qui movet per intellectum. Et ideo intellectus movet omnia.

Co. ii. Deinde secundum quod commentator sic procedit supposito quod intellectus sit motor omnium tunc quaerit utrum ille intellectus sit creatus an increatus et ostendit quod increatus sit ille intellectus qui est motor omnium duplex est movens quoddam est movens quod est natura quoddam autem est movens quod est intelligentia. movens quod est intelligentia est duplex quod quaedam est intelligentia coniuncta quaedam autem separata. Coniuncta est ut intelligentia humana vel anima humana. Est enim alligata virtuti corporali et secundum esse et secundum operationem suam. Intelligentia vero separata est ut intelligentia vel angelus et haec non dependet a materia secundum existentiam sed tamen secundum operationem ab ipsa dependet. Illam quae materiae et in materia res producit sed omne dependens a materia sive secundum substantiam sive secundum operationem est movens insufficiens haec igitur tria moventia sunt insufficientia scilicet natura et cetera secundum tamen magis et minus propter maiorem et minorem dependentiam ita quod intelligentia non sit incompleta et anima magis et natura magis. Sed in quolibet genere completum praecedit incompletum igitur super praedicta moventia est ponere aliam substantiam quae non quantum ad esse nec quantum ad operationem dependeat a materia quae substantia moveat ad quam alia reducantur haec autem est substantia prima igitur necesse est ponere substantiam primam moventem omnia. haec autem est substantia increata et quae est cognoscens et intelligens et operans per intellectum. igitur intellectus eius est increatus et per ista illum movet omnia. igitur ille intellectus qui movet omnia est increatus. Secunda ratio haec est. In omni genere sicut quod coarctatum est secundum virtutem ad aliquid est infinitae potentiae. Sed posse intelligere et naturae coarctatae sunt ad aliquid operandum quod secundum exigentiam materiae producunt. vel operantur igitur corpus posse non est infinita sed finita sed omnem virtutem finitam praecedit virtutem infinitam quod virtus infinita est magis completa igitur est ponere aliquid quod sit infinitae potentiae haec autem est substantia prima increata et talis est motor universalis omnium igitur substantia increata est motor universalis omnium sed talis operatur per intellectum increatum igitur intellectus increatus est ille qui movet omnia. Ad oppositum nobilissimae substantiae et simplicissimae debetur nobilissima operatio et simplicissima haec autem est simplicissima intelligere et non movere. Sed substantia prima increata intelligens per intellectum increatum est nobilissima et simplicissima igitur ei debetur intelligere et non movere. igitur intellectus increatus intelligit et non est motor universalis omnium. Secunda ratio talis est. sicut habetur in XII Metaphysicae quaedam melius est non videre quam videre et quaedam melius est non intelligere quam intelligere. igitur cum magis afficiatur vel inficiatur substantia quantum ad operationem quam quantum ad cognitionem si vile est ei quaedam intelligere multo fortius vile est ei quaedam movere. igitur substantiae primae quae operatur per intellectum increatum vile est quaedam intelligere. igitur cum quaedam creaturae sunt viles vile est ei illas movere igitur intellectus increatus non movet omnia.

Co. Solutio dicendum est quod intellectus qui est motor universalis omnium est intellectus increatus ille. scilicet est movens et disponens omnia et ordinans et de hoc loquitur Anaxagoras cum dicit quod intellectus vere movet omnia. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod duplex est operatio creatoris. quaedam est operatio creatoris quae est ipsius in se scilicet intelligere et producere effectum in creaturis. et haec sunt multa. Sic creare movere et ordinare disponere. et hae operationes quae dicunt effectum in creaturis insunt ei propter hoc quod primum est substantia perfectissima quod quanto perfectiores sunt et bonae tanto magis influentes sunt super alias. Sic enim dicit Dionysius quod bonum est diffusivum et multiplicativum sui ipsius et ideo cum creator sit optimus de bonitate ipsius est ut influat super creaturas ipsas movendo et dirigendo et ordinando et ideo intellectus increatus omnia movet vel intelligere est nobilis operatio in ipso et similiter dico quod movere et ordinare creaturas hoc est nobile in ipso. Ad secundam rationem dicendum est quod duplex est substantia. quaedam est substantia quae nata est continere per dispositiones eius ad quae applicatur et talis dependet a materia et talis contrahit vilitatem et labem ab ea ad quam applicatur ut una substantia corporalis contrahit labem et vilitatem ab alia. Est autem alia substantia quae non dependet ab alia et haec ab illa non contrahit labem sicut radius solaris non contrahit labem vel sordem a corporibus inferioribus quod est spiritualis non dependens ab ipsis licet contineat. Tamen cum ipsis et ideo non est vile. licet contrahit vilitatem ab ipsis sed summa nobilitas in ipso est ut supra res viles et nobiles et innobiles influat. Res autem omnes in quantum entes sunt a creatore processerunt nobiles sunt omnes quod autem sunt innobiles hoc habent per suum defectum et non per influentiam quam sortiuntur a creatore immo quantum ad influentiam quam susceperunt a creatore bonitatem sortiuntur aliqualiter autem de influentia eius. Iterum influentia primi supra res est et secundum ordinem et ideo secundum maiorem participationem et minorem et quod quaedam creaturae secundum ordinem magis accedunt ad ipsum ideo quaedam sunt magis nobiles quaedam minus. et ideo primum

supra res omnes influit non tamen vilescit. Quod autem dicit Aristoteles quod vivere est aliquid et intelligere, id est aliud a se intelligit, quod primum non intelligit aliud a se ipso tamquam quod sit perfectio sui intellectus, sed intelligendo se intelligit alia, ponit ergo quod nichil est perfectio sui intellectus nisi ipsum, unde non intelligit quod si cognoscendo se cognoscit alia quod vilescat. Sed si intelligeret illa tamquam quod est perfectio sui intellectus vilesceret; cum ergo in movendo alia non perficiatur ab eis sed alia perficiat, patet quod potest movere omnia et non vilescet.

Co. iii.

Conclusio tertiam quam sic procedit et quod utitur intellectus qui est motor universalis omnium sit inpermixtus an permixtus et ostendit quod sit inpermixtus. Sicut dicit Algazel, ad hoc ut sit cognitio tria requiruntur. Primum est ut res que cognoscit sit immunis a materia. Secundum est ut res que cognoscitur sit denudata a materia. Tertium est ut sit unio illorum adinvicem, et cum hec tria sunt simul tunc est perfecta cognitio. Ergo cum in primo maxime vigeat cognitio et sufficientia cognitionis, necesse est quod omnino sit immunis a materia et independens. Ergo intellectus primus qui est motor universalis omnium est independens a materia. Sed omnis talis est inpermixtus. Ergo intellectus qui est motor omnium universalis est inpermixtus. Secunda ratio hec est sicut dicit Aristoteles secundum auctoritatem Anaxagore, unde posuit Anaxagoras intellectum esse inpermixtum ut omnia cognosceret. Tertium in octavo dicit quod intellectus est causa omnis ordinationis et ille est inpermixtus. Ergo inpermixtio est causa cognitionis intellectus sufficientis et propter quod omnia cognoscit et comprehendit. Sed intellectui primo qui est motor universalis omnium est perfectissima cognitio et universalis omnium est perfectissima cognitio et universalis rerum comprehensio. Ergo intellectus qui est motor universalis omnium est inpermixtus. Ad oppositum: omnis substantia que in omnibus existit vel essentia vel virtute est permixta omnibus vel essentia vel virtute vel utroque modo. Sed motor universalis omnium existit in omnibus vel essentia vel virtute vel utroque modo. Ergo est permixtus vel essentia vel virtute. Sed si virtute est permixtus tunc est permixtus essentia, quia in ipso non differunt virtus et essentia, et necesse est ipsum esse permixtum vel essentia vel virtute. Ergo motor universalis omnium est permixtus. Ergo intellectus qui est motor universalis omnium est permixtus. Secunda ratio hec est: primum participatur a rebus gradibus rerum secundum tres proprietates que sunt in ipso, quarum prima est esse, secunda est vivere, tertia est intelligere. Unde primum est ens vivens et intelligens, et secundum istas proprietates participatur ab illis rebus; quod inquantum est ens participatur a rebus entibus, inquantum est vivens participatur a rebus viventibus, inquantum intelligens participatur a rebus intelligentibus, et sic primum participatur ab omnibus rerum gradibus. Sed omne quod participatur ab omnibus est in omnibus vel virtute vel essentia. Ergo est per-

mixtum omnibus. Ergo eius intellectus est permixtus. Sed eius intellectus est motor universalis omnium; est permixtus et non inpermixtus.

Isto

Isto dicto est quod Anaxagoras posuit intellectum movere et ordinare omnia et ipsum esse inpermixtum, quia substantia quanto magis permixta est tanto magis coartata est operatione et cognitione; et propter hoc intellectus universalis qui ad omnia se extendit et omnia movet et omnia cognoscit et comprehendit operatione et cognitione, et omnino est inpermixtus. Aliter non ad omnia se extenderet nec omnia cognosceret nec omnia sufficienter moveret. Unde inpermixtio est causa illius motus sufficientis quod excedit supra omnia, et concedende sunt rationes ad istam partem inducte. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod intellectus movens omnia sicut primum in omnibus existit per essentiam et virtutem. Sed aliquid est in alio duobus modis: uno modo tamquam ab eo a quo dependet, et tale quod sic est in alio contrahit labem et sordem ab eo in quo est et permixtum est ei, et sic modo intellectus humanus est in corpore humano, id est tamquam in eo ad quod dependet, et ideo est ei permixtus. Alio modo est aliquid in alio tamquam independens ab eo in quo est, et quod sic est in alio non contrahit ab eo incorruptionem nec permixtionem. Unde quod sic existit in alio non est permixtum ei. Hoc autem modo existit primum in omnibus et eius intellectus qui movet omnia tamquam independens ab omnibus, et ideo inpermixtus est.

Co. 4a

Conclusio quartam quam sic procedit et quod utitur intellectus qui est motor universalis omnium sit in omnibus secundum essentiam vel secundum virtutem, et hoc est querere utrum ille intellectus vel primum quod idem est sit ubique et in quolibet per essentiam, et ostendit quod sic. Quod ubi sunt vel coartationis causa coartatio in sua existentia causa est aut defectus simplicitatis aut dependentia a materia aut limitatio essentie et virtutis et potentie(?). Hec per inductionem comprobatur: coartatur in substantia propter defectum simplicitatis sicut patet in substantiis corporalibus que non possunt extendi ultra terminos sue dimensionis, et non propter dependentiam a materia sicut patet in formis et substantiis materialibus alligatis sicut patet in anima; defectus propter limitationem autem predictorum sicut patet in omnibus causatis tam simplicibus separatis quam compositis que terminis concluduntur(?) sua virtute et operatione et existentia ipsarum in rebus aliis. Ergo illud a quo omnia predicta removentur ad nichil coartatur sue essentie in existentia. Sed primum est huiusmodi. Ergo ad nichil coartatur in sue essentie existentia. Ergo qua ratione est per essentiam alicui eadem et ubique, et qua ratione in uno eadem et in pluribus. Primum ergo existit in omnibus et ubique per essentiam, et ita intellectus universalis movens omnia existit in omnibus per essentiam. Secunda ratio hec est: in omnibus conditionibus simplicitatis et infinitatis a coartatione existentie creator infinitam habet excellentiam ad creaturas, hoc patet sana mentibus. Intentum quia non solum in hiis creator

excellit in infinitum creaturas. Sed in omnibus conditionibus perfectionis
et virtutis et operationis. Sed intelligentia propter suam simplicitatem na-
ta est esse ubique non tamen tota simul et celum secundum suarum partium
revolutionem et anima in qualibet parte corporis per essentiam propter suam sim-
plicitatem et ydola in mente propter remotionem et speciem abstractam a diversis
intellectibus. Ergo creator quantum ad hoc in infinitum excellit omnes
creaturas. Ergo necesse est ipsum esse ubique in omnibus per essentiam totum
simul. Aliter enim non esset per illas excellere creaturas in perfectione existen-
tia. ¶ Ad oppositum sic. Dicit Aristoteles in octavo physicorum: motor pri-
mus unus est solus immobilis per se et per accidens separatus ab om-
nibus et existens extra omnia et separatus ab omnibus. Ergo non est in
omnibus per essentiam. ¶ Secunda ratio hec est: omnis motor coniunctus
essentia et virtute mobili movetur secundum exigentiam mobilis sic-
ut patet de anima que est motor coniunctus essentia et virtute cor-
pori et ideo movetur secundum exigentiam corporis. Ergo si intellectus primus
esset coniunctus omnibus rebus et esset in omnibus essentia et
virtute moveretur secundum motum omnium rerum. Hoc autem falsum
est contra Aristotelem in xii. Ergo intellectus primus primus vel ea que pri-
ma ex idem est, qui est motor universi omnibus non est in omnibus et
Co. ubique per essentiam. ¶ Istud dicendum est quod intellectus qui est motor
universi, cum sit intellectus prime cause vel prima causa quod idem est,
in essentia est in omnibus essentia et virtute sicut ostendunt rationes
et non dependet ab ipsis, immo in sua essentia fixum existens est
nec est contentus dependentiam vel coartationem ab eis in quibus est et
quia ad nichil coartatur ideo in omnibus est non recipiens ab e-
is diversitatem vel contractionem. Sed est in omnibus manens unum
per essentiam et fixum et stans et independens ab eis tamen
movens et regens et conservans et dirigens omnia. ¶ Ad primam
rationem in contrarium dicendum est quod cum Aristoteles posuit quod primus mo-
tor est extra omnia et separatus intellexit quod est extra
omnia per independentiam. Unde aliquid est extra alia duobus modis:
uno modo quia nullo modo est in eis et sic non est motor primus
extra omnia. Alio modo quia quamvis in eis sit tamen nullo modo dependet
ab ipsis et sic primus motor est extra omnia et est in omni-
bus per essentiam non dependens ab eis. ¶ Ad secundam rationem dicendum
est quod duplex est motor: quidam est coniunctus, quidam est sepa-
ratus. Dicitur autem motor coniunctus qui est in aliquo per dependen-
tiam ab ipso sicut anima in corpore et talis movet secundum exigentiam
sui mobilis in quo est. Dicitur autem motor separatus qui licet
existat in alio per essentiam nullo tamen modo dependet ab eo
sicut motor primus est. Ergo in omnibus per essentiam. Dicitur autem
separatus quia per essentiam nullo modo nec per virtutem
dependet a rebus, unde sicut radius solaris existit in ae-
re et aqua et tamen illis motis non movetur radius et hoc est
quia non dependet ab illis sed ab alio principio fixo in moto

sicut a sole. Similiter primus motor est in omnibus per essentiam indepen-
dens ab eis cum sit fixus de sua essentia et ideo dicitur separa-
tus et ideo non movetur secundum motum vel exigentiam rerum.
¶ Queritur sextum et sic proceditur. Q. vi.
Et queritur utrum intellectus sit idem cum substantia anime ut dicatur quod intellectus
sit ipsa anima sicut posuit Democritus et Anaxagoras. Et ostenditur
quod sic. Perfectio specialis hominis est intellectus et est forma perfecti-
va hominis. Sed omnes potentie active que a parte forme ra-
dicantur in aliqua radicantur in forma illa. Ergo omnes potentie a-
nime que sunt in homine radicantur in forma perfectiva ho-
minis. Hec autem est intellectus. Ergo potentie omnes anime radican-
tur in intellectu. Illud autem in quo radicantur potentie a-
nime est substantia anime quia potentie anime radicantur in substantia.
Ergo intellectus est substantia anime. ¶ Secunda ratio hec est. Anima huma-
na est separabilis secundum suam substantiam. Ergo illud quod in ipsa
est separabile est sua substantia. Sed separabile in ipsa non est nisi in-
tellectus. Ergo intellectus est substantia anime humane. ¶ Tertia ratio hec est.
Omne illud quod operatur et est principium operationis in natura
irradians super alia est habens unam substantiam quia solius substantie est opera-
ri et irradiare super alia et influere. In proposito sed intellectus
agens irradiat super potentias anime in operibus illarum. Ergo habet
intellectus unam substantiam et non habet naturam substantie nisi substantie anime. Ergo intellec-
tus agens habet naturam substantie anime. Ergo intellectus agens est substantia
anime. ¶ Ad oppositum: omnis substantia in qua differt sua actio a
sua substantia est habens aliquid quo agit et est medium inter
ipsam et suam operationem per quod ordinatur ad operationem. Sed
anima est substantia in qua differt sua actio a sua substantia. Ergo est aliquid me-
dium inter ipsam et suam operationem. Medium autem inter substantiam
et suam operationem est potentia per quam substantia ad operationem or-
dinatur. Ergo in anima sua potentia est medium inter substantiam et suam
operationem. Ergo potentia anime differt a sua substantia. Sed intellectus est
potentia anime. Ergo differt a substantia anime. Ergo intellectus non est substantia
anime. ¶ Secunda ratio hec est. Si intellectus esset substantia anime eadem ratione
sensus esset substantia anime et virtus vegetativa similiter. Consequens habet ad sub-
stantiam anime sicut intellectus. Sed iste virtutes sunt diverse et varie-
tate ad diversa obiecta et organa. Ergo sic unum et idem haberet di-
versitatem essentie et coartationem a parte sensus et virtutis
vegetative et non coartationem a parte intellectus. Hoc autem inconveni-
ens est et sequitur ex hoc quod substantia anime sit intellectus. Ergo hoc est
falsum. Ergo intellectus non est substantia anime. Expedit breviter ista ratio de Co. vi.
anima simpliciter et non contendendo ad unum ex facto nullam
differentiam ponebant philosophi intellectum esse substantiam anime simpliciter.
¶ Istud dicendum est quod antiqui philosophi posuerunt animam et intellec- Co.
tum esse eadem simpliciter ignorantes differentias anime et po-
tentie nisi differentiam que est intellectiva et propter hoc manifestatur

eius operationes et ideo posuerunt in solo homine animam et intellectum posuerunt esse idem cum substantia anime et esse substantiam anime intellectum hoc autem est falsum. Verum tamen est quod intellectus potest nominare substantiam vel potentiam. Si nominet intellectus substantiam sic est idem cum substantia anime quia hoc modo intellectus est substantia intelligens hoc autem est anima. Si autem nominet potentiam sic non nominat substantiam anime sed potentiam ab anima intellectiva fluentem et hoc non est substantia ipsius anime et ex tamen hec ostendunt rationes scilicet quod intellectus sit simpliciter substantia anime ideo ad illas respondendum est. Ad primam igitur rationem dicendum est quod perfectio hominis est anima intellectiva sed anima intellectiva prout nominat substantiam habet tres potentias scilicet vegetativam sensitivam et intellectivam. Dicit ergo et auicenna quod anima non est nomen substantie sed officii et ita anima intellectiva non debet dici intellectus nisi ab operatione et potentiori unde intellectus non est substantia ipsius anime quod autem dicitur anima intellectiva hoc non est quia intellectus sit eius substantia sed quia est eius potentia et intelligere eius operatio et ita intellectus non est perfectio hominis sed est potentia vel operatio eius quod est perfectio hominis hoc autem est anima. Ad secundam rationem dicendum est quod anima humana est separabilis sed in illa separatione sunt duo scilicet illud quod separatur et hoc est substantia anime humane et illud quo separatur et hoc est intellectus agens unde illud quod est in anima separabile tamquam illud quod separatur illud est substantia anime intellectus autem non est hoc sed illud quo separatur. Ad tertiam rationem dicendum est quod principium operationis est duplex unum quod influens et hoc in anima est principium operationis aliud autem est quo influit et hoc in potentia anime est principium operationis quia mediante ipsa influit anima operationem sicut lux influit operationem mediante lumine scilicet illuminando et lumen est de genere lucis tamen non est lux sed est de genere lucis tamquam illud quo influit lux operationem sic et potentia anime non est anima sed de genere substantie anime tamquam illud quo influit anima operationem et est specialis illa potentia sicut anima et operans per naturam ipsius anime et exigentia et ita intellectus non est substantia anime sed potentia anime que est illud quo influit anima operationem.

## Pars secunda de opinionibus diffinientium animam per cognitionem

## Continuatio intensionis

Co. xi. **Quicumque autem in sentiendo et cognoscendo ea que sunt et cetera**

Philosophus ex quo complete enumerauit sermonem suum de opinione diffinientium animam per motum secundum ordinem determinat opiniones diffinientium animam per cognitionem et hec pars spectat ad presentem lectionem. Diuisio. Recipit autem hec pars diuisionem in tres partes in quarum prima tangit vniuersalem intensionem in qua conueniunt omnes philosophi diffinientes animam per cognitionem. In secunda scilicet ibi **Sicut empedocles ex elementis omnibus et cetera** tangit opinionem empedoclis specialiter. In tertia scilicet ibi **Eodem autem modo plato in thimeo animam fecit ex elementis et cetera** tangit specialiter opinionem platonis. Hec est diuisio huius partis. Particule autem minime in explanatione distinguentur.

## Sententia prime partis de intensione vniuersali diffinientium animam per cognitionem

Circa primam vero partem procedit hoc modo. Inquit philosophus illi philosophi qui posuerunt animam diffiniri per cognitionem et sensum ut omnia cognosceret et sentiret ponunt animam esse ex principiis omnium rerum et ex principiis et causis res perfecte cognoscuntur sed diffiniunt philosophi in suis opinionibus et sic diuersitas est inter eos ex parte numeri principiorum similiter ex parte altera quidam ponunt esse ex rerum principiis alii quidem ponunt plura principia et hii ponunt animam ex pluribus principiis alii ponunt unum principium et isti posuerunt animam esse ex uno principio. Pones autem principiorum editione aristotiles in physice scientie parte prima et metaphysice tangunt complete.

## Sententia secunde partis specialiter de opinione empedoclis

Continuatio specialius procedens tangit opinionem empedoclis ponentis animam esse ex pluribus principiis. Dicit ergo quod inter ponentes animam esse ex pluribus principiis fuit empedocles qui posuit ipsam constitui ex omnibus elementis ponens animam habere naturam vniuscuiusque elementi et causa sue positionis fuit hec quia anima cognoscit terram per naturam terre et aquam per naturam aque et aerem per naturam aeris et ignem per naturam ignis et concordiam per naturam concordie et discordiam per naturam discordie. Vnde cum posuit principia esse sex scilicet iiii elementa et concordiam et discordiam posuit animam ex illis ex illis constitui sex principiis. Et ideo sicut fuit hic et omnium similium opinantium omnis substantia cognoscitiua dicitur gerere in se similitudinem quia per similitudines res cognoscit sed anima est huiusmodi ergo gerit in se omnium similitudines sed per similitudines principiorum res cognoscuntur quia cognitio rei est per earum principia ergo anima gerit in se omnium principiorum similitudines sed omnis talis substantia habet naturam omnium ergo habet anima in se naturam omnium rerum et principiorum ipsarum et est perfecta constituta ex omnium rerum principiis per conformitatem cognitionis et ideo dicit augustinus anima ad totius sapientie similitudinem facta similitudines in se gerit et ideo appellata est a philosophis omnium similitudo. Unde hec constitutio non est quantum ad esse corporale sed quantum ad similitudines que in anima representantur per quas res omnes cognoscit et ideo secundum diuisi-

principia et similitudinum ipsorum per quas omnes res cognoscuntur. Philosophi diversimode posuerunt animam ex principiis constitui et sunt hec diversitas in numero principiorum et natura ipsorum.

**Sententia tertie partis de opinione Platonis**

Consequenter accedit philosophus ad recitationem opinionis Platonis in cuius opinione sunt due partes. Posuit enim Plato numeros esse principia rerum. Secundo quia anima cognoscit omnia per similitudinem suorum principiorum posuit ipsam obtinere naturam numerorum quos posuit esse principia omnium rerum et ita posuit animam numerorum habere naturam. Et hec sunt prima positio in sua opinione. Secunda est quia posuit virtutes anime secundum numerorum proportiones operari et ideo numeros principalium potentiarum singulis eius virtutibus et operationibus adaptavit. Primo igitur recitat primam partem dicens quod secundum predictum modum vel nunc secundum quem posuit Anaxagoras animam esse ex rerum principiis secundum eundem posuit Plato in Thimeo et ratio sua talis est. Omnes res cognoscuntur ex eorum similitudinibus ex quibus sunt. Et sunt ex principiis; igitur cognoscuntur ex similitudinibus principiorum. Igitur cum anima omnia cognoscat constat ex omnium rerum similitudinibus. Deinde cum dicit **Similiter autem et in hiis que de philosophia sunt dicta de philosophia et cetera** tangit modum secundum quem posuit animam esse ex principiis et ex quibus principiis per similitudinem eam constitui dixit. Dicit igitur quod similiter posuit animam esse ex rerum principiis in sermonibus quos tangit ipse Plato in eis que cum ipsius scolis et disputationibus de philosophia proposuit. Posuit enim Plato mundum utrum quod appellavit magnum animal ex numeris constitui principiis. Unde dixit ipsum mundum quod est animal magnum esse ex similitudine sive ydea unitatis et ex prima longitudine que in dualitate consistit et ex prima latitudine que in ternitate consistit et ex prima altitudine que in quaternario consistit. Et intentio sua declaratur per hoc quod posuit quantitates mathematicas esse rerum corporalium principia et maxime omnium numeros. Posuit enim principia et posuit exemplaria rerum in mente artificis primi existentia numeros esse. Et secundum ipsorum existentiam res posuit constitui. Unde quia mundus consistit in trina dimensione posuit numeros ipsius anime esse principia. Posuit igitur punctum habere naturam unitatis et lineam dualitatis. Prime enim cum ad duo puncta cuius longitudo terminatur sit ad sua principia, et posuit latitudinem sive superficiem habere naturam ternarii cum sit cum longitudine ex tribus punctis et posuit profunditatem sive latitudinem habere unitatem quaternarii quia fit ex longitudine et latitudine ex quatuor punctis. Cum igitur Plato posuit numeros esse principia rerum necesse fuit apud ipsum ut poneret ipsos esse principia corporum [illegible]

agens per cognitionem operatur secundum regulationem numerorum. Sic ipsos posuit esse principia mundi sensibilis et posuit numeros primarios unitatem scilicet et binarium et ternarium et quaternarium esse principia mundi primum quod est ad primum et secundum istorum numerorum exigentiam et exitum aliorum ex ipsis posuit corpora alia et alia particularia constitui. Cum autem anima omnia per suorum principiorum similitudines cognoscat, principia autem omnium corporum sunt numeri, posuit animam ex numeris constitui et dicit Aristoteles ex uno sunt plures uniformis in suis sermonibus aliis in dixit de anima in Thimeo et aliis dixit in suis disputationibus. Ponebat autem Plato animam esse mediam inter formas abstractas simplices que apud ipsum vocantur ydee et res corporales ydeas autem posuit habere naturam numerorum et ordine ipsorum procedere et ipsos numeros posuit principia ydealia per que anima omnia cognoscat. Deinde secundo cum dicit **Adhuc autem et aliter intellectum quidem dicit unitatem et cetera** tangit aliam partem Platonis qui posuit animam esse ex numeris quo ad suas potentias et ipsarum habitus et operationes. Dicit igitur quod Plato aliter posuit animam esse ex numeris dicens quod intellectus habet naturam unitatis quia intellectus prout est nomen virtutis est acceptiva principiorum, prout autem est nomen operis vel habitus principiorum qui est simplex et sine aliqua collatione et ideo ipsum unitati adaptavit. Posuit autem scientiam habere naturam dualitatis quia est habitus conclusionis qui est decursus a premissis ad conclusionem per ipsas certificatam et ideo dualitati comparatur. Posuit autem habere naturam superficiei vel numeri superficialis que comparavit primo ternario eo quod in habitu qui est opinionis est triplex status scilicet status cognitionis premissarum et contradictionis cum formidine alterius sed habitus scientie unius partis solum quia per premissam obtinet certitudinem. Posuit autem sensum esse solidum scilicet habentem tres dimensiones quibus sicut dictum est quaternarius consistit quia altitudo constat cum longitudine et latitudine ex quatuor punctis. Hoc autem dixit quia sensus comprehendit corpora solum et formas corporales corporalium aut formarum secundum ipsum principium est quaternarius sicut dictum est. Ponebat autem Plato hos numeros esse principia omnium et ipsorum formas. Res autem cognoscuntur per sua principia et ideo posuit ab anima res per numeros cognosci. Sed res non cognoscuntur nisi secundum has vias aut secundum viam intellectus aut secundum viam scientie aut secundum viam opinionis aut secundum viam sensus. Igitur necesse est verum principium huius virtutis cognoscendi adaptari et est obviatio sive ratio talis. Omnia illa per que omnes res ab anima cognoscuntur necesse est ut habitibus et virtutibus et operationibus anime adaptentur per que anima omnes res cognoscit sed illa sunt intellectus scientia opinio et sensus igitur et cetera.

minores necesse est proportionaliter adaptari ut ex ipsis numeris consistant proportionata. Verum fiat talis declaratio. Ex illis anima constituitur et illorum habet naturam et secundum quorum exigentiam potentias et virtutes et opera eius constituuntur. Sed numeri proportionaliter sunt huiusmodi, quia ex numeris proportionaliter proportionatis anima constituitur et ipsorum habet naturam. Et sic posuit Plato animam secundum numerorum proportiones in suis operationibus et potentiis ordinari, cum numeri sint rerum principia et ex quorum similitudinibus et proportionibus omnes res possint cognosci. De eius opinione in sermonibus inquisitivis latius discutiendum. Per hoc autem philosophi intentio in hac parte declaratur.

Opiniones

Post quam complevimus sermonem nostrum de opinionibus diffinientium animam per motum, inquiramus de opinionibus diffinientium animam per sensum. Et circa hoc considerantur tria. Primum est de opinionibus illorum in universali. Secundum est de opinione Anaxagore. Tertium est de opinione ipsius Platonis. Circa primum queruntur sex. Prima est utrum anima habeat naturam omnium ita quod gerat in se omnes res et habeat conformitatem cum rebus omnibus gerendo ipsas in se. Secunda est utrum anima habeat conformitatem cum rebus secundum veritatem vel similitudinibus rerum gerendo res secundum veritatem vel similitudines rerum, utrum scilicet in ipsa sint res secundum veritatem aut secundum similitudines suas. Tertia est utrum res sint in ipsa vel principia rerum, ita quod cognoscat res vel per sua principia. Quarta est que sint illa principia que gerit anima in se, utrum forme universales vel forme alie sicut forme partis. Quinta est utrum forme que sunt in anima sicut exemplaria per que cognoscit anima res sint vera principia rerum, sicut eadem est veris principiis rerum. Sexta est utrum conformitas quam habet anima cum rebus gerendo similitudines rerum in se sit ei innata vel acquisita per experientiam et sensum.

Questio i.

Circa primam questionem sic proceditur et queritur utrum anima gerat in se naturam omnium rerum et habeat conformitatem cum illis. Et ostenditur quod sic. Sicut dicitur in libro Fontis vite, forme corporales colliguntur in substantiis spiritualibus, quibus substantia spiritualis gerit in se formas et exemplaria rerum. Sed cum anima sit substantia spiritualis, anima gerit in se formas omnium rerum. Omne autem tale habet naturam omnium rerum et compositionem ex omnibus et habet conformitatem cum omnibus. Ergo anima habet naturam omnium rerum et compositionem ex omnibus, habet conformitatem cum omnibus rebus. Secunda ratio hec est. In quolibet genere est proportio naturalis recipientis ad receptivum. Sed anima est receptiva omnium rerum; ergo habet proportionem cum omnibus rebus, sicut oculus habet proportionem cum re quam recipit et cum medio in natura perspicui et conformitatem. Ita habet conformitatem et naturam cum omnibus rebus cum omnes res recipiat in se; ergo bene posuit philosophus quod anima habet naturam omnium et conformitatem cum omnibus. Ad oppositum sunt rationes, prima talis est. Sicut dicit Algazel, proprium est substantiarum spiritualium ut imprimant super corporales et non econverso. Ergo cum anima sit substantia spiritualis, anima imprimet super substantias corporales et non econverso. Sed illud quod non recipit impressionem ab aliis non gerit in se naturas aliarum rerum nec habet conformitatem cum aliis rebus nec gerit in se naturas aliarum. Secunda ratio hec est: ponit in 3° anime hoc esse inconveniens et habet hic pro inconvenienti, scilicet quod anima habeat in se naturas omnium rerum. Ergo per locum ab auctoritate non habet anima in se naturas omnium rerum.

Solutio

Solutio. Dicendum est quod anima ponitur a philosophis in se gerere conformitates et similitudines omnium per cognitionem, et cum sit substantia cognoscitiva, in se gerit similitudines omnium rerum sibi representatas et similitudines principiorum per que res cognoscuntur; et ideo posuerunt eam aggregari ex omnium rerum similitudinibus, non tamen posuerunt ex hiis similitudinibus esse de substantia anime. Sed ex esse representando anime et hanc representationem et aggregationem appellaverunt compositionem ex formis; tamen habet anima conformitatem cum rebus. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod duplex est impressio: quedam est impressio corporalis et quedam spiritualis. Impressio autem corporalis est motus; spiritualis autem impressio est cognitio vel species. Sed ergo corporales imprimunt spirituales operationes et impressiones super substantias spirituales et recipiunt substantie spirituales secundum exigentiam spiritualium substantiarum, scilicet modo spirituali et per suas species. Substantia autem spiritualis est duplex: quedam que cognoscit per impressionem extrinsecam, sicut anima, et hec recipit impressionem spiritualem a substantiis corporalibus, scilicet cognitionem vel speciem spiritualem corporum per quam eas cognoscit. Alia autem non cognoscit per impressionem extrinsecam et hec non recipit impressionem a substantiis corporalibus, sed potius econverso. Substantie autem spirituales imprimunt impressiones corporales et operationes super substantias corporales, sicut motum. Et ideo patet quod substantie spirituales gerunt in se species vel similitudines substantiarum corporalium et in hoc habent conformitatem cum ipsis et habent naturam illarum. Ad secundam rationem dicendum est quod receptivum duplex est: quoddam omnino passivum sicut speculum; aliud est quodammodo activum quod se iuvat ad receptionem in seipso, sicut est anima. Illud ergo quod est receptivum primo modo denudatum est omnino a forma recepti. Illud autem quod est receptivum secundo modo habet quandam naturam illius quod dicitur recipere et habet conformitatem cum illo; et quia anima est tale receptivum, ideo quodammodo habet species quas dicitur recipere et habet aliquo modo conformitatem cum illis actu completam, tamen illius conformitatis non habet actum sed habitum, scilicet per acquisitionem formarum rerum habet illam. Aliter enim non iuvaretur ad suam cognitionem et receptionem nisi haberet conformitatem cum rebus, et ideo anima habet conformitatem cum rebus que conformitas completur per acquisitionem et receptionem similitudinum rerum in ipsa anima.

Questio ii.

Circa secundam questionem sic proceditur et queritur utrum hec conformitas

quod habet anima cum rebus sit per similitudines rerum vel per participationem nature et esse rerum ita quod anima sit conformis rebus quia ipsa sint secundum veritatem vel quia in ipsa sint per similitudinem et ostenditur quod hec conformitas solum sit secundum similitudinem quia res solum sunt in anima per suas similitudines et non secundum veritatem quia sicut algazel ad hoc ut fiat cognitio tria requiruntur primum est ut substantia cognoscens sit immunis a materia. Secundum est ut res que cognoscitur sit denudata a materia. Tercium est ut sit unio istorum adinvicem sed anima est immunis a materia et ideo cognoscit ergo res que est in ea per cognitionem est denudata a materia ergo in anima est illud de re quod denudatum est a materia. hoc autem est solum species vel similitudo rei ergo species vel similitudo rei est in anima et non res secundum veritatem ergo anima habet conformitatem cum rebus secundum similitudines solum et non per species (?) vel per participationem nature et esse earum. Secunda ratio hec est sicut dicit boecius in libro de consolatione philosophie. omne quod est in aliquo est secundum possibilitatem eius in quo est. sed res sunt in anima ergo sunt in anima secundum possibilitatem anime. sed anima est spiritualis ergo sunt in ea modo spirituali illud autem quod est spirituale in re (?) est sola species vel similitudo ergo res sunt in anima per solam speciem vel similitudinem. Et hoc confirmatur in hunc modum quia sicut in [illegible] spiritualibus vel corporalibus que aliquo modo habent naturam spiritualem representantur res non secundum substantiam suam sed secundum suas similitudines solum sicut patet in speculo. et in aliis in quibus apparent ydola rerum ergo multo magis in anima cum sit substantia spiritualis sunt res secundum suas similitudines et non secundum suas substantias ergo habet anima conformitatem cum rebus per similitudines rerum et non per participationem essentie rerum. Ad oppositum omne illud quod operatur secundum proportionem et exigentiam elementorum habet naturam elementorum participatam sed anima huiusmodi est ergo habet naturam elementorum participatione ergo habet conformitatem cum rebus secundum essentiam et participationem essentie et non secundum similitudinem solum. Maior patet quia videmus corpora mota secundum exigentiam elementorum que participant elementa. Minor patet ab augustino in libro de anima ubi dicit quod comparantur elementa virtutibus anime in suis operationibus. Secunda ratio hec est omne illud quod est forma et completio corporis compositi ex elementis habet naturam elementorum anima autem est huiusmodi ergo habet in se naturas elementorum et secundum veritatem et non per similitudines rerum. Maior: inferiores sunt elementa vel ex elementis ergo habent conformitatem cum rebus per participationem rerum secundum veritatem et non per similitudines earum. Minor patet quia elementa sunt cause eorum que sunt ex elementis et eorum que in ipsis sunt. sicut complexiones et forme. ergo cum anima sit complexio et forma que est in composito anima resultabit ex formis elementorum secundum veritatem ergo habet naturas rerum in se secundum veritatem et non secundum similitudines solum. Solutio dicendum est quod anima habet conformitatem cum omnibus rebus hec autem conformitas est duplex una in est in cognoscendo secundum quam species re-

Cō

rum in ipsa representantur. alia est in participando convenientie (?) omnis rerum comparat (?). in esse cum entibus et vitam cum viventibus et intellectum sive sensum cum intelligentibus. prima autem conformitas est per similitudines et per species rerum per quas cognoscit res per similitudines in rerum cognoscit res et non per earum veritatem. Secunda autem conformitas est secundum veritatem sed hec est secundum proportionem. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod anima operatur secundum exigentiam elementorum non quia ex eis componatur sed secundum proportionem organorum quibus anima operatur que sunt ex elementis que organa sequitur anima in operando et per que operatur. Ad secundam rationem dicendum quod in composito ex elementis est duplex forma. una est forma mixtionis. alia est forma addita mixtioni sicut anima. alia vero non est forma mixtionis sed addita mixtioni. Prima autem forma que est forma mixtionis resultat ex elementis. Secunda autem que est anima non nisi sicut ex preparantibus et disponentibus sed hec est duplex. quia quedam habet radicem in materia et quedam non. illa que non habet radicem in materia est ab extrinseco. sicut anima intellectiva. Et non est ex elementis nisi sicut preparantibus ad suam existentiam in corpore. Illa autem que habet radicem in materia est per virtutem [illegible] ex elementis non quia elementa sint partes eius. sed quia potentia est in elementis ut per operationem nature ex ipsa in elementa educantur ad actum. Rationes autem alie due sunt concedende in via illa qua procedunt quia ostendunt quod anima habet conformitatem cum rebus [illegible] non tamen (?) non determinata non determinata et hoc est verum sed non ostendunt quod secundum veritatem conformetur illis [illegible] secundum veritatem naturalium illarum

Cō iij.

Consequenter queritur (?) sic procedit et queritur utrum conformitas illa quam habet anima cum rebus in cognoscendo sit per representationem rerum vel principiorum rerum. Et ostenditur quod sit per representationem rerum principiorum quia sicut habetur in principio physicorum. Intelligere et scire est per causas et principia in rebus habentibus causas et principia ergo representatio rerum ipsi intellectui per cognitionem erit per representationem causarum et principiorum. Secunda ratio est ista duplex est cognitio scilicet sensitiva et intellectiva. sensitiva autem fit per exteriora. Intellectiva vero cognitio fit per interiora et per vera rerum principia. sed illorum gerit anima similitudines per que cognoscit sed cognoscit et intelligit. per principia ergo gerit similitudines principiorum. sicut enim unumquodque se habet ad esse ita se habet ad cognitionem loquendo de cognitione intellectiva sed res sunt ex principiis veris ergo per sua vera principia intelliguntur. ergo conformitas anime cum rebus est per representationem similitudinum principiorum rerum et non per similitudines rerum simpliciter per ipsas res. Ad oppositum omne illud quod in se habet principia rerum si est substantia spiritualis habet ipsa sicut exemplaria ut dicit in libro fontis vite quod substantie spirituales habent in se exemplaria rerum sed anima est substantia spiritualis ergo si habet in se principia rerum habet in se exemplaria rerum sed omne illud quod habet in se exemplaria rerum est causa efficiens rerum

et exemplaria sunt causae rerum per quae fiunt res et per quae regulantur in factione ipsarum rerum; ergo anima est principium effectivum rerum. Hoc autem falsum est. Ergo anima in se non gerit principia secundum similitudinem principiorum cognoscendo ipsas res. Secunda ratio haec est: cognitio intellectiva provenit ex cognitione sensitiva; sensitiva autem cognoscit effectus sicut multa alia et non causas eorum, nec principia intrinseca rerum. Ergo anima intellectiva surgit in cognitionem per effectum et solum cognoscit effectus et principiata, sed non gerit in se similitudines nisi illorum quae principiata cognoscit; ergo gerit in se principiatorum similitudines effectuum et non principiorum. Effectus autem sunt res ipsae ex principiis constitutae; ergo gerit in se similitudines rerum et non principiorum. Ergo anima intellectiva cognoscit res per res et non per principia rerum et ita non habet conformitatem cum rebus per similitudinem principiorum.

Contra. Dicendum est quod anima intellectiva non cognoscit res per res sed cognoscit res per vera sua principia in quibus res continentur, quorum principiorum anima gerit similitudines. Habet ergo anima conformitatem cum principiis per similitudines principiorum quas gerit, in quibus omnes res continentur, et per quae principia cognoscit res. Et haec dictae sunt rationes hoc ostendentes. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod principia sunt in aliquo tribus modis. Uno modo tamquam in efficiente et cognoscente, quia habet potestatem super illa principia, et hoc modo sunt in Creatore primo. Alio modo sunt in aliquo sicut in effectu et in eo quod ex ipsis efficitur, et hoc modo sunt in rebus quae sunt ex principiis. Tertio modo sunt in aliquo sicut in cognoscente solum, et hoc modo sunt in anima. De illo ergo in quo sunt principia vel exemplaria primo modo ratio obicit, sicut est factor primus, talis cum habet potestatem supra principia vel exemplaria et per illa producat rem. De eo in quo sunt tertio modo non ratio concludit, ratio quia non habeat potestatem supra principia vel exemplaria et per illa producat rem. De eo in quo sunt tertio modo solum ratio concludit, quod non est causa aliarum rerum per exemplaria illa vel similitudines principiorum quas habet in se. Ad secundam rationem dicendum est quod anima habet duplicem cognitionem: unam per applicationem ad sensum, et haec non est ei propria, et per istam devenit in cognitionem effectuum et posteriorum. Alia est ei propria per cognitionem rerum in sua propria natura cum quibus habet conformitatem, et haec est per causas veras rerum et per principia, et haec est cognitio intellectiva.

Contra. 3a.

Ad quaestionem sic proceditur: rerum quae sunt haec principia quorum anima gerit similitudines, utrum scilicet sunt universalia et formae universales an sunt alia sicut formae partis. Et ostenditur quod sunt universalia, quia duplex est cognitio: quaedam est per vera rerum principia, et haec est intellectiva; quaedam autem per exemplaria, et haec est cognitio sensitiva. Sed quantum ad primam cognitionem sic unumquodque se habet ad esse ita se habet ad cognitionem. Sed res sunt ex principiis; ergo per principia habent cognosci. Omnis autem cognitio est per formam; ergo ex suis principiis quae sunt materia et forma non cognoscuntur nisi per formam; ergo per illam formam quae totum completur. Haec autem est forma universalis; ergo per formam universalem habent res cognosci principia; ergo per quae res cognoscuntur ab anima et per quae habet anima conformitatem cum rebus sunt universalia. Secunda ratio haec est: cum eo habet anima conformitatem quod est proprium obiectum illius; sed obiectum intellectus est quod quid est, et quod quid est est essentia universalis; ergo cum essentia universali habet conformitatem ipsa anima intellectiva; ergo habet conformitatem cum principiis universalibus et per illa cognoscit per quae habet conformitatem cum rebus. Ergo anima intellectiva cognoscit res per principia rerum universalia et per illa habet conformitatem cum rebus. Ad oppositum: omnis forma quae resultat ex principiis rei est posterior eis; universale est huiusmodi, sicut vult Avicenna; ergo est posterius principiis rei et ipsa re; sed cognitio intellectiva fit per priora; ergo non fit per principia universalia; ergo intellectus per principia universalia non cognoscit res nec per illa habet conformitatem cum rebus. Secunda ratio est haec: intellectus cognoscit res in resolvendo eas in sua principia et perscrutando causas earum; ergo per illas cognoscit. Ad quae est status in resolutione? Status autem in resolutione rerum est ad materiam et formam ex quibus componitur universale; ergo per materiam et formam quae non sunt principia universalia habet cognoscere res et non per principia universalia; ergo non habet intellectus conformitatem cum rebus per principia universalia.

Contra.

Solutio. Dicendum quod anima gerit in se similitudines principiorum rerum, et haec principia sunt universalia quae dicuntur exemplaria, et per illa cognoscit anima intellectiva res ipsas et cum illis habet conformitatem et per illa cum rebus, et sunt ista universalia multipliciter. Dicuntur enim universalia exemplaria per comparationem ad causam per quam illa res producit. Dicuntur autem formae per comparationem ad rem quam informant dando ei esse et complementum. Dicuntur autem universalia per comparationem quibus ad res quibus participantur et quae in ipsis conveniunt quae sunt singularia. Dicuntur autem species per comparationem ad animam quam informant, mediantibus quibus anima cognoscit res et habet conformitatem cum illis speciebus universalibus et mediantibus illis cum rebus quae continentur sub ipsis. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod prius est duobus modis, scilicet prius tempore et prius natura. Tempore autem simul et universale et particulare et materia et forma. Prius autem natura est duobus modis. Uno modo dicitur prius natura in via generationis et incompletionis, et hoc modo prius est materia quam forma et singulare prius est quam universale hoc modo. Alio modo dicitur prius natura, scilicet in via diffinitionis et completionis, et hoc modo prius est universale natura quam singulare. Per priora autem quantum ad cognitionem et completionem et diffinitionem procedit intellectus et cognitio intellectiva, et quia talia sunt universalia, ideo intellectus cognoscit res per principia universalia quibus primo se conformat. Ad secundam rationem dicendum est quod duplex est cognitio intellectiva: una quae est applicatio, et haec fit mediante specie singularis; alia quae est resolutio in causas, et hoc modo cognoscit intellectus principia universalia resolvendo

ipsa in unum et formam universale et ita cognoscit universalia per materiam et formam resolvendo in quantum materia et forma habent naturam universalis et ita per universalia sic procedit in cognitione rerum

Co. v.a Ad quintam questionem sic proceditur et querit utrum principia universalia que sunt in anima per que anima cognoscit res sint vera principia existendi vel similitudines principiorum et exemplaria. Et ostenditur quod sint vera principia rerum existentium et eadem per essentiam cum principiis rei existentis. Duplex est cognitio scilicet sensitiva et intellectiva. Cognitio autem sensitiva est per posteriora secundum naturam. Cognitio autem intellectiva est per priora secundum naturam sicut dictum est. Sed priora secundum naturam sunt principia rerum posteriorum. Ergo illa per que cognoscit intellectus sunt principia rerum posteriorum que cognoscuntur per ipsa. Ergo principia vel exemplaria que sunt in anima sunt vera principia rerum existentium. Secunda ratio hec est. Sicut habetur in vii metaphysice exemplar quod est in anima artificis est principium formale rei existentis. Sed universalia que sunt in anima sunt exemplaria existentium in anima. Ergo sunt vera principia formalia rerum existentium. Ad oppositum formarum quedam sunt contracte in materia quedam autem non. Forma contracta in materia applicatur corporalis per suam contractionem et continetur per materiam et propter hoc nulla talis forma potest extendi ultra suam materiam. Item nulla substantia creata que nata aliqua est potest simul et semel existere in diversis. Ergo forma rei que est in materia principium rei per essentiam non potest extendi ultra rem. Ergo non potest esse in anima per essentiam sicut nec una et eadem substantia creata que est nata aliquando esse simul et semel in diversis. Hoc autem est inconveniens. Ergo exemplar quod est in anima non est idem per essentiam cum vera forma rei existentis. Ergo exemplaria que sunt in anima non sunt vera principia rerum existentium. Secunda ratio hec est. Si exemplaria que sunt in anima essent vera principia rerum existentium aut essent in anima solum aut essent in anima et in rebus. Si essent in anima solum tunc forme secundum veritatem suam essent separate. Si autem in anima et in singularibus secundum veritatem cum hee forme sint in rebus contracte in materia sic idem in multis per essentiam et unum esset in diversis per essentiam. Hoc autem est inconveniens.

Sto Solutio. Dicendum est secundum veritatem quod illud quod decet esse in anima non est idem per essentiam cum veris rerum principiis existentium. Sed est sola similitudo verorum principiorum. Unde exemplaria que sunt in anima non sunt vere forme et vera principia rerum sed similitudines verarum formarum et verorum principiorum. Quorum quedam sunt entia quedam non entia. Entia autem sunt sicut res fixe. Ea autem que sunt non entia sunt multis modis. Quedam sunt ut ... et motus quedam autem ut privationes quedam ut principia quedam ut intentiones. Hec autem que de rebus sunt in anima sunt intentiones rerum que neque sunt substantie neque accidentia sed actus. Sed quod sunt ut ... unde ponitur quod non sunt vera principia sed similitudines verorum principiorum est quia idemptitas inter exemplaria que sunt in anima et formas et principia rerum vera non est per essentiam que est natura fixa et determinata sed solum proportione et similitudine et intentione. Et concedimus rationes hoc probantes. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod cognitio intellectiva respicit duo: respicit enim rem que debet cognosci et respicit virtutem cognoscentem. Per comparationem autem ad rem que debet cognosci est cognitio intellectiva per vera principia rerum existentium scilicet per similitudines verorum principiorum. Unde sicut forma que est in speculo per comparationem ad rem existentem quam representat in speculo est vera forma, per comparationem ad speculum est similitudo vere forme solum. Eodem modo forma que est in anima qua cognoscitur res per comparationem ad rem est vera forma, per comparationem ad animam cognoscentem est similitudo vere forme et non est vera forma. Ad secundam rationem dicendum est quod exemplar quod est in anima est principium rei existentis. Sed principium rei intelligitur unum est quo agens operatur aliud est quo res est. Item est quo res cognoscitur. Exemplar ergo verum non est res sicut agens sed est illud quo agens operatur et agit et non est vera forma rei. Illud autem principium quo cognoscitur res est similitudo veri principii vel vere forme rei. Idemptitas autem istorum non est per essentiam sed per proportionem et similitudinem. Unde exemplar quod est in anima artificis non est forma rei qua res est sed mediante qua res producitur ab agente.

Ad sextam questionem sic proceditur et querit utrum conformitas anime quam habet cum speciebus rerum vel principiorum rerum sit ei innata vel acquisita et ostenditur quod sit ei innata quia sicut dicit Algazel quelibet substantia nata est ut ex ipsa eliciatur propria operatio. Ergo anima nata est ad hoc ut ex ipsa eliciatur propria operatio. Sed propria rei operatio innascitur cum re. Ergo propria operatio anime innascitur cum anima. Hec autem est cognoscere. Ergo cognitio innascitur cum anima et innata est anime. Sed cognitio anime non est nisi per conformitatem eius cum speciebus et per representationem specierum. Ergo conformitas anime cum speciebus rerum est ei innata et non acquisita. Secunda ratio hec est. Sicut dicit Algazel quanto aliqua substantia est magis spiritualis tanto sub pleniori luce cognoscit res et manifestius. Et sub maiori delectatione. Ergo anima quanto magis erit spiritualis tanto manifestius cognoscet res et sub pleniori luce. Item sicut dicitur in libro Fontis vite forme colliguntur in substantiis spiritualibus. Intellectus est substantia spiritualis, intellectus dico agens. Ergo in ipso colliguntur forme et manifeste cognoscit res. Ergo habet in se representationem specierum rerum. Aut ergo habet species rerum per impressionem et acquisitas in ipso aut innatas. Si acquisitas et impressas ergo intellectus agens est possibilis ad illas et tamen non semper est in suo actu. Sed cognoscit per receptionem rerum et per ... non sic receptio Co. vi.a

ideo non semper in suo actu. Et autem sunt inconveniens quod intellectus habet conformitatem cum speciebus rerum innatam sibi et non acquisitam. ¶ Ad oppositum sic arguitur in textu de anima: anima creata est sicut tabula rasa in qua nichil actu scriptum est. Ergo anima creata est sine speciebus rerum et sine representatione rerum specierum. Ergo representatio specierum rerum non est ei innata sed acquisita postea et per eas habet conformitatem cum rebus. Ergo conformitas anime cum rebus non est ei innata sed acquisita. ¶ Secunda ratio hec est: si anima esset cognoscitiva omnium principiorum a nativitate tunc non indigeremus sensu propter acquisitionem cognitionis et scire verum et interim haberemus nobilissimos habitus et nos laterent. Hec autem sunt inconvenientia. Ergo cognitio principiorum etc. non est innata anime. Ergo conformitas anime cum speciebus illorum non est innata anime sed acquisita. ¶ Ideo dicimus quod anima habet conformitatem cum rebus sibi innatam non tamen completam nec per representationem specierum que non est sibi innata. Habet enim anima potentias in se per quas nata est omnia investigare et quasi per conformitatem quam habet cum omnibus dicitur ad eadem. Habet enim potentiam activam qua est omnia facere et habet potentiam passivam qua est omnia fieri et ita per suas potentias sibi innatas habet conformitatem cum omnibus sibi innatam. Complementum autem illius conformitatis est per representationem specierum ipsi anime que representatio est adquisita. Dicendum autem conformitas innata est quia habet anima potentias per quas nata est omnia investigare, quarum una est potentia qua est omnia facere, alia est potentia qua est omnia fieri, et ita conformitas anime cum rebus est ei innata. Complementum autem illius est ei acquisita, scilicet per representationem. Unde non ponimus quod representatio specierum sit innata ipsi anime. Quia tamen rationes inducte ad primam partem ostendunt species rerum esse innatas ipsi anime propter hoc ad illas respondendum est et primo ad primam rationem. Dicunt dicendum est. ¶ quod anima habet propriam operationem que est intelligere. Sed propria operatio ibi duplex est: quedam est que dependet, quedam autem non. Intelligere autem species rerum est propria operatio anime que dependet a rebus extra et ideo trahitur secundum exigentiam rerum extra et quia hee res extra non sunt innate ipsi anime sed acquisite ideo cognitio ipsius anime per representationem rerum extra et specierum rerum est acquisita. Conformitas vero cum rebus non est acquisita sed complementum illius conformitatis, scilicet representatio rerum. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod quedam est substantia spiritualis que a nullo dependet quantum ad cognitionem nec recipit ab aliquo sicut intelligentia et ista quanto magis est spiritualis tanto plura in se ipso representantur et non dependentia ab aliis. Est autem alia substantia spiritualis que in sua cognitione dependet ab aliquo cognoscente per receptionem sicut intellectus agens dependet ab intellectu possibili qui cognoscit per receptionem. Unde licet intellectus agens non cognoscat per receptionem se ipso cognoscat tamen per receptionem in alio scilicet per receptionem factam in intellectu possibili et ex receptione intellectus possibilis et irradiatione agentis super species receptas in possibili resultat perfecta cognitio et completa et ita intellectus agens non habet species rerum sibi innatas sed cognoscat illas per impressionem et receptionem in alio sicut intellectum possibilem et ita per acquisitionem ei representantur species rerum et non sunt ei innate.

¶ Quoniam autem et motivum visa est anima esse et cognoscitivum et cetera. ¶ Lectio xii.

¶ Enarratis opinionibus philosophorum diffinientium animam per motum et opinionibus diffinientium animam per cognitionem aggreditur philosophus in hac parte narratione opinionum diffinientium animam per utrumque scilicet per motum et cognitionem. ¶ Recipit autem hec pars divisionem in duas partes. ¶ In quarum prima tangit philosophus opiniones diffinientium animam per utrumque. In secunda scilicet in hac: ¶ Diffiniunt autem omnes omnibus ut est dicere motu sensu et incorporeo et cetera. ostendit quod omnia dicta de anima per que philosophi ipsam diffiniunt ratione motus et cognitionis ad principia reducuntur. ¶ Omnes enim philosophi posuerunt animam per motum diffiniri secundum diversitatem principiorum et posuerunt ipsam cognoscere omnia per principiorum similitudinem. ¶ Hec autem pars recipit divisionem in partes duas. In prima recitat intentiones philosophorum in universali prout diffiniunt animam per utrumque et distinguit ipsarum opiniones in universali non descendendo ad aliquam opinionem specialem. ¶ In secunda scilicet in hac: ¶ Democritus autem dulcius dixit referens propter quid unumquodque est et cetera. ¶ Recitat opiniones ipsorum in speciali ad singulas specialiter descendens. ¶ Hec autem secunda pars recipit divisionem in partes septem secundum numerum opinionum. In prima ergo narrat opinionem Democriti ponentis animam habere naturam ignis et athomorum ignitorum rotunde figure et sequentium ipsum. ¶ In secunda scilicet in hac: ¶ Anaxagoras autem videtur quidem dicere alterum animam et intellectum sicut diximus. ¶ Recitat opinionem Anaxagoras et sequentium ipsum que est de cognitione intellectus et motu ipsius et independentia ipsius. In tertia scilicet in hac: ¶ Videtur autem Thales ex quibus reminiscantur et cetera. ¶ Tangit opinionem Thalis ponentis animam esse in omnibus moventem omnia. ¶ In quarta scilicet in hac: ¶ Diogenes autem et alteri quidem

**aerem hanc opinans et cetera**

Recitat opinionem dyogenis et sequacium ipsius que ponit animam habere aeris naturam. In quarta scilicet in hac. **Eraclitus autem principium eam esse dicit et cetera.** Ponit opinionem eracliti et sequacium ipsius qui ponit animam habere naturam vaporis. In sexta scilicet in hac. **Similiter autem et alcmeon opinari visus est et cetera.** Recitat opinionem alcmeonis et sequacium eius qui asserit animam per motum sempiternum diffiniri, ponens ipsam esse immortalem eo quod in motu sempiterno continuo. In septima scilicet in hac. **Magis autem grossiores et aquam contulerunt sicut ypus et cetera.** Recitat opinionem ponentium animam habere naturam humoris de quorum opinione fuit ypus. Prima autem opinionum spectat ad presentem lectionem. Continet ergo in lectione presenti partes duas. In quarum prima recitat philosophus opiniones philosophorum diffinientium animam per motum et cognitionem [illegible]. In secunda descendit specialiter ad opinionem democriti et sequacium ipsius. Prima autem pars recipit divisionem in partes duas. In quarum prima tangit opinionem diffinientium animam per cognitionem et motum qui ponit animam cognoscere per numeros et se ipsam movere. In secunda scilicet in hac. **Diffiniunt autem de principiis que sunt** Tangit diversitates opinionum philosophorum opinantium animam ex diversis constitui principiis. Secunda autem pars que est de opinione democriti et sequacium eius dividitur in duas. In prima tangit dictum eius quantum ad hoc quod posuit intellectum esse animam. In secunda scilicet in hac **Illud autem motivum plurimorum et indivisibilium corporum et cetera** Recitat dictum eius quantum ad hoc quod posuit animam motivam athomorum habentem naturam ignis et athomorum igneorum rotunde figure. Divisionis recollectio. Sunt ergo in lectione presenti partes iiii. In quarum prima tangit opinionem ponentium animam esse numerum se ipsum moventem quod componitur ex motu et cognitione. In secunda tangit opinionem diversitatum opinionum eorum ratione diversitatis principiorum. In tertia specialiter tangit opinionem democriti quantum ad hoc quod posuit animam esse idem cum intellectu. In quarta tangit opinionem eius quantum ad hoc quod posuit animam esse idem cum intellectu et ipsam esse habentem naturam ignis et athomorum igneorum rotunde figure moventem athomos. Hec est divisio huius partis. Circa primam partem procedit philosophus sic dicens quod omnes philosophi quibus fuit visum quod anima est principium motus et cognitionis ex motu et cognitione diffinitionem anime complectentes talem diffinitionem convenerunt: anima est numerus se ipsum movens et hec est diffinitio platonis et sequacium ipsius. Per rationem numeri intellige cognitivo anime

que secundum platonem numeri sunt principia rerum et sunt rationes cognoscendi. Consequenter tangit diversitatem et opinionem philosophorum diversimode sentientium de principiis cum animam ex rerum principiis posuerunt componi que ratione cognoscendi et movendi ea per rationem principiorum [illegible]. In illa autem parte quatuor tangit de eorum diversitate. Primum est quod diversitas est inter eos in principiis a parte substantie ipsorum. Quidam enim posuerunt principia corporea quidam incorporea. Et hec diversitas est secundum substantiam. Quidam autem principia posuerunt composita ex corporeis et incorporeis et sic est triplex diversitas circa substantiam principiorum apud philosophos. Secundum est quod tangit de diversitate principiorum a parte numeri. Quidam philosophi posuerunt principium unum quidam vero duo quidam plura huius usque ad infinitum et secundum diversitatem principiorum in substantia et numero diversimode de anima dixerunt. Hec autem secunda diversitas tangitur cum dicit **Diffiniunt autem et de multitudine et cetera** Tertium quod tangit est quod non sine ratione opinati sunt philosophi animam habere naturam principiorum quantum ad verum comprehensionem [illegible] quod laudat opiniones eorum. Dicit ergo quod isti dicunt animam esse motivam et dicunt ipsam habere naturam principiorum et propter hoc esse motivam et [illegible] et quantum ad hoc rationabiliter opinati sunt quod posuerunt naturam in principiis omnia movere et posuerunt animam esse naturam ex principiis constitutam per se movere. Hoc autem tangitur cum dicit **Et hii quidem animam tradunt esse motivum et cetera** Quartum quod tangit sequitur ex precedentibus et est quod cum anima sit ex principiis et maxime motiva habet naturam elementi maxime motabilis quod est ignis et ratio talis est. Omne illud quod est huius nature principium maxime motivum sui ipsius et omnium aliorum est huius nature illius elementi quod est subtilissimarum partium et maxime incorporeum et quod maxime movetur et alia movet. Sed anima est huiusmodi res et per idem elementum est ignis ergo anima habet naturam ignis. Consequenter descendit ad opinionem democriti et sequentium ipsum plurium vero plurimorum philosophorum posuerunt animam esse igneam inter quos fuit democritus cuius opinionem immediate tangit dicens quod democritus dixit latentius de anima assignans utrumque suum dictum quantum ad hoc quod diffiniunt animam per cognitionem et quantum ad hoc quod diffiniunt animam eam quantum ad motum diffiniunt posuit ergo primo animam esse intellectum et sic anime attribuit cognitionem quia intellectui competit cognitio. Iterum posuit animam esse constitutam ex athomis que sunt prima corpora indivisibilia que sunt principia omnium corporum et sic posuit ipsam habere rationem motus propter subtilitatem partium et rotunditatem figurarum que sunt in athomis ex quibus anima est constituta ex quibus posuit intellectum constitutum et ignem similiter et propter hoc posuit intellectum constitutum ex athomis figure

rotunde ignis naturam habentibus. ¶ Et est sextio rationum eius talis. ¶ Omne illud quod est intellectu est cognoscitivum; sed anima est huiusmodi; ergo anima est cognoscitiva. Et hec est ratio prima. ¶ Secunda hec est. Omne quod est constitutum ex principiis indivisibilibus et corporeis subtilioris rotunde figure quam maxime est habilis ad motum habentibus naturam igneam est motivum et est (?); sed anima est huiusmodi; ergo anima est motiva. Et sic patet secundum intentionem Democriti quod anima est motiva et cognoscitiva. ¶ Et sic manifesta intentio huius partis.

Questiones. ¶ Circa partem istam septem queruntur questiones. ¶ Prima questio est utrum numeri sint principia rerum. ¶ Secunda questio est utrum sint principia exemplaria vel alio modo. ¶ Tertia questio est utrum illud quod habet modum quantitatis potius debeat poni principium rerum et aliud predicamentum vel habens modum alterius predicamenti. ¶ Quarta questio est utrum illud quod habet modum quantitatis continue possit esse principium sicut illud quod habet modum quantitatis discrete. ¶ Quinta questio est utrum anima cognoscat per numeros. ¶ Sexta questio est utrum anima sit numerus se ipsum movens. ¶ Septima questio est utrum anima sit numerus se ipsum movens.

Que. i. ¶ Circa primam questionem sic proceditur et queritur utrum numeri sint principia rerum, et ostenditur quod sic. ¶ Omne illud quod est sic omnia per indifferentiam se habens ad omnia est primum ingenerans omnium. Talis est huiusmodi; ergo numerus est primum ingenerans omnium. Sed primum inter omnia est principium omnium; ergo numerus est principium omnium. Minor patet, quia numerus et discretio numeri in omnibus est. ¶ Ad oppositum sic habetur in septimo methaphisice: principia substantie non sunt quantitates nec numeri nec magnitudines, sed solum substantie sunt principia substantie; ergo per locum ab auctoritate numerus non est unum principiorum omnium rerum.

Solutio. ¶ Ad rationem in contrarium dicendum est quod commune principium est multis modis. Uno modo est commune principium per causalitatem tamquam illud a quo omnes res fluxerunt in suo esse, et hoc modo intellectus primus est commune principium omnium. ¶ Secundo modo dicitur commune principium per ordinem et exemplaritatem, et ipsum est ratio distinctionis rerum et principium exemplare ipsarum quantum ad suam distinctionem et ordinationem, et hoc modo numerus est principium omnium. ¶ Tertio modo dicitur commune principium secundum participationem proportionalem, et hoc modo ens positum est ab Aristotile esse commune principium omnium, et tale principium ponimus esse principium per proportionem suam ad omnia. ¶ Quarto modo dicitur commune principium ratione mensure, et hoc modo numerus est principium ad omnes res sicut mensura omnium rerum per indifferentiam, et sic non est principium constitutivum rerum eius, et non ponitur commune principium esse nisi per suam communitatem ad omnia proportionatam; vera vero principia sunt materia et forma.

Que. ii. ¶ Circa secundam questionem sic proceditur et queritur utrum numeri sint principia exemplaria rerum in mente conditoris primi producentis res in esse sicut posuit Plato, et ostenditur quod sic.

¶ Omne agens secundum ordinem et distinctionem et rerum discretionem operatur secundum illius exigentiam quod est ratio distinctionis et discretionis rerum; sed agens primum est huiusmodi; ergo operatur secundum exigentiam illius quod est ratio distinctionis et discretionis rerum. Minor patet, quia agens primum est intellectus et ipse primus est principium segregationis et distinctionis rerum. Illud autem quod est ratio huiusmodi distinctionis et segregationis et ordinationis rerum debet esse numerus sicut visum est; ergo agens primum operatur secundum exigentiam numerorum et regulationem. Illud autem secundum cuius regulationem et exigentiam operatur agens ad intellectum ex primo exire in mente illius rerum producendarum; ergo numeri sunt principia exemplaria rerum in mente conditoris primi. ¶ Secunda ratio est. Sic dicit Boetius in principio arismetice: omnia que sunt a prima rerum etate numero constituta sunt; hec enim fuit maximum exemplar in anima conditoris. Illud autem est principium exemplare omnium sub quo res ita constitute sunt et producte et quod in anima conditoris fuit maximum exemplar; sed numeri sunt huiusmodi; ergo numeri sunt principia exemplaria ipsarum rerum. ¶ Ad oppositum est ratio. Si numerus esset principium exemplare rerum, ergo esset in illo quod est primum principium rerum. Sed primum est huiusmodi; ergo numerus esset in primo. Sed ubi est numerus ibi est multitudo; ergo in primo esset multitudo. Hoc autem est falsum et inconveniens; ergo numerus non est principium exemplare rerum in conditore primo. Et non potest dici quod ista multitudo sit in comparatione ad res solum et non in comparatione ad primum, quia hoc esset falsum dicere. Primum enim non operatur secundum exigentiam rerum, et ideo hec diversitas esset a parte regulationis ipsius et non a parte rerum.

Solutio. ¶ Ad hoc dicendum est quod multa sunt in aliquo duobus modis. Uno modo secundum modum corporalem, et hec multitudo est in universo, et talis ponit multitudinem in rebus in quibus est. Alio modo est multitudo in aliquo sicut in cognoscente modo spirituali, et hoc est duobus modis, quia uno modo est multitudo in aliquo modo spirituali per impressionem factam a rebus extra, et hoc modo est multitudo modo spirituali in anima, scilicet per impressionem a rebus extra; et hec multitudo non ponit multitudinem in eo in quo est nisi secundum quid. Unde hec multitudo non ponit in anima diversitatem et multitudinem essentie, sed solum diversitatem aspectus ipsius anime ad plura ex quo anima respicit illa plura et apprehendit. Alio modo est multitudo in aliquo modo spirituali non per impressionem a rebus extra sed per solam estimationem rerum extrinsecus producendarum, et hec non ponit multitudinem nec diversitatem in eo in quo est nec simpliciter nec secundum quid. Et hoc modo est multitudo in primo, quia non ponit multitudinem essentie in ipso nec diversitatem, nec ponit diversitatem aspectus in ipso loquendo de ipso aspectu per comparationem ad ipsum, licet tamen per comparationem ad

vel sit diversitas in illo. Sed ponit hec multitudo in illo ex-
cellentiam virtutis sue et operationis sue et multiplicatio-
nem in rebus et ita numerus non ponit multitudinem in ipso
unde licet res ab ipso exeant secundum rationem numeri distinctionis et or-
dinationis, non tamen est multitudo in ipso aliqua parte
sui aliquo modo et per solam estimationem aspicientis
plura animam aut per impositionem.
Q° 3. Ce . . . tertiam questionem sic proceditur et videtur quod ista possit po-
ni principium exemplare omnium sicut res huius modi quan-
titatis scilicet numerus et ostenditur quod sic. Illud maxime
est principium exemplare quod est primum in genere rerum sed ista
est prima in genere rerum et non quantitas ergo ista magis debet
dici principium omnium quam quantitas. Ad oppositum omne a-
gens per exemplar agit secundum mensuram rerum et ratio agendi
est ratio mensure et non omnibus mensure sed mensure distinctionis
mensura autem distinctionis non est ista. Sed quantitas que est
numerus ergo ista non debet esse principium exemplare immo potius quantitas
vel huius modum quantitatis. Ad hoc dicendum est quod sola
quantitas vel huius modum vel intentionem quantitatis est
principium exemplare omnium et sumatur ibi quantitas pro eodem
ex hoc modum quantitatis vel cum exemplares formales huius mo-
dum intentionem ex agens per exemplar agit secundum mensuram
mensure autem est res regulare sicut carpentator regulat
omnes res secundum mensuram et quia quantitates regulant
mensurando ideo ponuntur esse principia exemplaria et
omnia quantum ad hoc huius modum quantitatis. Ad rati-
onem in contrarium dicendum est quod prius est duobus modis. Est
enim prius in via existendi et hoc modo ista est prior
omnibus aliis. Secundo modo est prius in via regulandi o-
perationes et hoc modo quantitas discreta que est numerus prior est
omnibus aliis ex agens secundum cognitionem habet regulari numerum per
quam regulatur in opere istarum distinctarum et ordinatarum
et quantum ad hoc omnes res et ista et alia posteriores sunt
in numero que est ista discreta licet secundum modum existendi ista
sit prior et principium non tamen secundum viam regulandi et
ex secundum viam regulandi in operatione debet aliquid ex sit
principium exemplare ex exemplar regulat operationes ideo quan-
titas discreta que est numerus est principium exemplare et non ista
Q° 8ª. Ce . . . sextum questionem sic proceditur
et videtur cum quantitatem expectat hoc scilicet principium exemplare re-
rum et ostenditur ex continue quantitati et non discrete que
est numerus ex sic habetur in libro physicorum numerus resultat ex
decisione continui sed omne ex resultat ex alio est pos-
terius eo ergo numerus est posterior quam continuum sed prius
magis debet esse principium exemplare quam posterius ergo con-
tinuum magis debet esse principium exemplare quam numerus. Ad
oppositum illud in genere quantitatis est exemplar rerum
quod est ratio ordinandi vel discernendi et distinctionis o-
perationis agentis hec autem est quantitas discreta que
est numerus et non continua ergo quantitas discreta que est
numerus debet esse principium exemplare omnium et non quan-
titas continua. Secundo ad hoc dicendum est quod exemplaria Q°
habent potius intentionem quantitatis discrete que est nu-
merus quam quantitatis continue et causa huius est ex numerus
maxime abstrahit et maxime est communis omnibus rebus
et ratio distinctionis rerum et ex iste sunt proprie rationes et
conditiones ipsius exemplaris ideo numerus vel quantitas discreta
que est numerus potius habet naturam et rationem exemplaris
quam continua quantitas. Ad rationem in contrarium dicendum est quod
duplex est numerus quidam enim numerus universalis abstrahens ab omni
ista et ab omni re et talis numerus est exemplar universale omnium re-
rum. Alius autem est numerus in istis non abstrahens et talis
a continuo non separatur sed sequitur continuum et divisionem continui
et iste numerus est duplex sive dupliciter est consideratus uno
modo prout ex continuo resultat et ex divisione eius et hoc
modo posterius est eo nec est principium rerum exemplare. Alio
modo consideratur iste numerus prout ad mentem agentis reductio-
nem effectuum refertur ex continuo et hoc modo prius est effec-
tibus et hoc modo est principium exemplare rerum. Q°
Ce . . . quartam questionem sic proceditur et videtur quod anima cognoscat Q° 9.
per numeros et ostenditur quod sic omnis ista que distincte et secundum
ordinem operatur operatur secundum exigentiam rationis distinc-
tionis et ordinationis rerum. Sed anima est huius modi ergo operatur
secundum exigentiam illius rationis distinctionis et ordinatio-
nis rerum hec autem ratio numerus est. Ergo anima cognoscit secundum
exigentiam numerorum anima ergo cognoscit per numeros. Ad oppo-
situm cognitio intellectiva est per vera rerum principia sed numeri
non sunt vera rerum principia immo quiditates rerum et prin-
cipia quantitatum sunt vere rerum principia ergo cognitio intellec-
tiva non sit per numeros. Ad hoc dicendum est quod Plato po-
suit animam cognoscere res per numeros posuit enim numeros
esse principia rerum exemplaria sicut dictum est et ex cognitio
intellectiva fit per exemplaria rerum ideo posuit quod
anima cognoscit per numeros cognitione intellectiva et eo
modo quo sunt exemplaria cognoscit anima res per illos
et secundum viam istam concedimus rationem que ostendit quod a-
nima cognoscat per numeros. Ad rationem in contrarium dicendum est quod ad
cognitionem anime requiruntur tria primum est ista cognoscens
et hec est anima. Secundum est illud quo fit cognitio et hec sunt
exemplaria vel species rerum que existunt in anima. Terci-
um est modus existentie rerum exemplarium in anima et
modus secundum quem anima dirigitur in cognitione et
operatione rerum per exemplaria et hic modus in anima
est numerus vel ratio et proportio numeralis cognoscit ergo anima
per numeros non quia sunt vera rerum principia sed quia dicunt
modum existentie exemplarium in anima per que anima cognos-

est et ducit directionem anime in cognitione et operatione sua per illa exemplaria.

Con. 6. ¶ Contra septimam conclusionem sic proceditur et queritur utrum anima sit numerus et ostenditur quod sic. Omnis substantia operans secundum ordinem et directionem operatur per illud quod est ratio discretionis et ordinis. hoc autem est numerus. ergo operatur per numerum. Illud ergo quod est principium regulationis operationis in homine est numerus vel habens naturam numeri in se. hoc autem est anima. ergo anima vel est numerus vel habet naturam numeri in se. ¶ Secunda ratio hec est. anima habet conformitatem cum omnibus principiis quia omnes res cognoscit ex principiis. Item principia omnium habent naturam principiorum et exemplarium et in quantum sunt exemplaria habet anima conformitatem cum illis principiis et sunt in anima sed principia exemplaria vel numeri. ergo anima est numerus per illa vel in se habet naturam numeri. ¶ Ad oppositum omnis numerus vel omne habens naturam vel intensionem numeri habet partibilitatem sed anima est simplex et indivisibilis et impartibilis cum sit substantia spiritualis. ergo anima nec est numerus nec habet intensionem numeri.

Sol. ¶ Ad hoc dicendum est quod plato posuit animam esse numerum quia posuit similitudines rerum esse in anima et posuit animam habere similitudines et exemplaria rerum per cognitionem et quia substantia habens exemplaria habet illa sub ratione numeri ut per illa cognoscat distinguat et ordinet ideo posuit plato animam habere in se naturam numeri non quia essentia anime esset numerus sed quia per numeros operatur et conformatur cum illis in operando. Numerus autem est duplex. est quidam numerus numeratus et hic dicitur res numerate distincte et discrete. Est autem alius numerus qui est numerus numerans et hic est duplex. unus est numerus numerans quo anima numerat res et hic dicitur esse numerus exemplarium per que anima dirigitur in suis operationibus. ¶ Alius est numerus numerans qui distinguit et discernit res in sua operatione et talis numerus numerans est in ipsa anima et ita anima est numerus numerans operans per numeros quibus numerat res numeratas. Cum autem dicitur anima est numerus numerans hoc est predicato accidentis. anima non operatur secundum regulam exemplarium que sunt in ipsa que habent rationem et intensionem numeri et quia denominatur anima a suis operationibus ideo anima denominatur ut dicatur numerus numerans. Aristoteles autem improbat hanc opinionem ac si plato poneret animam esse numerum qui est quantitas hoc autem non est verum. quia anima non est numerus nisi per accidens quia scilicet ipsa anima est numerus numerans per numeros quibus numerat res numeratas hec autem sunt exemplaria rerum per naturam illorum dicitur esse numerus quia per illa operatur distincte et ordinate et ideo appellatur numerus per illa quia per illa numerat res numeratas. ¶ Ad rationem in contrarium dicendum quod in anima sunt duo scilicet substantia anime. Secundum est operatio anime que est cum distinctione et ordinatione. quantum autem ad substantiam non habet intensionem numeri quia simplex est et indivisibilis et contra ad hoc improbat aristoteles. quantum autem ad operationem suam que est distincta et ordinata habet naturam numeri. et intensionem quia distincte et ordinate non potest operari nisi secundum regulationem et rationem numeralem quam in se habeat hec autem est ratio exemplarium et hec operatio anime est partibilis et divisibilis.

Con. 8. ¶ Contra septimam conclusionem et ultimam sic proceditur et queritur utrum anima sit numerus seipsum movens et ostenditur quod sic. Omnis substantia que in suis operationibus primo dirigit se et dirigendo se dirigit alia distincte et ordinate secundum exemplaria numeralia in ipsa retenta est habens rationem numeri. que est ratio dirigendi et ratio ordinandi et discernendi et secundum illam rationem seipsam movet in ordinando et dirigendo sed anima est huiusmodi. ergo anima primo dirigendo se movet et ordinando se per exemplaria que habent rationem numeri. omnis autem talis substantia est numerus seipsum movens ergo etc. ¶ Secunda ratio est ista. proprium est substantiarum spiritualium supra seipsas reflecti et quanto spiritualior est substantia tanto plus reflectitur supra se et in ordine et in operatione. sed anima intellectiva est substantia spiritualis ergo supra se reflectitur in ordine et in operatione ordinata. omnis autem talis substantia seipsam dividit et ordinat et movet ad opus ergo anima se ipsam dirigit et ordinat et movet ad opus reflectendo supra se sed anima non dirigit se neque discernit nisi secundum rationem numerorum ut probatum est et omnis talis substantia habet naturam numeri seipsum moventis ergo anima habet naturam numeri seipsum moventis. ergo anima est numerus se ipsum movens. ¶ Ad oppositum omne mobile est partibile sed anima est impartibilis ergo non est mobilis ergo non est numerus se ipsum movens. ¶ Secunda ratio hec est oportet motorem et mobile distare situ. ergo si anima movet se distat a se secundum substantiam hoc autem falsum est. ergo anima non movet se ergo anima non est numerus seipsum movens.

Sol. ¶ Ad hoc dicendum est quod anima seipsam movet secundum motus ordinatos in cognitione et operatione qui sunt motus spirituales et non movet se motu corporali sed spirituali unde dirigit se in suis exemplaribus que habent proportiones numerorum et excitat se discrete et ordinate. per illa et ideo dicitur discrete et ordinate se ipsam movere. Et ita sub ratione numeri se movet et propter hoc dicitur anima esse numerus seipsum movens. Aristoteles autem improbat hanc opinionem ac si plato poneret animam moveri motu corporali. Non ponit autem plato quod moveatur motu corporali sed motu spirituali in directione supra seipsam unde sicut per numerum seipsum cognoscit et diligit et se in suis operationibus regulat et dirigit ita anima se ipsam cognoscit et diligit et se ipsam in suis operationibus dirigit et regulat et ista directio dicitur motus proprius anime per quem dirigendo

se dicitur movere seipsam sed differt in primo et in anima quia in primo non differt sua substantia et sua operatio. In anima autem differt, patet quod quando anima dicatur esse numerus seipsum movens quia dirigit se et excitat discrete et ordinate ad suas operationes et extrema que sunt in ipsa et ita secundum naturam numeri se dirigit. Hec autem directio est motus spiritualis et ideo anima dicitur numerus seipsum movens motu spirituali et concedo rationes hoc probantes. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod motus corporalis debetur substantiis corporalibus et tali non movetur anima. Motus autem spiritualis debetur substantiis spiritualibus incorporalibus et tali movetur anima qui motus superius appellatur excitatio quedam. Ad secundam rationem dicendum quod duplex est motus, scilicet corporalis et spiritualis. In motu autem corporali verum est quod oportet motorem et mobile distare situ et in tali motu quanto plus distat motor a mobili tanto sufficientius movet. In motu autem spirituali qui est motus reflectionis sive supra se indigendo se et regulando non est hic distantia motoris a mobili sed quanto minus in tali motu distat motor a mobili tanto magis se cognoscit et diligit et ordinat et adaptat et excitat ad operationem. Unde quanto anima magis est sibi presens tanto magis se cognoscit et diligit et dirigit et reflectitur super se dirigendo se. Hec autem directio et reflectio spiritualis est motus spiritualis quo dicitur anima moveri.

Lc. xiij.

**Anaxagoras autem videtur quidem alterum dicere animam et intellectum sicut diximus prius et cetera**

Prosequitur philosophus secundum ordinem superius memoratum opiniones philosophorum et intentione presenti prosequitur quinque opiniones secundum quas dividitur textus presens in quinque partes. In quarum prima recitat opinionem Anaxagore. In secunda recitat opinionem Thalis. In tertia recitat opinionem Dyogenis. In quarta recitat opinionem Eracliti. In quinta recitat opinionem Alcmeonis. Hec autem est divisio huius partis. Circa opinionem Anaxagore tria facit philosophus. Primum est quod posuit intellectum et animam idem esse sicut superius determinatum est. Secundum est quod quamvis ponat intellectum idem esse cum anima tamen ponit intellectum nobiliorem et ponit ipsum esse principium omnium que sunt asserens ipsum esse simplicem et immixtum et purum et dicit simplex quia omni caret compositione per se et per accidens, immixtus quia est omnino abstractus, purus quia nulli rei tali fecit commixtione vel concretionis passivus et hunc intellectum posuit Anaxagoras omnia movere disponere et ordinare ponens ipsum principium ordinationis rerum mundanarum. Hunc autem intellectum solum deum credidit quod notum est excelsum super omnia videntem et hoc tangit cum dicat et cetera. **Utitur autem utrique sicut una natura et cetera**

Tertium autem est quod tangit circa predictam opinionem quod Anaxagoras attribuit intellectui predicto cognitionem et motum asserens ipsum omnia movere. **Videtur autem Thalis ex quibus reminiscuntur et cetera.** Post opinionem Anaxagore ordinat philosophus opinionem Thalis qui attribuit motum anime et concordat cum Anaxagora in duobus: in uno quia ponit animam et intellectum esse idem et in alio quia ponit omnium intellectum movere. Erravit autem quia posuit intellectum coniunctum omnibus et intellexit de intellectu creato. Dicit ergo quod videtur Thalis sive Melitus dicere per ea que prius sunt rememorata quod anima et intellectus movet omnia et si adamas ferrum attrahat hec attractio est per virtutem anime et intellectus. **Dyogenes autem sicut et alteri quidem aerem et cetera.**

In hac parte tangit philosophus opinionem Dyogenis ponentis animam esse aerem subtilissimum et primo tangit opinionem eius dicens quod Dyogenes et multi alii sequentes ipsum posuerunt animam esse aerem subtilissimum qui est principium omnium corporum. Secundo cum dicit **Propter hoc cognoscere quod est movere et cetera**

Tangit rationem sue opinionis dicens quod anima propter naturam aeris cognoscit et movet sed dicitur differenter. Quia secundum quod aer est omnium aliorum principium anima propter ipsius naturam cognoscit cum res cognoscuntur per principia. Secundum quod aer est subtilissimus et semper in motu existens continuo anima per ipsius naturam est motiva. Ratio autem sic formatur: omne illud quod est maxime cognoscitivum et motivum est ex eo quod est principium rerum per quod res cognoscuntur et quod est subtilissimum quod maxime competit motui; sed anima est huiusmodi et aer est tale principium; ergo anima est ex aere. **Eraclitus autem principium esse dicit vaporem et cetera.** In hac distinctione recitat philosophus opinionem Eracliti ponentis animam esse ex vapore et primo tangit eius opinionem dicens quod Eraclitus opinabatur animam esse ex vapore subtilissimo et incorporalissimo qui semper in continuo fluxu existit ex quo universa corpora dixit esse constituta. Secundo cum dicit **Que vero moventur mobili cognosci et cetera.** Tangit rationem sue opinionis. Dicebat enim Eraclitus quod omnia que sunt in motu continuo per mobile per quod sunt continuum motum cognoscuntur sed omnes res sicut ipse credidit et multi alii sunt in motu continuo ergo per mobile predictum cognoscuntur. Vapor autem est huiusmodi ergo res per vaporem cognoscuntur sicut per suum principium sed ex illo est anima per quod res cognoscuntur et sit constituta ex principiis per que res cognoscuntur; ergo anima est ex vapore et iterum formatur ratio Eracliti talis ratio: omne maxime motivum et maxime cognoscitivum est ex eo quod est continui motus et causa cognitionis omnium mobilium sed anima est huiusmodi et vapor est huiusmodi principium ergo anima maxime est

ex uapore. **Sunt autem et huius alme-**
**on de anima opinari uisus est et**
**cetera.** Hic tangit opinionem almeonis ponentis a-
nimam esse immortalem propter continuationem sui motus asserens
illud esse perpetuum quod semper et continue mouetur. Primo ergo recitat
opinionem eius dicens quod almeon opinatur sicut et alii de hoc
qui posuit animam diffiniri per motum et dixit ipsam esse in-
mortalem. Deinde tangit causam sue opinionis dicens
quod dixit ipsam esse immortalem quia comparauit uidelicet immor-
talibus et hec immortalitas inest ipsi anime propter ea quod semper mouetur.
unde ei inest immortalitas sicut illis que semper mouentur propter motum con-
tinuum. Res enim diuine in continuo et sempiterno sunt motu
sicut sol et stelle et totum celum et celum et partes eius. Vidit
enim almeon quod celum celum quod est in continuo motu et partes eius
habent perpetuitatem propter continuationem sui motus eodem modo cre-
didit animam esse immortalem propter continuationem sui motus. Et est
ergo sua ratio talis. Omne quod est in motu continuo est perpe-
tuum et immortale. Sed anima est huiusmodi ergo est perpetua et in-
mortalis. **Magis autem grossiores et**
**aquam quidem contulerunt sicut**
**ypus et cetera.** In hac ultima parte recitat opinionem ypi
et sequentium ipsum et omnium aliorum ponentium animam habere
naturam humoris et per humorem habere naturam aque. et diui-
ditur ista pars in partes tres in quarum prima recitat opinionem ypi et
sequentium eius qui asserebant animam habere naturam humoris san-
guinis spermatici qui est principium generationis. In secunda. ibi
in hac. **Alii autem sanguinem quemad-**
**modum critias et cetera.** Tangit opinionem ponentium
animam consistere ex natura sanguinis qui est principium et fun-
damentum uite et sensus. In tercia. ibi hac. **Omnia**
**enim elementa iudicem acceperunt**
**preter terram.** Quia a diuersis opinionibus philosophorum
posita est anima habere elementorum diuersorum naturam quidam enim posu-
erunt ipsam habere naturam ignis. quidam aeris. quidam aque
sic uertitur in dubium quare non tangitur opinio ponens ipsam ha-
bere naturam terre ostendit quod nullus philosophus iudicauit animam
participare naturam terre propter grossitudinem terre et subtilitatem anime.
Hec est diuisio huius partis. Circa primam partem procedit philosophus
hoc modo primo tangit opinionem ypi et aliorum similiter opinan-
tium dicens quod philosophi grossiori modo procedentes in suis o-
pinionibus dixerunt animam habere naturam aque sicut posuit
ypus et multi alii. Secundo autem tangit rationem opinionis ipsorum
cum dicit **Suadere enim uidetur**
**ex genitura et cetera.** Hec est ratio talis. Omne
quod est generatum existens principium generationis in uiuentibus generatum
est ex illo quod est principium generationis omnium uiuentium. Sed anima
est huiusmodi ergo est ex tali principio. tale autem principium est humi-
ditas spermatica. Sed talis humiditas habet naturam aque quia aqua est o-

mnium corporum grossiorum humidissima ergo anima habet naturam aque. Ter-
cio tangit modum secundum quem ypus reprehendit alios dicentes a-
nimam habere naturam sanguinis cum dicit **Et nam**
**que arguit sanguineam animam esse et**
**cetera.** Ypus enim arguebat alios ponentes animam habere na-
turam sanguinis dicens quod illo non constat anima ex quo non est
genitura. Sed ex sanguine non est genitura ergo ex sanguine non
est anima. Ponebat enim sperma non habere naturam humiditatis
sanguinee sed aquose. Consequenter aggreditur opinionem ponentium
animam habere naturam sanguinis dicens quod alii philosophi po-
suerunt animam esse sanguinem sicut posuit critias et se-
quaces ipsius et ratio opinionis ipsorum fuit talis quod illius natura
est anima per quod est sensus et uita. Sed sanguis est huiusmo-
di quod nature sanguinis est anima. uita enim stat per calidum
et humidum huius autem nature et complexionis est sanguis et ideo
consumato sanguine finitur uita posuerunt sanguinem uite
et sensus et ideo posuerunt animam habere naturam sangui-
nis rationem autem hanc tangit cum dicit **Plurimum**
**sentire anime magis proximum opina-**
**tes et cetera.** Rationabilior autem fuit hec positio
eo quod sanguis in quo stat sensus et uita dicit esse a-
nimam et magis est zp ponere animam hoc quam aquam
propter naturam generationis. Consequenter aggreditur partem tertiam dicens
quod dicta est positio ponentium animam ignem et ponentium eam
aerem et ponentium eam aquam non tangitur autem opi-
nio ponentium ipsam esse terram eo quod nulli philosophorum iudica-
uerunt animam habere naturam terre nisi illi soli qui posuerunt
ipsam esse uniuersaliter ex omnibus iiii. elementis uel ex aliis omni-
bus principiis rerum propter similitudinem quam habet cum omnibus in cog-
noscendo. isti enim per consequens posuerunt ipsam habere naturam
terre. Causa autem propter quam non posuerunt ipsam habere
naturam terre est grossities terre que multum habet de materia et
parum de specie et subtilitas anime. Et sic terminatur expositio huius
partis.

Circa partem istam queruntur iiii. questiones. Prima est
utrum intellectus qui est motor uniuersalis omnium sit omnia in
omnibus sicut multi decepti crediderunt. Secunda est utrum
anima moueat omnia sicut posuit thales. Tercia est
utrum adamas attrahat ferrum per uirtutem anime. Quarta
est que sit hec uirtus attractiua. Questiones

Circa primam questionem sic proceditur et queritur utrum intellectus
qui est motor uniuersalis omnium sit omnia in omnibus ut Quod sic.
in igne sicut forma ignis et ut in entibus sit forma et
natura. In uiuentibus autem sit anima uel uita. In in-
tellectualibus autem sit intellectus ut dicatur quod res ni-
chil aliud sint quam primum multiplicatum et ut di-
catur quod uniuersitas rerum sit ipsa creatoris multi-
tudo et ostenditur quod sic. Omne illud quod ab aliquibus participatur

rebus secundum diffinitionem essentiales illarum rerum per quas sunt res id quod sunt est principium essentiale constitutivum omnium que sunt in illo genere. Sed primum est huiusmodi respectu universitatis rerum, ergo primum est principium constitutivum omnium rerum essentiale. Maior patet, aliter enim quod participatur ab omnibus aliis per diffinitionem constitutivas eius et principium essentiale convenit aliis et idem cum quo convenit in quolibet. Minor patet quia triplex est genus rerum, scilicet quedam res entes, quedam viventes, quedam intelligentes, et secundum ista tria participatur creator a creaturis: est enim ens et vivens et intelligens, et per idem esse participatur creator ab omnibus entibus; per vitam autem participatur ab omnibus viventibus; per intellectum vero ab intellectualibus. Cum ergo ista recipiantur in creaturis per que participatur creator ab illis, necesse est quod primum sit principium in entibus entis et ita natura vel forma, et in viventibus sit principium vite et ita anima, et in intellectualibus sit principium intellectus. Cum ergo non sint plura rerum genera, patet quod primum est omnia in omnibus, nec est aliud ergo universalitas rerum quam illud primum multiplicatum. Secunda ratio hec est. Sicut scribitur in libro de causis prima rerum creatarum est esse et eius latius est omnibus rebus, et communius est eis super animam et super sensum et super intellectum, et dicit commentator ibi quod eius est vehementissime adherentie quia cum omnibus adheret, et hoc est quia pluribus adheret communius est. Sed primum quod est motor omnium est supra omne ens et communius est omni enti creato, ergo est vehementioris adherentie quam aliquod ens. Sed omne principium quod est maxime adherentie omnibus maxime est idem. Sic ergo eius est idem cum omni ente per essentiam, et est omnia in omnibus creatis, quia eius in homine idem est quod homo et in ligno idem est quod lignum, et sicut universale idem est cum quolibet singulari, verbi gratia homo idem est quod sortes, eodem modo primum principium in quolibet est idem cum quolibet, ergo est in homine homo et in bruto brutum vel eius principium, et sic de aliis, ergo primum est omnia in omnibus, ergo universalitas rerum est ipsum primum multiplicatum. Tertia ratio hec est: omne illud per quod eius esse est esse omnium, et esse est esse omnium, et per quod est vitam est vita omnium, et per quod est motum est motor omnium, et per quod est intellectum est intellectus omnium, universaliter est principium esse in entibus et principium vite in viventibus et intellectus in intellectualibus. Sed causa prima est huiusmodi, ergo est essentiale principium omnium istorum increatis. Sed omne tale principium est idem cum omnibus in quibus est, ergo primum est idem cum omnibus creatis, cum sit eorum essentiale principium, ergo est omnia in omnibus. Minor scribitur in libro de causis que talis est: Omnis sententia est per eius primum et omnes res vive mote sunt per vitam primam et res habent scientiam per intelligentiam primam, et dicit commentator quod hoc est quia causa omnis dat causato suo conditiones suas quas recipit, et dat vitam causa prima suis causatis et motum, et vita est processio ex ente primo quieto sempiterno, et per hoc datur scientia rebus scientibus quia primum est sciens influens scientiam super omnes res. Sed in hac triplici differentia complectuntur omnes res, scilicet in ente, vivente et intelligente, ergo cum sit principium esse in entibus est forma vel natura in illis, et cum sit principium vite in viventibus est anima in illis, et cum sit principium scientie in intellectualibus est intellectus in illis, et non sunt plura genera rerum, ergo est omnia in omnibus. Resultat ergo opinio eorum qui posuerunt quod primum in entibus et mobilibus sit forma vel natura, in viventibus anima, in intellectualibus intellectus. Ad oppositum: omne illud quod est principium intrinsecum in omnibus recipit diversitatem secundum eorum diversitatem, quia diversorum diversa sunt principia, sicut dicit aristoteles. Sed primo non accidit diversitas, ergo non est principium intrinsecum et essentiale omnium, ergo non est natura in entibus et anima in viventibus nec intellectus in intellectualibus, ergo non est omnia in omnibus. Secunda ratio hec est: omne principium intrinsecum rerum dependet quodam modo a materia et a re composita. Sed primum nullo modo ab illo dependet, quia omne quod est dependens est incompletum in illis; autem tale est primum simpliciter, ergo primum non esset primum simpliciter; hoc autem est falsum, ergo primum nullo modo dependet a rebus, primum ergo non est omnia in omnibus. Tertia ratio hec est: duplex est principium: quoddam est coniunctum mobili et est principium, aliud autem est non coniunctum. Item principium coniunctum duplex est, quia quoddam est distensum, sicut forma ignis distensa est per ignem que est principium motus in igne, aliud autem est non distensum, sicut anima. Et autem quod est coniunctum et distensum accidit insufficientia operationis et insufficienter movet illud; autem quod non est distensum, quamvis sufficienter moveat illud in quo est, coartatur tamen ita ad movendum illud quod aliud non potest movere. Si ergo primum esset idem in omnibus et principium intrinsecum, cum ubi esset distensum et coartatum, quia in illis in quibus esset forma esset distensum et coartatum, in illis autem in quibus esset vita esset anima et sic esset coartatum licet non distensum. Sed in primo non est ponere aliquam coartationem nec aliquam distensionem, immo absolutum est primum ab omni coartatione et distensione et dependentia, ergo primum non est idem cum omnibus, ergo non est omnia in omnibus. Quarta ratio hec est: sicut scribitur in libro de causis prima causa regit omnes res preter quod commisceatur eis, et causa huius est quia regimen debilitat virtutem eius que est exaltata super omnem

rem. Et hoc est quia causa prima est unitas seiuncta a rebus que regit eas et est fixa stans in sua unitate pura que est regens omnes res et influens super eas supra eas virtute sua secundum possibilitatem earum. Regimen autem debetur rei separate ab eis que regit, sicut regimen debetur regi sine commixtione cum servis, quare regimen debetur cause prime sine commixtione cum rebus. Sed principia omnium rerum commixta rebus ipsis commiscentur, et ideo quia sunt eadem cum rebus ipsis commiscentur. Quod intellectus primus omnia regit et movet, ideo est commixtus omnibus, quod non est omnia in omnibus.

Solutio. ¶ Solutio. Ad hoc dicendum quod intellectus universaliter movens omnia est principium omnium in omnibus, unde est principium esse in entibus et vite in viventibus et est principium intellectus in intelligentibus. Nec tamen est omnia in omnibus, unde ipse non est esse in entibus sed est principium esse in entibus, et sic de aliis. Unde multiplicatio principiorum rerum non facit multiplicationem in creatore a quo exeunt, sed ipso existente uno et indivisibili exeunt ab ipso multa, et tamen influit omnibus entibus esse et viventibus vitam et motum et intelligentibus intellectum sine aliqua idemptitate et dependentia cum eis et sine commixtione aliqua. Et ita non est omnia in omnibus, sed est principium omnium que sunt in omnibus, et concedende sunt rationes que ostendunt quod non sit omnia in omnibus creaturis. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod participatio est duplex. Quedam enim est participatio secundum communitatem essentie, et hoc modo omnia que sunt in genere sive participant illum, et hoc modo participatur forma ab omnibus formis sub ipsa contentis. Et hec participatio non est participatio creatoris a creaturis, sed est illa participatio secundum quam intellectus participatur ab intelligentibus et ratio esse ab entibus et ratio vite a viventibus, loquendo de illis prout sunt in creatis. Est alia participatio que est secundum influentiam, et hec est participatio in creaturis a creatore. Sicut enim omnes res entes assimilantur creatori in esse et viventes assimilantur ei in vita et intelligentes assimilantur ei in intellectu, sicut creator entibus influit esse et viventibus vitam et intelligentibus intellectum. Et una est influentia, illorum receptio autem influentie diversa est, unde in entibus influit motum mediante natura, in viventibus vitam mediante anima, in intelligentibus intellectum vel scientiam mediante intellectu. Et sic creature participant creatorem solum secundum influentiam quia influit eis quod sunt, non tamen participant ipsum participatione que est per essentiam. Prima vero participatio, scilicet illa que est participatio essentie, ponit idemptitatem inter participantia et participatum, unde omnes sive participantes illum sunt eedem cum illo. Secunda autem participatio que est participatio influentie non ponit idemptitatem inter participantia et participatum, sed ponit diversitatem inter ea cum proportione aliqua similitudinis. Et hoc modo participant creature creatorem. Assimilantur enim ei omnes creature, sed hec non est assimilatio participationis in essentia sed influentie solum, et est hec assimilatio cause ad effectum sicut assimilatio patris filio. Sicut enim ad effectum non tamen essentia patris applicatur filio, sic est de creaturis respectu creatoris. Nec tamen omnino est simile de patre respectu filii et de creatore respectu creaturarum, quia pater per decisionem seminis a se generat et producit filium, creator autem sine ulla sui decisione producit creaturas vel creat. Et sic patet quod licet participetur a creaturis participatione influentie, non tamen est idem in essentia cum illis nec est omnia in omnibus, nec principia eorum intrat quia solum influit illis quod habent. Et intelligendum est quod hec omnia influit et operatur intellectus, unde per intellectum influit vitam in omnibus viventibus et per intellectum influit motum et esse omnibus, et per intellectum influit intellectum et scientiam intelligentibus. Et ita per eandem operationem hec omnia influit et operatur. Posuerunt tamen quidam quod deus in quantum natura est influit esse et motum entibus, in quantum autem vivens influit vitam in viventibus, in quantum autem intelligens influit intellectum intelligentibus. Hoc autem ponere est erroneum, quia dico quod omnia influit et operatur per intellectum, et per intellectum principium est omnium in omnibus, unde per eandem operationem que est intelligere operatur, sicut anima influendo vitam et sicut natura influendo motum et sicut intellectus influendo intellectum. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod non est simile de ente et de primo. Duplex enim est communitas et prioritas. Quedam enim est prioritas et communitas participationis, et hoc modo ens prius est et communius omni re quia participatur ab omnibus rebus creatis, et hec prioritas et communitas universalitatis secundum participationem quam habet ens facit quod ens sit omnia in omnibus, et quod contrahatur secundum diversas differentias rerum, sicut in entibus contrahitur per differentias entium, in viventibus per differentias viventium, in intelligentibus per differentias intelligentium, unde vivens nichil aliud est quam ens contractum per differentiam vite quia vivens est ens habens vitam. Et ita est omnia in omnibus creatis. Est autem alia prioritas et communitas que est secundum causalitatem et non secundum participationem essentie, et hoc modo dicitur primum esse communius et prius, scilicet secundum causalitatem et universalitatem quia est causa universalis et communis omnium, non tamen est communis in natura altera. Et hec communitas secundum causalitatem est idem quod communitas secundum participationem influentie quia causa influit supra suum causatum. Hec autem communitas et universalitas non ponit idemptitatem in essentia illa cum eis a quibus participatur, sed prima et idem licet ens sit idem cum omnibus entibus contractum per differentias entium, non tamen primum est idem cum

omnibus rebus causatis. Sic est omnia in omnibus. ¶ Ad hoc quod dicitur quod mutator quia eius est uehementissime adherentie, dicendum quod aliquid dicitur esse uehementioris adherentie duobus modis. Uno modo quantum ad participationem omnium rerum quia scilicet omnis res participat ipsum et ideo ipsis uehementer adheret et hoc modo eius dicitur esse uehementioris adherentie quia hoc modo immediatius inheret omni rei alio modo dicitur esse uehementioris adherentie quantum ad influentiam et conseruationem et non quantum ad participationem essentie et hoc modo dicitur esse uehementioris adherentie quia super omnia influit conseruando ipsa. Unde scribitur in libro fontis uite quod uoluntas prima est ligans formam cum materia. Prima autem uehementia adherentie ponit in participatione essentia eius quod adheret omnibus quibus adheret et ponit illud esse omnia in omnibus illis. Secunda autem non. Prima autem conuenit enti. Secunda autem conuenit prime cause et ideo causa prima que est motor uniuersalis omnium non est omnia in omnibus. ¶ Ad tertiam rationem dicendum est quod principium uite et esse et intellectus in entibus et uiuentibus et intelligentibus est duplex. Quoddam est particulare intrinsecum sicut anima est particulare principium intrinsecum uite in uiuentibus et intellectus intelligendi in intelligentibus et natura principium esse et motus in entibus et tale diuersificatur secundum diuersitatem rerum differentium numero et specie et tale non est unum sed plura. Est aliud principium illorum quod est uniuersale primum effectiuum uite et intellectus et esse quod est principium primum particularium principiorum et tale est principium uite et intellectus in omnibus manens unum et idem, firmum per essentiam non dependens ab illis sed separatum et tale non est idem cum omnibus et tale est primum. Unde non influit uitam quia sit anima illi in quo influit uitam nec intellectum quia sit illius intellectus cui influit nec esse quia sit natura illi cui influit esse sed influit supra animam que dat uitam et influit supra naturam que dat esse et motum et influit etiam supra intellectum et ita non contrahitur secundum contractionem et diuersitatem rerum nec multiplicatur et ideo non est omnia in omnibus.

Q° 1ª ¶ Consequenter secundam questionem sic proceditur et queritur utrum anima moueat omnia et ostenditur quod sic. In quocumque est appetitus in eodem est sensus et cognitio et ita anima. Sed omnia corpora mouentur per appetitum. Graue enim mouetur deorsum quia appetit locum deorsum et similiter leue mouetur sursum quia appetit locum sursum. Ergo omnia corpora mouentur per animam. ¶ Secunda ratio hec est, sicut dicit Aristoteles in octauo physicorum, ubi auctoritate Anaxagore: natura que est principium ordinationis partium uniuersi est intellectus distinguens res et ordinans. Et in suis situbus proprijs eas disponens. Sed per illam naturam mouentur grauia et leuia que est principium ordinationis et dispositionis partium uniuersi in suis situbus proprijs. Ergo grauia et leuia mouentur per intellectum et ita per animam. Omnia ergo corpora mouentur per animam. ¶ Ad oppositum anima solum mouet corpora organizata que sunt diuerse nature in partibus et in toto. Hec autem natura non est in omnibus corporibus scilicet quod sint diuerse nature in partibus et in toto et quod sint organizata. Ergo non omnia corpora mouentur ab anima. ¶ Secunda ratio hec est. Anima est motor sufficiens quia est distans a mobili per essentiam. Sed multa sunt corpora que non habent motores sufficientes sicut sunt corpora grauia et leuia. Ergo multa sunt corpora que non mouentur ab anima. Non omnia ergo corpora mouentur ab anima.

¶ Ad hoc dicendum est quod Anaxagoras posuit omnia moueri ab intellectu et intellexit de motore uniuersali omnium qui omnia regulat et mouet et est extra omnia sicut discussum est superius et ipse hoc bene posuit. Sed ponentes omnia habere animam sicut ponentes adamantem attrahere ferrum per uirtutem anime crediderunt quod in omnibus esset anima per motum ordinatum et per electionem quam habent res naturales ad illas res quas mouent secundum quam electionem adamas eligit ferrum quod moueat. Isti autem male [illegible]
posuerunt. Unde non est dicendum quod anima moueat omnia corpora et 2°
quod omnia corpora moueantur ab anima quia non omnia perficiuntur ab anima sicut ab intellectu. Mouentur tamen ab intellectu uniuersali primo. Sed de hoc non intelligimus quia ille est motor uniuersalis regulans motores particulares. Sed intelligimus quod non omnia corpora mouentur ab anima tamquam motore suo proprio et speciali et particulari et concedimus rationes hoc probantes. Sola enim corpora organica sicut animata corpora ab anima mouentur et non alia. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod duplex est appetitus scilicet naturalis et animalis. Naturalis appetitus in omnibus corporibus est et per illum mouentur omnia corpora grauia et leuia ad suos situs proprios et talis appetitus non est ab anima sed a natura. Animalis autem appetitus non est [illegible] nisi in corporibus animatis que sunt homines et bruta et talis ab anima est et per talem non mouentur omnia corpora grauia et leuia ad suos situs et de isto uerum est quod ubi est appetitus ibi est sensus. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod duplex est motor scilicet uniuersalis et hic est extra et hic est intellectus qui diuersas res ad diuersa dirigit et hic illius est principium ordinationis rerum uniuersi in situ suo et hic est intellectus quem posuit Anaxagoras mouere omnia. Sed hic non est intellectus anime. Est autem alius motor particularis. Hic in grauibus et leuibus natura est, in animatis anima, et natura in grauibus et leuibus non mouet secundum cognitionem sed regulatur a motore uniuersali secundum cognitionem qui est intellectus uniuersalis primus.

¶ Consequenter tertiam questionem sic proceditur et queritur utrum adamas Q° 2ª

Q° 3ª

per virtutem anime attrahat ferrum, et ostenditur quod sic. Omnis motus qui fit secundum electionem alicuius elementi inter diversa est a virtute cognoscitiva cuius est res eligere; sed attractio secundum quam adamas attrahit ferrum est huiusmodi quod secundum electionem attrahit ferrum; unde posito ferro cum auro attraheret ferrum eligendo partes ferri; ergo attractio huius est per virtutem anime; ergo adamas per virtutem anime attrahit ferrum. Secunda ratio hec est: sicut dicit Avicenna, omnis motus qui fit secundum oppositas partes est ab anima; sed adamas attrahit ferrum et movet secundum diversas partes et secundum oppositos situs; ergo motus ille est ab anima; ergo per virtutem anime est hoc quod adamas attrahat ferrum. Ad oppositum: virtus anime solum est in corpore organico quod est alterius nature in partibus et in toto; sed adamas non est alterius nature in partibus et in toto sed eiusdem; ergo in adamante non est virtus anime; ergo adamas per virtutem anime non attrahit ferrum. Dicendum ad hoc dicendum est quod quidam philosophorum posuerunt adamantem trahere ferrum per virtutem anime, et causa huius fuit quia in adamante est virtus sufficiens in attractione ferri et etiam virtus electionis per quam ferrum inter omnia metalla eligit, et propter virtutis anime hoc facere ideo posuerunt quod attractio ista fiat per virtutem anime. Dicendum autem est quod hec attractio non est per virtutem anime sed per virtutem nature, et postea declarabitur. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod electio est duplex: quedam est que est a virtute cognoscitiva; alia est a virtute nature per quam natura dat aspectum corporis ut virtutem suam ad aliam rem dirigat. Prima electio est ab anima et a virtute anime; secunda autem non, sed est a natura, et talis secunda est in adamante; ideo dicendum est quod adamas attrahit ferrum non per virtutem anime sed per virtutem nature. Ad secundam rationem dicendum est quod motus ad opposita est duobus modis: uno modo est motus ad opposita propter imaginationem diversorum, et hoc modo motus est ab anima. Alio modo est motus ad opposita et diversa propter existentiam corporis in diversis sitibus ad quos attrahit aliud corpus super quod innititur, et hoc modo adamas ferrum attrahit ad diversos situs, scilicet si ponatur in dextra parte ferrum attrahit ad dextram; si ponatur adamas in sinistra parte attrahit ad sinistram partem. Hec autem attractio vel motus ad diversa non est a virtute anime sed a virtute nature.

Consequenter queritur sic procedendo: utrum illa virtus per quam adamas attrahit ferrum virtus illa sit virtus alicuius quatuor qualitatum. Et ostenditur quod sic. Sicut habetur in libro de generatione, actio et passio debentur elementis per naturam elementorum; sed metalla mixta sunt ex elementis vel ex elementis et habent naturam elementorum; ergo eis debetur actio et passio per naturam elementorum; sed adamas est mixtum; ergo virtus illa per quam adamas agit in ferrum attrahendo ipsum est virtus elementorum; ergo cum elementa competunt ad suas qualitates et per illam virtutem fiat operatio, necesse est ut illa virtus sit alicuius quatuor qualitatum. Ad oppositum, sicut dicit Avicenna, adamas attrahit ferrum a tota specie; illa autem species non est alicuius quatuor qualitatum, sed illam acquisivit in permixtione quatuor qualitatum, et per virtutem consequentem illam formam attrahit ferrum; ergo illa virtus per quam adamas attrahit ferrum non est virtus alicuius qualitatum. Ad istud in contrarium dicendum est quod actio debetur alicui duobus modis: uno modo tamquam primo principio et principali, et sic erit actio imaginationis vel et hoc modo debetur actio forme complete. Alio modo debetur actio alicui tamquam instrumento in imaginationis et generationis, et hoc modo debetur corpori propter qualitatum in quibus primo et principaliter radicatur generatio. Corpora tamen omnia ultra illam actionem habent speciales operationes et sibi proprias quas non exercent mediantibus qualitatibus sed mediante sua forma completiva et virtute consequente illam. Sic autem est in adamante: huiusmodi enim operatio que est attrahere ferrum est ei propria, et ideo competit ei gratia sue forme completive et virtutis illius forme per quam differt adamas ab aliis corporibus. Hec autem actio non est actio in via generationis corporum et generationis, sed est ei appropriata per suam naturam et formam suam specificam que est propria.

**Diffiniunt autem omnes tribus, ut est dicere motu, sensu et incorporeo et cetera.** Tex. xiiii.

Postquam complevit philosophus suam narrationem et opiniones philosophorum diversimode opinantium de anima, et omnes ipsorum opiniones in quibus diffiniebant animam per motum et sensum et per utrumque, asserebant animam ex rerum principiis constitutam et secundum principiorum exigentiam ipsam ponebant movere et sentire, sicut patet in omnibus opinionibus superdictis, ideo in hac parte reducit omnes opiniones ipsorum ad naturam principiorum ex quibus animam constitutam asserebant, et hec pars spectat ad presentem lectionem. Divisio. Recipit autem hec pars divisionem in partes quatuor, in quarum prima reducit intentionem omnium philosophorum ad principia rerum ex quibus animam constitutam ponebant. In secunda, scilicet ibi: **Anaxagoras autem solum impassibilem dicit intellectum et cetera,** tangit diversitatem opinionis Anaxagore ad opiniones aliorum propter quam primo ab opinionibus ipsorum exclusit. In tertia, scilicet ibi: **Quicumque autem contrarietatem faciunt et cetera,** tangit ponentium convenientem ad ponentes ponentium animam esse ex rerum principiis que asserunt animam constitui

ex contrariis principiis cum principia sint contraria. ¶ In quarta ibi: **Hec quidem igitur tradita de anima dicta sunt et cetera** ¶ ponit ultimo epilogum predictorum. ¶ Hec est divisio huius partis. ¶ Circa primam partem procedit philosophus hoc modo. In illa particula ultima proponit. Primum est reductio intentionum philosophorum ad principia ex quibus animam constitui dicebant. Dicit igitur quod omnes diffinientes animam per ea scilicet per motum et sensum et incorporeitatem que ponunt ipsam simplicem et incorpoream et omnes reducunt intentiones suas ad principia. Secundum autem quod ponit est modus secundum quem reducitur eorum intentio ad principia. Dicit igitur quod propter diffinientes animam in cognoscendo ponunt ipsam esse ex principiis aut esse ipsa principia unum ponentes aut multa vel contraria aut ipsorum unum concludens scilicet anaxagoras sicut postea patebit et hoc tangitur cum dicit: **Unde etiam cognoscendo diffinientes ipsam et cetera.** ¶ Tertium autem est ratio opinionis ipsorum et est talis: omnis substantia cognoscitiva habet naturam et similitudinem cognitorum. Sed anima est huiusmodi. Igitur anima habet naturam et similitudines cognitorum. Sed res cognoscuntur per similitudines suorum principiorum. Igitur anima habet similitudinem principiorum rerum in cognoscendo et sic cum diffinitur anima per cognitionem omnium, cognitio autem omnium fiat per principia ipsorum et similitudines, anime diffinitio que per cognitionem ad principia reducitur et eodem modo intelligendum est de motu. Hec autem ratio tangitur cum dicit: **Dicunt enim simile cognosci simili et cetera.** ¶ Quartum autem est diversitas intentionis ipsorum et est talis. Omnes enim philosophi ponentes unum solum principium ponunt animam unius solius principii habere naturam sicut qui ponunt ignem aut aerem esse principium ponunt animam esse ignem aut aerem. Et idem est de aliis principiis. Qui autem ponunt plura principia ponunt eam esse plura et hoc tangitur cum dicit: **Hinc ex quidem igitur unam dicunt eam et elementum unum et cetera.** ¶ Consequenter accedit ad secundam partem in qua tangit opinionem anaxagore quem primo excepit et primo tangit ipsius opinionem sive intentionem dicens quod anaxagoras dixit solus solum intellectum esse impassibilem et cum nullo habere communitatem et a nullo habere dependentiam et cum nullo habere commixtionem. ¶ Secundo cum dicit: **Huiusmodi autem quomodo cognoscet neque ipse dixit et cetera.** ¶ reprehendit ipsum ex insufficientia dicens quod non habemus determinatum ab anaxagora secundum quem modum intellectus intelligit. Nec hoc manifestum est ex eis que ab ipso sunt dicta. ¶ Huius autem habitis accedit auctor ad tertiam partem in qua tangit propositionem contrarium ad positiones ponentium animam esse ex rerum principiis que ponunt animam esse ex contrariis eo quod principia sunt contraria et in illa parte duo proponit. Primum est quod philosophi qui ponebant principia rerum esse contraria posuerunt animam esse ex contrariis cum sit ex principiis rerum et diversitate sunt qui posuerunt multa principia contraria posuerunt ipsam esse ex multis contrariis. ¶ Qui autem ponunt unam contrarietatem ponunt ipsam esse alteram partem contrarietatis sicut calidum aut frigidum et sic de aliis contrariis. Secundum autem quod tangit est quod adaptant naturam ipsi anime secundum diversitatem contrarietatis secundum quod videbant anime competere contrariorum competentiam. Unde ponebant quidam eorum ipsam esse talem hac ratione. Omne vivum quod est principium vite habet naturam talis in quo stat vita. Sed anima est huiusmodi. Igitur anima habet naturam talis. Alii imponebant nomen frigiditatis ei propter inspirationem et respirationem et temperamentum caloris naturalis. Quod principium est frigiditas et ratio talis est. Omne quod est principium vite et conservationis vel est habens naturam illius quod est causa inspirationis et respirationis et temperamenti caloris naturalis per que conservatur et consistit vita. Sed anima est huiusmodi et frigiditas est [illegible] qualitas que est cum predictarum operationum. Igitur anima habet naturam frigiditatis. Unde apud grecos infrigidatio que provenit ex anhelitu dicitur ysargi hoc est anhelitus et ab hoc denominabant animam frigiditatis naturam habentem cum sit principium inspirationis et respirationis frigiditas in quibus vita consistit cuius anima est causa. ¶ Ultimo autem ponit ultimo epilogum omnium predictorum dicens quod ea que dicta sunt determinata sunt circa opiniones philosophorum et tacte sunt cause propter quas predictas opiniones crediderunt et sic declarata intentio huius partis et terminatum est hoc capitulum in quo philosophorum opiniones recitantur. **Laudetur autem deus cuius nomen est gloriosum et sublime.**

¶ Circa partem alteram queruntur questiones. ¶ Prima est ¶ Questiones

¶ Prima est utrum anima habeat conformitatem cum omnibus rebus an cum corporalibus solum. ¶ Secunda est utrum habeat conformitatem cum omnibus entitatibus. ¶ Tertia est utrum entia sint omnium corporum principia sicut dixit empedocles. ¶ Quarta est utrum concordia et discordia sint principia rerum. ¶ Quinta est utrum amor sit principium operativum rerum.

¶ Circa primam questionem sic proceditur et queritur utrum anima habeat conformitatem cum solis rebus corporalibus sicut cum entitatibus aut cum rebus omnibus et ostenditur quod solum cum rebus corporalibus sicut cum entitatibus et cum entitatis conformitas enim anime intellective cum rebus est per cog- ¶ Questio I.

nitionem

Sed cognitio anime intellectiue dependet a sensu. sensus autem
dependet a proportionibus organorum. proportiones autem organorum ab
elementis. ergo sensus recipit elementa. ergo sensus habet proportionem
cum illis solum. Sed intellectus sequitur sensum. ergo cum solis elemen-
tis et elementatis cum sint ex elementis habet intellectus conformita-
tem. ergo cum solis corporibus habet anima conformitatem. ¶ Secunda
ratio hec est. anima est substantia corpori alligata quantum ad operati-
onem. Sed omnis substantia corpori alligata sequitur naturam corporis in
suis operationibus. ergo cum operatio anime sit cognitio anima sequitur
naturam corporis in sua cognitione. ergo cum illis habet solum
conformitatem ex quibus corpus est et ad que habet corpus
conformitatem. corpus autem habet conformitatem cum elementis. ergo anima
solum habet conformitatem cum elementis. ¶ Et confirmatur hec
ratio in hunc modum. quia secundum motum humorum mouentur
operationes anime. Sed humores mouentur secundum motum
elementorum. ergo operationes anime mouentur secundum motum
elementorum. ergo anima cum elementis solum habet proportionem et
conformitatem in sua operatione. ¶ Ad oppositum duplex
est uirtus. Quedam est coartata organo corporali sicut
uirtus sensibilis et talis cognoscit solum formas cor-
porales. Alia autem est non coartata sicut uirtus intellecti-
ua que non coartatur organo et talis nata est extendi
ad res corporales et non corporales. ergo uirtus intellectiua na-
ta est extendi ad res corporales et non corporales. Sed cum
omnibus illis rebus habet uirtus intellectiua conformitatem
ad quas nata est extendi sua cognitio. ergo uirtus intelle-
ctiua habet conformitatem cum rebus corporalibus et incorporalibus
ergo non habet conformitatem cum elementis solum. ¶ Secunda ratio
hec est. quanto eis habet anima maiorem conformitatem quibus
magis assimilatur anima in essentia et in operatione cum
substantiis spiritualibus et maxime cum deo ad cuius similitudi-
nem facta est sicut dicit augustinus. ergo maiorem habet conformita-
tem cum substantiis spiritualibus quam cum corporalibus et ita non est so-
lum cum formis substantiis corporalibus que sunt elementa
¶ Ad hoc dicendum est. quod anima habet conformitatem cum omnibus
rebus. Sed duplicem habet anima conformitatem. una est per
representationem specierum et hanc habet cum omnibus rebus
quia species omnium nata est recipere tam corporalium quam spiritua-
lium uel essentias et hoc dico propter primum et substantias corporales et
ita hoc modo non solum habet conformitatem cum substantiis corpora-
libus. Est autem alia conformitas anime per participationem in-
tensionis uite et intellectus et hanc maxime habet cum
rebus spiritualibus que maxime uiuunt et intelligunt.
Conformitatem autem per participationem esse habet cum omnibus sub-
stantiis spiritualibus et corporalibus et ita patet quod non habet
solum conformitatem cum substantiis corporalibus sed et spiritualibus
et concedimus rationes ad hoc. ¶ Ad primam rationem in contrarium
dicendum est quod uirtus intellectiua habet duplicem statum. scilicet
statum inferiorem respiciendo res inferiores et quantum
ad istum statum sequitur sensum et hoc modo solas substantias corpora-
les respicit et cognoscit et dirigitur in cognitionem spiritualium per
corporales et hoc modo habet proportionem cum corporibus et maxime
cum elementis quorum proportionem sequitur sensus. Intellectus
autem quantum ad istum statum sequitur sensum et hoc modo
non habet intellectus proportionem et conformitatem cum substantiis
spiritualibus nisi per accidens. scilicet per corporales eo modo quo cogno-
scit et dirigitur in cognitionem spiritualium per corporales eo modo habet
conformitatem cum spiritualibus. habet iterum intellectus alium statum scilicet sta-
tum superiorem per quem respicit res superiores et substantias superio-
res creatas et quantum ad istum statum habet maxime confor-
mitatem cum substantiis spiritualibus et per illas cum corporalibus
et per illas respicit substantias corporales et dirigitur in cognitionem
substantiarum corporalium per illas. ¶ Ad secundam rationem patet quod
per hoc dicendum. quia illa ratio procedit secundum statum inferiorem ipsius
intellectus quo anima alligata est corpori et sensui non secundum
statum superiorem quo substantias respicit superiores spirituales
¶ Consequenter secundam questionem sic proceditur
et queritur utrum anima habeat conformitatem cum elementis et ostenditur
quod sic. ¶ Omnis forma corporis mixti ex quatuor elementis habet confor-
mitatem cum quatuor elementis quia resultat ex illis. Sed anima est
forma corporis mixti ex quatuor elementis. ergo habet conformitatem cum
quatuor elementis. ¶ Ad oppositum. Duplex est substantia scilicet corporalis et
spiritualis. corporali autem substantie debetur distensio per membra. illi
autem tali debetur cognitio sicut motus sufficiens ita quod
moueat sufficienter. Sed anima habet cognitionem et est
substantia spiritualis et mouet sufficienter. ergo anima non est substantia
corporalis. si non est substantia corporalis ergo cum elementa sint corporalia
non habet conformitatem cum elementis. ¶ Secunda ratio hec est
omne quod habet conformitatem et naturam essentialem cum e-
lementis mouetur per motum elementorum. ergo si anima haberet conformi-
tatem cum elementis moueretur et mouere secundum exigentiam
et motum elementorum. Sed motus elementorum est ad unam partem. ergo
anima mouetur ad unam partem. hoc autem uidemus esse
falsum quia anima mouet ad omnem partem. ergo anima non
habet conformitatem cum elementis. ¶ Solutio. ad hoc dicendum est quod
philosophi posuerunt animam participare naturas elementorum propter
cognitionem. Posuerunt enim quod similitudines elementorum exis-
tunt in anima et omnium similiter et ideo appellauerunt
eam similitudinem omnium. hec autem conformitas anime cum e-
lementis est duplex. una scilicet per se et alia per accidens. per se est
illa quam habet anima cum elementis per representationem similitu-
dinum eorum ipsi anime que cognoscit ea. Per accidens autem
est illa quam habet anima cum elementis secundum exigentiam corporis
secundum quod in quolibet organo est diuersum elementum secundum cuius
exigentiam et proportionem anima operatur per organum
unde anima non operatur sicut sentit per oculum nisi illud quod
habet naturam dyaphani perspicui et lucidi propter hoc quod
oculus est ex aqua et aere que habent naturam perspicuitatis

Sic ergo patet quoniam anima habet proportionem cum elementis et non est ponere quod habeat conformitatem cum elementis participando naturas elementorum ita quod ex illis sit composita et constituta. Sed habet conformitatem cum illis per representationem sperarum et quia ad operationem mediantibus organis in quibus dominantur elementa per que operatur anima et quia ratio prima ostendit quod habet conformitatem cum elementis ita quod ex illis sit constituta ideo ad illam respondendum est. Ad rationem in contrarium dicendum est quod duplex est forma corporis mixti. Una est que est forma mixtionis et hec resultat ex elementis sicut est forma lapidis. Est autem alia que est forma addita mixtioni et super mixtionem sicut anima et talis non resultat ex elementis. Sed hec est duplex. Quia quedam est a natura et habet radicationem in materia et ducitur de potentia materie ad actum per operationem nature non tamen habet aliquam partem sue essentie que sit corporalis et hec est sicut anima vegetativa et sensibilis. Alia autem est a principio extrinseco et hec non habet radicem in materia sed solum infusa est in materia et non ducitur de potentia materie ad actum per operationem nature.

Q° 3. Circa tertiam questionem sic proceditur et queritur utrum elementa sint principia omnium corporum et quia non est hoc dubium de corporibus inferioribus mixtis ideo queritur utrum sint principia corporum superiorum et ostenditur quod sic. Omnis habens diversitatem in partibus secundum maiorem participationem speciei et minorem est composita ex principiis quorum quedam habent magis de specie quedam minus. Sed corpora superiora sunt huiusmodi ergo sunt composita ex illis principiis quorum quedam habent magis de specie quedam minus. Sed hec principia sunt elementa sola inter naturas corporales ergo corpora superiora sunt composita ex elementis. Minor patet quia sol est diversus a stellis quia magis habet de specie. Una autem stella diversa est ab alia quia habet magis de specie unde cognoscitur diversitatem in partibus celi secundum maiorem et minorem participationem speciei. Et hec ratio confirmatur in hunc modum quia quidam posuerunt stellas causari ex aere purissimo et solem ex igne velud (?) autem partes celi constare ex aere et terra. Ad oppositum omne compositum ex elementis est compositum ex contrariis sed omne tale natum est dissolvi dissolutione que est a contrario ergo omne compositum ex elementis natum est dissolvi dissolutione que est a contrario. Sed corpus celeste non est ita natum dissolvi ergo non est ex elementis. Item si celum esset compositum ex elementis haberet aliquas partes congelatas aquosas. Sed quod congelatum aquosum natum est dissolvi a calido ergo partes aquose quas haberet dissolverentur a calido hoc autem est inconveniens in corpore celesti cum nullo modo sit dissolubile a contrario nec in toto nec in partibus. Secunda ratio hec est omne compositum ex elementis movetur secundum exigentiam elementorum ergo si corpus celeste esset compositum ex elementis moveretur motu et exigentiam elementorum. Sed elementa moventur motu recto et finito ergo celum non moveretur motu circulari et infinito sed motu recto et finito hoc autem est quod aliquis (?) est inconveniens planum. Ad hoc dicendum est quod opinio fuit quorundam philosophorum quod corpora superiora essent composita ex elementis hoc autem propter omnino falsa et erronea tamen sunt quod materia et forma sua que omnino habet separationem a natura elementorum et omnis generationis. Et concedimus rationes ad hoc inductas. Ad rationem in contrarium dicendum est quod diversitas in partibus alicuius accidit tripliciter. Uno modo a diversis principiis constituentibus et hoc modo accidit diversitas partium in elementatis propter diversum elementorum. Alio modo est diversitas in partibus alicuius secundum maiorem aggregationem et minorem in alia specie et hoc modo est diversitas in partibus celi que sunt stelle. Stella enim est lux aggregata in suo orbe et ideo est diversitas stellarum secundum maiorem et minorem aggregationem in alia specie natura lucis. Tertio modo est diversitas in partibus alicuius a parte causantis ordinantis vel secundum operationem et hoc modo habent stelle diversitatem quelibet enim habet proprium effectum et propriam operationem unde dicit Avicenna quod celum est principium multarum operationum et effectuum ideo multas habet stellas per quas diversa operatur et diversos producit effectus et quia hoc habet celum a causante scilicet quod sit principium multarum operationum ideo hanc diversitatem stellarum secundum viam istam et partium habet a creante sic ordinante ipsas.

Q° 4. Circa quartam questionem sic proceditur et queritur utrum concordia et discordia sint principia et ostenditur quod sic. Omne illud per quod unitur forma materie est principium esse quia ex unione forme cum materia resultat esse. Omne autem quod est principium separationis forme a materia est principium destructionis esse vel sed per concordiam unitur forma cum materia per discordiam autem se disiungitur forma a materia ergo discordia et concordia sunt principia rerum. Secunda ratio hec est. Sicut in maiori mundo ita est ita est in minori mundo. Sed in maiori mundo sunt elementa contraria adinvicem et quando separatur anima a corpore quodlibet illorum petit locum proprium et dissolvuntur elementa hec autem dissolutio non fit nisi propter discordiam quia quodlibet cum elementum appetit salutem suam et quia non habet salutem cum contrario nisi teneantur per concordiam ideo petit quodlibet corporis dissolutionem illo separato quod illa tenet in minori mundo et hoc est anima. Item non sunt in corpore simul nisi propter proportionem et concordiam quam dat eis anima ergo et ita est in maiori mundo. Item sicut generatio unius est alterius corruptio ita concordia est causa constitutionis mixti et causa destructionis simplicis quia concordia facit simplicia componi discordia autem causa generationis simplicis et causa destructionis compositi quia discordia destruit mixtum ex simplicibus et facit quodlibet illorum esse simplex ita

Q° 5.

ergo est in minori mundo et in minori ergo concordia et discordia sunt principia in maiori mundo sunt ergo principia rerum. ¶ Ad oppositum in libro generis illud quod est posterius est principium priorum. Sed accidens est posterius omni re ergo accidens nullius est principium. Sed concordia et discordia sunt accidentia ergo non sunt principia. ¶ Secunda ratio hec est. Et est argumentum aristotilis concordia et discordia solum sunt in rebus animatis in quibus est amor et odium ergo non sunt principia nisi rerum animatarum. Sed in aliis sunt generationes quam in animatis ergo concordia et discordia non sunt universalia principia rerum. ¶ Ad hoc dicendum est quod antiquo fuit philosophorum quod omnia exierunt ex elementis et posuerunt chaos esse constitutum ex elementis et ipsum esse principium universale omnium rerum et quia chaos confusum est posuerunt duo principia unum quod distinguit partes elementorum ordinans omnes res et hoc fuit intellectus. Aliud autem principium fuit a parte mobilium quod posuerunt per quod mobilia congregantur et segregantur et appellavit illa empedocles concordiam et discordiam. Concordia est per quam mixtum generatur et simplex corrumpitur. Discordia per quam simplex generatur et mixtum corrumpitur et dissolvitur. Dicendum autem est quod concordia et discordia non sunt proprie et vere principia rerum sed sunt annexa principiis rerum. Aliquid enim est principium unionis forme cum materia duobus modis uno modo sicut inducens formam cum materia et generans formam in materia et hoc modo est agens principium unionis forme cum materia. Sed illud quo formatur materie quod est annexum principiis et sic materia concordia et discordia sunt principia ex agente unito formam materie per ista principia que sunt que sunt concordia et discordia et per hoc solvuntur ingressum rationes primo quam aristotiles. ¶ Ad rationem autem dicendum est. Supple aristotilis quod concordia est duplex quedam est naturalis et quedam est voluntaria concordia autem voluntaria est in rebus animatis et de hac intellexit aristotiles et hanc non posuerunt philosophi esse principium nec discordiam sibi oppositam concordia autem naturalis est in omnibus rebus et non solum in animatis et hec est principium omnium rerum compositarum et discordia ei opposita et de hac non non intellexit aristotiles in probans hanc scilicet quod concordia non sit principium omnium rerum.

¶ Et quia iam eodem sic procedendum et queritur utrum amor sit principium omnium et ostenditur quod sic.

¶ Omne illud quod est conservans omnia in esse et ligans et principia omnium est causa et principium omnium. Amor est huiusmodi ergo amor est principium omnium. Maior patet et minor similiter patet per dyonisium dicentem amor est vis unificans infima summis et summa infimis et infima adinvicem. Amor ergo conservat omnia secundum proportionem rerum et uniones earum adinvicem. ¶ Secunda ratio hec est. ¶ Omne agens producens multa et conservans per suam influentiam sine spe recompensationis est agens per amorem et largitatem quia ille qui ita conservat et producit res multas et dirigit eas dirigit ipsas per motum amoris et largitatis. Sed agens primum est huiusmodi sicut dicit algazel dicens quod factor primus excelsus et sanctus largitivus est a quo emanat omne bonum et dicit quod vera largitas est conferre unicuique beneficium optimum sine spe recompensationis hoc autem modo factor primus largitivus est ergo cum factor primus sit principium omnium patet quod primum principium rerum est amor vel operans per amorem. ¶ Ad oppositum michi quod habet similiter accidentis ergo amor non est primum principium omnium.

¶ Dicendo ad hoc dicendum est quod multipliciter fuit positio philosophorum quidam posuerunt intellectum esse principium propter distinctionem eius in suis operationibus. Alii posuerunt principium rerum esse ideas propter rationem causarum et ordinationem et distinctionem rerum per exemplaria. Alii posuerunt amorem esse principium omnium propter unionem rerum ad invicem propter approximitatem ipsarum et iste amor fuit a parte rerum. Posuerunt etiam amorem esse principium omnium propter largitatem creatoris producentis et dantis bonitatem rebus sine spe recompensationis et iste amor fuit a parte largitatis creatoris et omnes hec posuerunt secundum diversas rationes et acceptiones. ¶ Supponimus tamen quod amor sit principium omnium efficiens producens omnia in esse quod tamen ostendit prima ratio et secunda loquendo de primo amore scilicet qui causatur a rebus. Sed loquendo de amore qui est a parte factoris primi ille amor est agens principium omnium. Rationes tamen ostendunt de alio amore quod sit omnium efficiens principium. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod illud quo uniuntur res et principia reducitur est unum quod sicut et hoc appellatur primum et operatur per amorem. Aliud autem est sicut dispositio habilitans res et principia rerum ad unionem et hic est amor naturalis ipsarum rerum secundum eorum proportionem. Ipsa uniuntur et talis amor non est principium agens illius unionis sed est dispositio habilitans res et principia rerum ad unionem. Item primum dicitur operari per amorem non quod sit amor sed quod habet modum amoris in operando secundum usum loquendi quod operatur sicut largus et diligens res et operans res sine spe recompensationis. ¶ Ex hoc patet solutio ad secundam rationem et ad tertiam que erant ad oppositum que probant quod non sit principium efficiens omnium rerum amor naturalis earum. Sed non probant quod non sit principium rerum habilitans res et earum principia et disponens ad unionem. Et de hiis in mathematicalibus disputabitur.

¶ Considerandum autem est hic primum quidem de motu etc. Lectio xv.

Certissimam narrationem et opiniones philosophorum diversimode de anima opinantium et etiam causas opinionum ipsorum. In hac parte intendit philosophus contra opiniones improbare ut maledicta ab ipsis abiciat, vidiciam autem inducat. Divisio. Recepit autem hec pars divisionem in partes duas. In quarum prima contradicit opinionibus ipsorum. In secunda autem in hac: **Quoniam autem cognoscere est anime et sentire et opinari adhuc concupiscere et cetera.** Inquirit de unitate activitatum et virtutum anime et partibilitatem et impartibilitatem ipsius et virtutum eius cuius partis terminatio in fine huius tractatus patebit. Prima autem pars recipit divisionem in partes duas. In quarum prima improbat opiniones ipsorum diffinientium animam per motum. In secunda in hac: **Tribus autem modis traditis secundum quos diffiniunt animam et cetera.** Improbat opiniones diffinientium animam per cognitionem. Et autem sit opinio diffinientis animam per utrumque simul cum istis improbatur et precipue in prima parte in qua improbatur opinio platonicorum dicentium animam esse numerum se ipsum moventem. Prima autem pars recipit divisionem in partes duas. In quarum prima improbat opiniones diffinientium animam per motum in universali destruens fundamentum intensionis omnium. In secunda in hac: **Quidam autem et movere dicunt animam corpus in quo est et cetera.** Improbat ipsorum opiniones in speciali. Prima autem pars recipit divisionem in duas partes. In quarum prima improbat opiniones ipsorum in universali destruendo fundamentum intensionis ipsorum. Et autem rationabiliter contingit ponere animam moveri non motu illo secundum quem movet corpus sed motu alio spirituali sicut motu representationis et receptionis specierum sensibilium. Infra in secunda in hac: **Animam autem maxime dicet aliquis et a sensibili moveri et cetera.** Inquirit quomodo in veritatem habeat primo ponens ipsam secundum predictum modum moveri. Prima autem harum partium spectat ad rationem presentem. Intendit igitur in hac parte philosophus improbare opiniones diffinientium animam per motum in universali destruendo fundamentum intensionis ipsorum. Recepit autem hec pars divisionem in partes duas. In quarum prima destruit principium in quo ipsorum fundatur intensio quod est quod omne movens necesse movetur. In secunda in hac: **Dupliciter autem cum moveatur omne aut enim secundum se ipsum aut secundum alterum et cetera.** Improbat ipsorum opiniones ulterius ostendens animam impossibile moveri. Prima autem pars recipit divisionem in duas partes. In quarum prima proponit intensionem suam. In secunda in hac: **Fortassis autem non solum falsus et cetera.** Prosequitur propositum. Secunda autem pars principalis recipit divisionem in partes duas. In quarum prima ostendit animam nullo motu moveri. In secunda in hac: **Quoniam autem anima videtur movere corpus et cetera.** Ostendit animam non moveri illo motu quo corpus movetur cum magis contrarius ei videatur. Prima autem pars recipit divisionem in duas partes. In quarum prima assignat distinctionem eius quod movetur per se aut per accidens ex qua suas rationes elicit ut nulla suas fundet rationes ut scilicet ex ista distinctione procedat et in ambiguo non laboret. In secunda in hac: **Duplici autem dicto quod movetur nunc intendamus de anima.** Inducit tres rationes ad ostendendum animam nullo modo per se moveri secundum quarum numerum illa pars habet tres partes. Divisionis recollectio. Sunt igitur in ratione presenti partes quinque. In prima proponit philosophus quod intendit. In secunda destruit principium in quo fundatur intensio philosophorum diffinientium animam per motum. In tertia assignat distinctionem eius quod movetur ut ex eius suppositione procedat. In quarta inducit tres rationes ad ipsorum opiniones improbandas ostendens animam per se carere motu. In quinta ostendit animam motu corporis per se non moveri. Hec autem est divisio huius partis. **Sentencia prime partis est.** In prima parte sic procedit philosophus proponens suam intensionem et dicens quod intendit omnino primo prosequendum de illis qui diffiniunt animam per motum. Consequenter ostendit intensionem ipsorum fundari super falsitatem dicens quod non solum falsum est, immo ponens animam esse talem moventem se ipsam sicut ipsi posuerunt aut potentem se ipsam movere. Sed etiam impossibile est dicere ipsam solum simpliciter moveri sive a se sive ab alio ut per motum diffiniatur et in esse constituatur. Deinde interimit illud in quo fundatur intensio ipsorum dicens quod sicut primo dictum est impossibile est sermo asserens omne quod movetur simul participare motum. Consequenter destruit eorum opiniones et primo dividit modos eius quod movetur dicens quod quod movetur dupliciter aut per se sicut illud quod proprio motu movetur. Et in motu eius in quo est aliud autem movetur per accidens sicut illud quod movetur per existentiam sui in altero et hoc modo movetur nauta secundum motum navis per accidens et ostendit quod motu navis movetur per accidens et non per se hac ratione. Omne quod per se movetur proprio motu movetur sed proprius motus hominis qui est motor est navita processivus qui attribuitur partibus organicis scilicet pedibus vel partibus et secundum istum motum non movetur in

navi quod in navi non movetur per se sed per accidens scilicet per motum navis qui non est proprius motus eius et hoc significat cum dicit

**Manifestum est autem in partibus et cetera.** Et notandum quod quod movetur dupliciter aut per se aut per accidens. Per se autem dupliciter aut enim per se et primo et sic totum aliquid movetur, aut per se non primo et sic manus ipso movetur. Per accidens autem dupliciter aut enim movetur quod per accidens et potest proprio motu moveri et sic movetur albedo nauta motu navis, aut movetur non tamen motu proprio potest moveri et sic movetur albedo vel quodlibet accidens motu suo sibi. Consequenter inducit rationes ad improbandum eorum opinionem. Et illa pars habet tres partes secundum tres rationes et prima accipitur ab ratione speciei motus. Secunda accipitur a comparatione motus localis naturalis ad violentum. Tertia accipitur a natura motus elementorum in relatione ad suo situ determinatos. Prima ratio incipit. **Dupliciter autem dicto quod movetur et cetera.** Secunda sic. **Amplius autem si natura movetur et violentia movetur et cetera.** Tertia sic. **Amplius autem si quidem sursum movetur ignis erit et cetera.** Circa autem primam rationem duo proponit. Primum enim ostendit quod anima non movetur motu essentiali locali. Secundum est quod non movetur motu accidentali sicut moventur accidentia quae in suis subiectis existunt. Dicit ergo quod postquam distinctum est quot modis aliquid movetur, inquirendum est secundum quem modum contingit animam moveri et formatur sua ratio hoc modo. Omne quod per se movetur participat aliquem quattuor motuum aut omnes aut plures eorum. Sed anima per se movetur sicut ipsi posuerunt. Ergo participat aliquem predictorum motuum aut omnes aut plures. Omne autem quod per se participat omnis motus aut unum per se participat motum localem. Maior autem probatur eo quod omnes alii motus fundantur in motu locali quia est primus et sine ipso nullus est aliorum. Minor autem patet quod supponebatur ex positione quod cum anima per se moveatur sicut ponebant philosophi ipsa per se movetur motu locali. Ex hoc sequitur quod cum omne mobile secundum locum sit corpus occupans locum quod anima sit corpus occupans locum quod est inconveniens. Deinde secundo cum dicit

**Si enim ista anime est movens secundum seipsam et cetera.** Ostendit quod anima non potest moveri motu accidentali et est sua ratio talis. Nichil quod seipso movetur secundum accidens movetur. Sed anima est huiusmodi sicut ipsi posuerunt. Ergo anima non movetur secundum accidens et ostendit quae sunt quae moventur secundum accidens dicens quod talia sunt sicut album et cubitum et ultimo omne accidens quod movetur motu suo sibi talia enim

moventur motu corporis quod est ipsorum subiectum et ideo cum unum quodque sic se habet ad motum sic se habet ad locum. Haec autem accidentia per accidens participant. Sed per oppositum omne quod per se participat motum per se participat locum. Sed anima cum naturaliter se ipsa moveatur per se participat motum, ergo per se ipsam participat locum quod falsum est. Averroys autem vult exponere quod Aristoteles intendit ostendere animam non moveri actu motu accidentali sed motu alterationis et motu augmenti et diminutionis eo quod isti motus per accidens sunt scilicet per motum subiecti. Sed motus convenit anime naturaliter et per se secundum philosophos et dicit quod alteratio est motus per accidens quia secundum ipsam moventur qualitates secundum motum corporis. Augmentatio autem et diminutio sunt motus per accidens quia in ipsis movetur totum per accidens quia secundum additionem et diminutionem partium et formatio rationis procedit secundum eundem modum quem primo ante dictus est. Consequenter assignat secundam rationem quae talis est. Omne quod movetur natura movetur violentia. Et omne quod quiescit natura quiescit violentia sicut patet in illis corporibus inferioribus gravibus et levibus. Sed anima movetur et quiescit natura secundum ipsos. Ergo movetur et quiescit violentia vel ad minus movetur violentia.

Conclusiones sunt quarum prima. Circa partem istam prima continentur plura. Prima conclusio est utrum sint solum tres species motus et utrum generatio et corruptio sint species motus quia si sic erunt plures species motus quam tres. Quod autem generatio et corruptio sint species motus sic ostenditur: vel naturales existunt in potentia ad formas substantiales et natura sunt ducenda ad actum. Hec autem ductio ad actum est per naturales operationes nature. Operatio autem propria nature est motus sicut habetur in physicorum. Ergo vel naturales ducuntur ad actum formarum substantialium ad hoc ut illas actu habeant per motum. Sed ad formas substantiales actu ducuntur per generationem et corruptionem quia per corruptionem abicitur forma prima et per generationem introducitur nova. Ergo generatio et corruptio sunt species motus. Secunda ratio hec est: omnis operatio nature que fit cum abiectione prioris et introductione alterius motus quia est cum priori et posteriori et hec est ratio motus. Sed generatio et corruptio sunt huiusmodi. Ergo generatio et corruptio sunt motus.

Ad oppositum: omnis motus est ab albo in album. Sed generatio et corruptio. Et a non album in album et econverso sicut vult Aristoteles in quinto et appellat album affirmative dictum non album autem appellat negative dictum. Ergo generatio et corruptio non sunt motus.

Questio

Ad hoc dicendum est quod natura habet duplicem operationem in generatione: unam que est media et aliam que est terminus. Illa que est media est alteratio formarum in generatione et hec est motus. Sed hec non est proprie generatio. Illa autem que est terminus est introductio forme in materia in summo disposita et hec est vere generatio et hec fit in tempore insensibili et hec est mutatio et non motus.

Conclusio secunda

Circa secundam conclusionem sic proceditur et queritur utrum omnis motus fundetur in motu locali. Et circa hoc queruntur plures questiones. Prima est utrum motus localis sit prior aliis motibus. Et ostenditur quod non, quia sicut se habet terminus motus ita se habet motus. Sed forma substantialis est terminus generationis, locus autem est terminus motus localis. Sed substantia prior est quam locus. Ergo motus ad substantiam qui est generatio et corruptio prior est quam motus ad locum. Item alteratio precedit generationem sicut habetur in libro de generatione. Ergo si generatio est prior quam motus localis, pari ratione alteratio est prior quam motus localis. Motus ergo localis non est prior omnibus aliis motibus. Secunda ratio est ista: unumquodque prius movetur ad esse quam ad conservationem. Sed alii motus ordinant mobilia ad esse unde sunt in via in esse. Motus autem localis ordinatur ad conservationem unumquodque movetur vel localiter ut conservetur in loco. Ergo priores sunt alii motus quam motus localis. Ad oppositum in quolibet genere completum precedit incompletum. Sed omnes alii motus sunt vel incomplete. Solus autem motus localis est vere completus. Ergo motus localis est prior aliis motibus.

Questio

Ad hoc dicendum est quod motus localis duobus modis consideratur: uno modo prout est in eodem cum aliis motibus, alio modo prout sunt in diversis loquendo. Ergo in diversis motus generationis et alterationis precedit omnes alios motus. Motus vero localis superioris corporis precedit omnes alios motus. Motus enim localis est regula omnium aliorum motuum. Secundum autem quod motus localis est in eodem cum aliis motibus distinguendum est quod prius natura duobus modis quia est prius in via generationis et in completionis et hoc modo motus localis non est prior quam motus alii quia prius movetur vel ad completionem quam ipsa completa moveatur. Est iterum prius in via completionis et perfectionis et hoc modo localis motus in eodem prior est aliis motibus quia perfectior est et completior aliis motibus. Item in eodem est motus localis prior aliis in via quantitatis quia omnia alia concomitatur et communis est omnibus. Ergo prior omnibus motibus in diversis. In eodem autem secundum viam in completionis posterior est aliis. Secundum autem viam completionis et quantitatis in eodem est prior aliis. Item motus localis prior est in generante aliis motibus quia quod generat movetur localiter.

Secundo queritur circa hoc quis est ille motus localis qui est prior aliis motibus utrum scilicet sit motus localis rectus aut circularis. Et ostenditur quod sit rectus: motus sequitur magnitudinem. Sed magnitudo linearis prior est magnitudine superficiei. Unde linea prior est circulo. Ergo motus localis rectus prior est quam motus localis circularis. Ille ergo motus localis qui est prior omnibus aliis motibus est motus localis rectus. Ad oppositum: ille motus est prior omnibus qui completissimus est inter omnes. Sed solus motus localis circularis est prior omnibus motibus. Secunda ratio est hec: solus ille motus est prior omnibus qui solus est continuativus et regula aliorum motuum et mensura. Sed solus motus localis circularis est huiusmodi sicut vult Aristoteles et non rectus. Ergo ille motus localis qui est prior omnibus aliis est motus localis circularis. Ad hoc dicendum est quod ille motus localis qui est prior omnibus est motus localis circularis quia ille est simplicissimus et continuus et regula et mensura omnium motuum sicut ostendunt rationes. Ad rationem in contrarium dicendum quod prius est duobus modis scilicet prius in via generationis et prius in via completionis. In via autem generationis prior est linea quam circulus. In via autem completionis figura circularis prior est omnibus aliis figuris quia completissima est et hoc modo motus localis circularis est completissimus inter omnes et quia completissimum est prius omnibus rebus singulis ideo in genere motuum prior est motus localis circularis quia completior est et regula omnium aliorum motuum. Hec autem est prioritas simpliciter et ideo est simpliciter prior.

Conclusio tertia.

Circa tertiam conclusionem sic proceditur et queritur utrum omne quod movetur moveatur violentia. Et circa hoc queruntur due questiones. Prima est utrum corpus superius moveatur violentia vel moveatur natura tamquam a principio intrinseco. Et ostenditur quod non: omnis motus secundum violentiam et naturam requirit duos terminos oppositos ad quorum unum naturaliter sit motus et ad aliud violenter. Sed hii termini oppositi solum sunt in motu recto qui est ab uno in aliud et non sunt in

motu circulari cum sint ab eodem in idem. ergo in motu circulari non est violentia sed solum naturalis motus. ergo cum corpus superius moveatur naturaliter motu circulari, patet quod non movetur per violentiam. ¶ Secunda ratio est ista: motus violentus est fortior in principio et debilior in fine, et hoc propter distantiam a principio violento; motus autem naturalis fortior est in fine et debilior in principio, et hoc propter distantiam eius a principio violento et ad proximitatem eius ad principium naturale. ergo in eis in quibus est huiusmodi natura quod est distantia a principio naturali et approximatio eius ad principium violentum vel econverso est motus naturalis et violentus; sed in solis corporibus inferioribus est hec natura et non in superioribus; et motus superiorum corporum est continuus et uniformis non habens intensionem et remissionem. ergo habet approximationem ad principium naturale quod movet continue et uniformiter et non ad principium violentum. ergo in motu corporum superiorum est natura movens et non violentia in movente. ergo corpora superiora moventur. ¶ Ad oppositum: omnis motus qui est cum resistentia mobilis ad motorem est cum violentia; sed motus primi circularis huiusmodi est, sicut dicit commentator in quarto physicorum. dicit enim quod motus celi resistit motori et situi eius, et propter illam resistentiam fit successio in illo. ergo motus circularis primi quod est motus corporum superiorum est violentus. ¶ Ad hoc dicendum est quod motus corporis celestis non est cum violentia, unde corpora superiora non moventur violentia; sed sola corpora inferiora que habent oppositos situs et transmutabilia sunt ad quietem moventur natura et violentia. unde que moventur ad situm competentem tunc moventur natura, que autem moventur ad situm contrarium tunc moventur violentia. in corpore autem celesti non est reperire istos situs oppositos, et ideo in corpore celesti non est violentia in movendo. movetur enim ab eodem in idem et non a termino opposito ad terminum oppositum. aristoteles autem cum dixit quod omne quod movetur natura movetur violentia intellexit de corporibus inferioribus; corpus autem celeste non est corpus quod moveatur tamquam a principio sufficiente movente, sed ab intelligentia movetur tamquam a principio sufficiente movente; natura vero est movens ipsum sicut principium inclinans ad motum, intelligentia vero sicut principium complens motum. concedende ergo sunt rationes que ostendunt quod corpus celeste non possit moveri violentia. ¶ Ad rationem in contrarium dicendum est quod resistentia mobilis ad motorem est duobus modis: uno modo quia quedam est resistentia que provenit a contrariis inclinationibus ad diversos situs secundum quos mobile natum est ad unum situm dirigi, et motor movet ipsum ad oppositum situm, et ideo resistit mobile motori, et hec resistentia facit motum violentum. alia est resistentia mobilis ad motorem que est a natura corporalitatis et probabilis(?) proveniens que facit successionem in motu et non efficit motum istum; est tamen mobile cum obedientia sibi motoris de natura sua et inclinationis mobilis ad motorem quod ducit ipsum motor ubi vult, et talis resistentia non facit violentiam in motu, et talis est in corpore celesti, et ideo corpus celeste cum violentia non movetur.

¶ Consequenter queritur sic procedendo et queritur quibus motoribus competat moveri ad motum mobilis et quibus non, et que est causa huiusmodi motus: utrum scilicet motoribus unitis mobili per essentiam conveniat. hoc et ostenditur quod sic. ¶ Omne quod unitur mobili per essentiam movetur ad motum mobilis, quia moventibus nobis moventur ea que in nobis sunt, sicut vult aristoteles; sed motor unitus mobili per essentiam est in mobili; ergo movetur ad motum mobilis. ¶ Ad oppositum: si omne movens unitum mobili per essentiam movetur ad motum mobilis, et si illa unio est causa quare motor movetur ad motum mobilis, ergo cum intellectus primus qui est motor universalis omnium sit existens in omnibus per essentiam sicut ostensum est, ergo movetur ad motum suum; hoc autem falsum est et inconveniens. ergo causa quare motor movetur ad motum mobilis non est quod unitur mobili per essentiam. ¶ Secunda ratio hec est: calidus movens aquas calefaciendo ipsas unitur aquis per essentiam, et tamen non movetur per motum aquarum. ergo motor unitus mobili per essentiam non movetur ad motum mobilis. ergo causa quare motor movetur ad motum mobilis non est unio eius secundum substantiam cum mobili; ergo debet poni alia causa huius motus; hec autem non est nisi dependentia motoris ad mobile. ¶ Ad hoc dicendum est quod motoribus unitis mobilibus per essentiam cum dependentia ab ipsis convenit solum ad eorum motum ipsa moveri. ¶ Et per hoc patet solutio ad rationes. causa ergo propter quam motor movetur ad motum mobilis est dependentia a mobili; causa autem propter quam motor movetur movendo est quadruplex, et non est necesse quod moveatur semper motu mobilis per movendo mobile.

¶ Consequenter queritur sic procedendo et queritur utrum necesse sit motorem et mobile distare situ et ¶ Contra hoc arguitur: conclusio octavi prima est ut motor et mobile distent per situm, et ostenditur quod non. statim est principium motus et status in eo in quo est, sic vult aristoteles. ergo statim secundum aristotelem est principium inchoationis motus; sed ultimum principium inchoationis(?) cum non distat ... per essentiam quia movet. ergo motor et mobile non distant per essentiam. ¶ Secunda ratio hec est: omnis forma corporalis alligatur materie, sed materie est moveri, forme vero movere. ergo forma corporalis movet naturam que est, sed forma corporalis non distat per essentiam a materia in qua est. ergo non est necesse motorem et mobile distare per essentiam. ¶ Ad oppositum dicit aristoteles in libro de anima in primo, quod dicit quod in naturalibus necesse est motorem et

mobile distare ista quo per locum ab anteriore differunt in ista.

Solo ¶ Ad hoc dicendum est quod duplex est motor. Quidam est qui non dependet a mobili per essentiam nec unitur mobili ratione dependentie, et talis motor distat et differt per essentiam a suo mobili. Alius est motor qui unitur mobili per essentiam, et hic est duplex, quia quidam est non distensus secundum distensionem mobilis, sed est hoc aliquid in se et substantia sufficienter movens, et talis est anima sicut videtur corporis, et talis motor distat per essentiam a mobili. Alius est motor qui est dependens a suo mobili et distensus secundum distensionem eius, et talis est sicut forma corporalis, et talis motor non distat a mobili per essentiam. Sed intelligendum est quod distantia est multis modis, quia quedam est distantia per essentiam secundum quam aliqua substantia fixa est in se et non dependens ab alia, sicut est unita, et hoc modo intelligentia distat a celo et motor ipsius, et hec est distantia independentie. Est alia distantia que est per recessum a distensione materie, et talis est in anima, quamvis unitur corpori, tamen est indistensa secundum distensionem corporis, immo est hoc aliquid et movet corpus, et hec distantia facit motores sufficientes in virtutibus suis. Tertia distantia secundum substantiam est differentie et essentie, et hoc modo cuilibet motori competit distare a mobili et differre secundum substantiam, et hoc modo forma corporalis distensa secundum distensionem materie distat a materia quam movet, scilicet diffinitione, quia aliam habet diffinitionem vel essentiam quam materia. Et sic patet quod omnes motores distant a mobilibus differentia tamen sicut visum est, et per hoc solvuntur rationes in contrarium.

Q°. ij. ¶ Secunda questio circa hoc est quis motor est magis sufficiens ad movendum, aut ille qui unitur mobili substantia et virtute, aut ille qui unitur mobili virtute solum. Et ostenditur quod ille qui unitur mobili substantia et virtute sit magis sufficiens quam ille qui unitur mobili solum virtute, quia continuatio motus est a virtute motoris, continuatio autem virtutis motoris est a substantia motoris, ergo unio motoris virtutis cum substantia mobilis facit virtutem continuam, ergo faciet motum continuum. Unio ergo motoris cum mobili substantia et virtute faciet motum magis continuum. Sed quanto motor facit motum magis continuum tanto est sufficientior, ergo motor unitus mobili substantia et virtute est magis sufficiens aliis motoribus. Et hoc videmus per experimentum: si enim motor in actu lapidis semper uniretur lapidi in movendo secundum substantiam, semper esset continuus motus. Sed cum removetur substantia motoris illius a lapide et remanet virtus illius in mobili, virtus illa evanescit et ita non potest motus continuari. Et ita si esset motor ille unitus lapidi substantia et virtute esset magis sufficiens. ¶ Secunda ratio hec est: nullus movet sufficienter in natura nisi hoc aliquid et actu ens, sicut habetur in octavo physicorum. Sed virtus non est hoc aliquid et actu ens nisi per comparationem ad substantiam motoris, ergo substantia motoris cum sua virtute unita mobili sufficientius movet quam sua virtus solum unita mobili, cum non sit sua virtus per se hoc aliquid. Et ita motor unitus mobili substantia et virtute est magis sufficiens quam motor unitus virtute solum. ¶ Ad oppositum sicut habetur in libro Fontis vite: quanto aliqua substantia est magis spiritualis tanto plurium operationum est principium et sufficientius operatur. Sed per remotionem et distantiam a materia est substantia spiritualis, ergo substantia quanto remotior est a materia tanto sufficientius operatur. Sed motor qui unitur mobili virtute solum est magis separatus a materia quam motor unitus mobili substantia et virtute, ergo motor unitus mobili virtute et non substantia sufficientius movet et operatur quam motor unitus mobili substantia et virtute.

Solo ¶ Ad hoc dicendum est quod unio vel distantia motoris cum mobili non est causa motus sufficientis vel insufficientis, sed dependentia vel independentia. Unde quamvis motor uniatur substantia et virtute non tamen propter hoc dicitur insufficienter movere, sed propter dependentiam dicitur movere minus sufficienter. Si minus sufficienter moveat quam aliquis motor similis qui sola virtute movet, dicatur sufficienter movere, hoc non est propter unionem virtutis solum, sed propter independentiam a mobili. Unde utrique motores sufficienter movent dum modo quod independentes sint. ¶ Ad rationes autem simul omnes dicendum est quod motor unitur mobili substantia et virtute solum dupliciter de causa. Una causa est propter quam motor unitur mobili substantia et virtute, scilicet propter suam independentiam et indifferentiam ad omnia, quia scilicet a nullo motus coarctatur et a nullo dependet, sed ad omnia equaliter se habet, et hoc modo creator qui est primus motor est in omnibus per essentiam et virtutem, et talis motor maxime sufficienter movet inter omnes motores, quia omnino independens est et a nullo, et est sine potentia limitata. ¶ Secunda causa est propter suam dependentiam, et hoc modo motores qui sunt forme uniuntur substantia et virtute mobilibus quorum sunt forme. Sed hoc contingit duobus modis, quia quidam motor unitur substantia et virtute quia dependet, non tamen est distensus, sicut est forma, tamen sed forma et substantia, et hoc modo motor qui est forma que est anima unitur essentia et virtute, et talis motor movet sufficienter illud in quo est quamvis uniatur uno quodam modo. Et non movet aliquod corpus sufficienter nisi illud cuius est forma quia ad ipsum coarctatur.

Q°. 6.

Talis autem motor propter suam dependentiam unitur ipsi et
virtute et est forma tamen et distensus per distensionem mo
bilis cuius est forma et talis propter omnimodam dependentiam
insufficienter movet quia omnino dependet a materia et ita unio
motoris cum mobili ipsa et virtute in quibusdam causa
est sufficientis motus. In quibusdam autem insufficientis. Iterum
motor unitus mobili virtute solum, set duplex quia uno
modo est motor unitus mobili virtute solum propter indepen
dentiam motoris a mobili corporali quia motor ille li
ber est a materia corporali et hoc modo intelligentia est motor
unitus suo mobili virtute solum et talis unio est
causa sufficientis motus in quibusdam autem insufficientis. Item
motor unitus mobili virtute solum est duplex quia uno modo
est motor unitus mobili virtute solum propter independentiam
motoris a mobili corporali quia motor ille liber est a materia
corporali et hoc modo intelligentia est motor unitus su
o mobili virtute solum et talis unio est causa sufficientis
motus. Alia est unio motoris cum mobili virtute solum
propter insufficientiam motoris in quo motu virtus moto
ris per recessum a motore debilitatur et hoc modo est
in jactu lapidis quia in illo motu non unitur motor
secundum substantiam lapidi mobili hoc propter impotentiam et insuffi
cientiam eius quia non est ita subtilis actionis quod pos
sit penetrare mobile ipsa set virtute solum et virtus
complet loco eius quod ipse debet complere et loco eius in
tali motu unio motoris cum mobili sola virtute est
causa motus insufficientis quia virtus illa que movet
non continuatur in mobili propter recessum a suo principio
que est ipsa motoris a qua recedit et separatur et
ita in quibusdam unio motoris cum mobili ipsa et virtu
te facit motum sufficientem et in aliis non est
causa unionis huiusmodi est independentia et dependentia
et coartatio motoris.

Q. 6. Consequenter queritur et quia utrum anima moveatur aliquo
modo motu locali et ostenditur quod sic. Corpus
ipsa movens secundum apprehensionem vel extiorus move
tur primo secundum exigentiam vel extiorus quam ad illam
corpus moveat set anima movet corpus ad locum
per apprehensionem loci ergo prius movetur aliquo modo ad
locum ad quem movet corpus quam ad ipsum corpus
moveat. Item cum movet corpus ad locum per ap
prehensionem movet se et dirigit se ad motum corporis
et dirigendo se movet et dirigit corpus. Omnis ta
lis vero ipsa movetur ab alio et movendo se movet
aliud ergo anima movendo corpus localiter movetur
aliquo modo motu locali ad minus secundum inten
tionem et estimationem. Secunda ratio hec est
sicut vult Aristoteles in septimo methaphisice omnis actio
nes reducuntur ad univocationem et dicit Averrois su
per hoc in undecimo quod vulnera que fiunt patienti
per corrigias in dorso reducuntur ad univocationem per inten
tionem quia vulnera que sunt in dorso sunt in mente
percutientis secundum intentionem set anima movet corpus et in
fluit motum super ipsum ergo hec influentia reducitur ad u
nivocationem set hoc non potest esse nisi ad minus anima parti
cipet motum localem secundum intentionem set non potest parti
cipare motum secundum intentionem nisi moveatur se ipsa
secundum intentionem movendo corpus ergo anima movendo
corpus localiter aliquo modo participat motum localem.
Ad oppositum omne quod movetur ad locum est natum oc
cupare locum, omne autem tale est corpus ergo omne quod movetur
ad locum est corpus set anima non est corpus ergo anima non
movetur ad locum. Ergo anima nullo modo movetur mo
tu locali nec ipsum participat. Ad hoc dicendum est quod ani
ma movet corpus motu locali et cum movet corpus mo
tu locali movetur aliquo modo. Ad locum ad quem movet
corpus secundum apprehensionem et movet se dirigendo se ipsam
et dirigendo se dirigit corpus ad locum determinatum et sic
movetur a loco per intentionem et se movet ad locum per inten
tionem et movet corpus. Motus vero corporalis et localis at
tribuitur corpori et non anime. Huiusmodi autem motus quo anima
movetur motu locali non est motus corporis set est motus inten
tionis et est spiritualis. Soli autem corpori competit mo
tus corporalis unde anima prius quam moveat corpus ad lo
cum estimat illum locum et estimat se esse in illo loco
antequam sit ibi et per istam estimationem corpus ad locum
dirigit sicut si aliquis velit ire romam anima sua prius
estimat locum illum rome et movetur ad illum intendendo
ipsum et estimando et postea movet corpus ad illum.
Dicendum est igitur ad rationes quod motus est duplex scilicet corpora
lis et spiritualis. Motus autem corporalis competit soli corpori.
Motus autem spiritualis est motus secundum intentionem et
apprehensionem et talis competit anime in movendo se et dirigen
do cum in apprehendit locum statim estimat modum ire ad
ad locum et dirigit se per estimationem ad illum et estimat
se esse in illo loco antequam sit in eo et secundum istam esti
mationem postea corpus ad locum dirigit et movet et ideo
dicitur movere corpus localiter secundum istam estimatio
nem. Et intelligendum est quod motus corporalis localis com
petit anime tamquam principio effectivo solum et participatur
ab ea solum secundum intentionem competit vero corpori sicut
subiecto et ideo motus localis corporalis competit anime sicut
principio regulanti et effectivo et intendenti corpori autem
competit sicut subiecto in quo est et ita patet quod anima
participat aliquo modo motum localem movendo corpus lo
caliter scilicet secundum intentionem ipsum participat solum et vel

minatione et hoc probat ratio prima. Et per hoc solvuntur omnes rationes
ad oppositum

Q. 7. Sed septimam questionem sic proceditur et queritur utrum anima moveatur et
patiatur a sensibilibus extra et ostenditur quod sic. Sicut vult
aristoteles in secundo de anima patitur sensus a sensibili et intellectus ab intelli
gibili. Sed omne quod patitur ab alio movetur ab eo ergo sensus et intelle
ctus patiuntur et moventur a sensibilibus extra ergo anima patitur
a sensibilibus extra. Secunda ratio est ista duplex est substantia cog
noscitiva quedam que cognoscit sine impressione rerum exteri
orum sicut primus intellectus primus. Alia est que cognoscit
per representationem specierum sicut quelibet substantia creata cognoscitiva
Sed hoc est dupliciter quia quedam cognoscit per species innatas sicut
intelligentia. alia per species acquisitas sicut anima. Innata enim
est omnium cognitio intelligentie et species omnium sunt ei innata
te anima enim cognoscat per acquisitas vel non est semper in actu
cognoscendi. Sed omnis substantia que cognoscit per species acqui
sitas quamvis existens in actu cognoscendi quamvis non transmu
tatur secundum specierum receptionem. hoc autem sunt species sen
sibilium extra ergo anima transmutatur a speciebus rerum ex
sensibilium ergo movetur ab illis et patitur. Ad oppositum sic
vult algazel quoniam est substantiam spiritualem ut transmutaret
super corporales et non econverso. ergo cum anima sit substantia spiritualis non
recipiet impressionem a substantiis corporalibus sensibilibus extra
ergo non patitur ab eis nec movetur. Secunda ratio hoc est
actio et passio attenduntur per contrarietatem Sed in anima non est
contrarietas ergo anima non patitur a sensibilibus extra. Ad hoc
dicendum est quod anima patitur a rebus sensibilibus et intellectualibus corporali
bus per receptionem similitudinum ipsarum sicut ostendunt ra
tiones vel ab illis movetur et patitur hoc modo. Ad primam
rationem in contrarium dicendum est quod substantia spiritualis duplex quedam
est separata a materia sicut intelligentia et de tali intelligit
algazel. scilicet quod imprimunt supra substantias corporales et non econverso. cum
sit ab eis separata. Est autem alia substantia spiritualis que est alli
gata in corporali sicut anima et talis in cognoscendo potest
pati et moveri a substantiis eius corporalibus per similes per species
Ad secundam rationem dicendum est quod actio est duplex. scilicet cor
poralis et spiritualis. corporalis autem est duplex quia quedam est
cum abiectione et impressione et hec est per contrarietatem
et secundum talem actionem agunt elementa. alia autem est
actio corporalis que est solum secundum impressionem per quam lux in
fluit in aere disponendo ipsum imprimendo et non abicien
do et hec non est per contrarietatem. Spiritualis actio est duplex
quia quedam est per impressionem et corruptionem secundum
excellentiam obiecti et talis est in sensu excellentie sensibilium
quia sensibilium corrumpunt sensum. alia autem est per impressi
onem solum sine excellentie corruptione et talis est in ani
ma intellectiva per ut recipit intelligibilium excellentia non
tamen ab illis corrumpitur. alia autem est in sensu

Q. 8. Sed octavam questionem sic proceditur
et queritur utrum hec passio sit corporalis an spiritualis et ostenditur
quod sit spiritualis. Omne quod recipitur in aliquo recipiente re
cipitur secundum possibilitatem recipientis et non rei recep
te Sed res a quibus patitur anima recipiuntur in anima ergo
recipiuntur in ea secundum possibilitatem anime Sed anima est
substantia spiritualis ergo modo spirituali recipiuntur res in anima et
eo modo quo recipiuntur in anima patitur anima ab illis
ergo patitur ab illis passione spirituali. Ad oppositum omnis
forma que per suam actionem rem corporalem corrumpit est
existens in propria materia Sed obiecta sensibilia sunt huiusmodi pro
ut immutant sensus sunt in propria materia et eo modo
quo sunt immutant animam et movent ergo immutant
animam ut sensum immutatione corporali et non spirituali ergo
anima patitur a rebus passione corporali et non spiritua
li. Ad hoc dicendum est quod illa actio et passio secundum quam
anima patitur a rebus sensibilibus extra est passio et ac
tio spiritualis et non corporalis sicut ostendit ratio et est
spiritualis sed gradus maioris spiritualitatis et minoris spiri
tualis enim recipiuntur res in intellectu quam in sensu et
spiritualius recipiuntur res in sensibilibus virtutibus interio
ribus sicut in memoria et sensu communi quam in virtutibus
particularibus et inter virtutes sensitivas particulares spiritualius
enim recipiuntur res in visu quam in aliis sensibus. Ad
rationem in contrarium dicendum est quod receptio corporalis est duplex
quedam est que est receptio substantie et hoc modo non reci
piuntur res corporales in sensu unde corpus odoriferum non
recipitur in organo olfactus Sed solus fumus qui resolvi
tur ab illo corpore. et similiter est de saporibus et de aliis
Est autem alia receptio corporalis que est receptio alicuius
resoluti a substantia corporali sicut receptio fumi resoluti
a substantia odifera et hec est duplex. quia quedam est in orga
no alia est in virtute. receptio autem in organo est cor
poralis quodam modo que autem est in virtute spiritu
alis est. hoc autem in sequentibus patebit

Q. 9. Circa nonam questionem sic proceditur
et queritur utrum anima in patiendo se ipsam moveat et
ostenditur quod sic. Omnis substantia que in receptione spirituali a
licuius se ipsam dirigit ad illa prosequenda se ipsam mo
vet et se ipsam movet. anima est huiusmodi ergo anima se
ipsam movet in apprehensione rerum a quibus patitur
et movendo se movet corpus ad illa prosequenda
Ad oppositum quod motorem et mobile distare substantia
ergo si anima se ipsam movet in hac apprehensione re
rum distat a se ipsa per essentiam et differt hoc autem est
inconveniens. Ad hoc dicendum est quod anima eo modo quo
species recipit et ab illis excitatur se ipsam movet
ad illas prosequendas per reflectionem suam supra se

Ad racionem in contrarium dicendum est quod in rebus corporalibus oportet motorem et mobile distare substancia in quibus est vere motus et in quibus mobile est potencia solum existens motor autem est actu ens. In spiritualibus autem substanciis per reflectionem alicuius substancie spiritualis supra se ipsam unum et idem dirigit se ipsum et movet per reflectionem suam supra se motu directionis et in illis solis est reflectio substancie supra se et non in aliis

Explicit primus de anima magistri petri hyspani

**Incipit expositio secundi tractatus continens .xij. capitula. In primo autem capitulo agitur de essentia ipsius anime sermone universali et continet .iiij. paragraphos. In primo autem continentur tres distinctiones anime inquiritur diffinitio universalis. Continuatio intentionis.**

**Hec quidem a prioribus tradita de anima dicta sunt et cetera.**

Ut declaratum est in principio huius scientie due distinguntur partes in hac scientia. Prima est prohemialis in qua tanguntur ea que sicut preambula preexiguntur ante tradita in hac scientie. Secunda autem est executio in qua traditur cognitio substantie anime et diffinitionum virtutum operationum et obiectorum ipsius. Prima autem pars sic incipit. **Bonorum honorabilium noticiam opinantes et cetera.** Secunda pars incipit sic. **Intendentes de anima necesse est simul dubitare.** Et ordo patet ex significatione ipsius sermonis. Pars autem executiva recipit divisionem in partes duas. In quarum prima continente primum tractatum determinatur de anima secundum opiniones aliorum philosophorum. In qua philosophus aliorum opiniones narrat et rationes quarum et ipsas improbat. In secunda continente secundum tractatum et tertium determinat philosophus de anima secundum suam veritatis et proprie intentionis et hec pars incipit hic. **Hec quidem a prioribus tradita dicta sunt de anima et cetera.** Et extendit usque ad finem huius scientie. Ordo autem patet ex duplici causa et una est quia duplex est error in scientia unus est qui oritur a determinatis in scientia et iste sequitur veritatem determinatorum in scientia cum ab ipsis contrahat ortum. Alius est qui non habet ortum a determinatis in scientia et talis preordinatur in scientia ut primo extirpetur et postea veritas introducatur et hoc modo se habent errores aliorum philosophorum et ideo philosophus ipsos preponit veritati. Alia causa est quam ipse philosophus tangit dicens in principio tractatus quod nos intendentes de anima determinare simul cum aliis philosophis de dubitabilibus expediamus dubitemus et attendamus positiones antiquorum et si aliquid in eis convenienter assignatum inveniamus eligamus et benigne accipiamus. Si autem inconvenienter aliqua dicta sunt tamquam inconvenientia repudiemus et ideo secundum hunc ordinem procedit philosophus in hac scientia. Divisio. Recipit autem tractatus iste totus divisionem in duas partes. In quarum

prima determinat philosophus de anima secundum ea que insunt ei communiter ex parte omnium suarum differentiarum determinans de essentia et diffinitione eius universali et de eis que ei insunt universaliter in sumpta et ei existentiam in corpore manifestant. In secunda ibi in hac. **Necessarium autem est debentem de hiis intentionem facere accipere unumquodque ipsorum quid est et cetera.** Determinat de ipsa ex parte eorum que insunt ei specialiter secundum omnes speciales eius differentias per ordinem de singulis differentiis virtutibus actibus et obiectis specialiter pertractans. Ordo autem patet cum universale precedat specialem. Illa autem secunda continet partem secundi tractatus et totum tertium et in prima eius parte determinatur de differentia anime que est vegetativa et de illa que est sensibilis. In secunda que continet tertium tractatum determinatur de anima intellectiva et precisius huius distinctionis inferius patebit locis. Prima autem pars recipit divisionem in duas. In quarum prima determinat de substantia anime et eius diffinitione prout est perfectio corporis per quod diffinitive dans eius diffinitionem que dicit quid est ipsa prout inheret habitudinem quam habet ad corpus. In secunda ibi in hac. **Quoniam autem ex incertis certioribus autem fit et cetera.** Determinat de anima et eius essentia assignans eius diffinitionem que dicit quid est et propter quid est determinans de ipsa prout secundum diversitatem suarum diffinitionum est principium diversarum operationum per quas manifestatur existentia ipsius in corpore. Ordo autem manifestus est cum secunda pars se habeat ex additione ad primam. Illa autem partis intentio in sequentibus evidentius declarabitur. Pars autem prima recipit divisionem in duas. In quarum prima inquirit anime diffinitionem et principia diffinitionis ipsius in secunda ibi in hac. **Si autem aliquid commune in omni anima oportet dicere erit utique actus primus.** Determinat operationem anime ad corpus et ipsa diffinitur perfectio ut per hanc operationem ipsius anime diffinitio declaretur que datur per rationem anime ad corpus cum enim sicut testatur philosophus in hoc tractatu unaqueque species dicatur ad proprium susceptibile et forme sit proportio ad suam materiam. Ideo cum anima sit forma specifica corporis necesse est ut ad ipsum habeat proportionem quam philosophus nulla parte secunda determinat. Ordo autem evidens est cum secunda pars sit expositiva prime. Prima autem pars spectat ad presentem speculationem. In hac igitur parte est intentio philosophi inquirere anime diffinitionem. Recipit autem hec pars divisionem in duas partes. In quarum prima proponit philosophus intentionem suam continuans dicta dicendis. In secunda ibi in hac. **Dicamus igitur genus**

unum quod erit eorum que sunt substantia et cetera. [I]psequitur intencionem suam. Prima autem pars remanet indivisa. Secunda vero recipit divisionem in duas partes. In quarum prima inquirit principia diffinitionis anime. In secunda scilicet in hac: **[N]ecesse est ergo animam substantiam esse sicut speciem corporis et cetera physici potentia vitam habentis et cetera.** [C]oncludit ex suis principiis diffinitionem anime et eius inquirit complectionem. Prima autem pars recipit divisionem in duas partes. In quarum prima inquirit ex parte anime que est perfectio. In secunda scilicet in hac: **[S]ubstantie autem maxime videntur corpora et cetera.** [I]nquirit principia a parte corporis cuius anima est perfectio et per quod diffinitur. Secunda autem in qua concludit anime diffinitionem ex suis principiis dividitur in tres partes in quarum prima concludit quod anima est perfectio corporis naturalis potentia vitam habentis. In secunda scilicet in hac:

concludit quod est perfectio prima vel corporis

distinguens duplicem perfectionem primam et secundam. In tercia scilicet in hac: [C]omplens anime diffinitionem concludit quod est perfectio corporis organici omnibus aliis conditionibus suppositis. [D]ivisionis recollectio. [S]unt ergo in ratione plenaria partes sex. In quarum prima ponitur pars prohemialis in qua auctor continuans dicta dicendis velut tangit intencionem circa ea que de anima sunt dicenda. In secunda inquirit principia diffinitionis anime ex parte generis ipsius. In tercia inquirit principia diffinitionis ex parte corporis. In quarta concludit quod anima est perfectio corporis naturalis potentia vitam habentis. In quinta assignans distinctionem primi actus et secundi concludit quod anima est actus primus illius corporis. In sexta concludit quod est perfectio corporis organici omnibus debitis conditionibus habentis et in hoc consistit perfectio diffinitionis. [E]t hec autem est divisio huius partis.

**[S]ententia prime partis de continuatione dictorum ad dicenda et de intencionis manifestatione.** [C]irca primam partem procedit philosophus hoc modo. duo tangens in capitulo prohemiali. Primum est brevis recapitulatio eorum que dicta sunt in primo tractatu dicens quod predicte opiniones que dicte sunt de anima tradite sunt ab antiquis philosophis. Secundum est eorum intencio que dicenda sunt in hoc tractatu et hoc tangitur cum dicit: **[I]terum autem tanquam ex principio redeamus et cetera.** [D]icit ergo quod nunc temptandum est redeundo a principio de ipsa anima ut dicamus de ipsa quid est per diffinitionem dicentem quid est et que est magis ratio eius communis per rationem dicentem quid et propter quid est et cum dicit temptandum tangit difficultatem que est circa animam et est multiplex

triplex difficultas una que est a parte obiectorum. alia est a parte potenciarum et operationum et alia est a parte substantie anime. Cum autem dicit redeundum est a principio tangit defectum aliorum philosophorum qui nichil aut parum de anima contulerunt et sic terminatur prima pars prohemialis.

**[S]ententia secunde partis de investigatione principiorum diffinitionis anime a parte sui generis in qua queritur eius genus per viam divisivam et cetera.** [D]einde aggreditur secundam partem principalem in qua procedit hoc modo supponendo hanc divisionem. Entium aliud est substantia aliud accidens. Dividit substantiam in materiam et formam et compositum. Deinde exponit membra divisionis dicens quod materia est illud quod est potentia. forma autem est endelechia id est actus. Secundo cum dicit: **[D]upliciter hoc quidem sicut scientia illud quidem sicut considerare et cetera.** [S]ubdividit actum primum qui est sicut scientia. Et secundum qui est sicut considerare. Consequenter aggreditur partem illam in qua inquirit principia diffinitionis a parte corporis et in illa procedit hoc modo tali intendit. [D]icit primo quod res que maxime videntur esse substantie dicuntur corpora et hoc est quia omnibus motibus et transmutationibus substant et quia manifestiora sunt in natura. [S]ecundo cum dicit: **[S]ed physicorum alia quidem habent vitam et cetera.** [A]ssignat differentiam corporum naturalium ut accipiat corpus cuius anima est perfectio. [D]icit ergo quod corporum naturalium quedam habent vitam quedam autem non. et sic supponit hanc divisionem substantiarum quedam sunt corporee quedam incorporee. [D]einde sequitur hec divisio corporum. aliud naturale. aliud non naturale sicut mechanicum et hanc divisionem assignat corporum naturalium aliud vivens aliud non vivens et ostendit quod sunt corpora que vivunt dicens quod corpora viventia cognoscuntur per augmentum et nutrimentum. [D]einde ex dictis elicit hanc conclusionem omne corpus est substantia composita sed omne physicum vivens est corpus. ergo omne physicum vivens est substantia composita.

**[D]ifferentia ad corpus.** [C]onsequenter tertio assignat differentiam anime ad corpus ne credatur quod cum anima sit principium vite quod propter hoc sit corpus vivens. Dicit ergo quod anima non est corpus vivens et hoc probat ratione tali. Nullum corpus est illud quod in altero existit. Sed anima in altero existit scilicet in corpore cuius est forma. corpus autem est in ipsius anime. ergo corpus non est anima. in eodem vero propter duplicem causam ponit divisionem corporis. una est ut assignetur anime differentia ad corpus et ut ipsa a corpore distinguatur. Secunda est ut accipiantur principia diffinitionis anime a parte corporis. [E]x predictis ergo manifestum est quod animalium sunt

diuisiones multorum librorum ex quibus eliciuntur particule diffinitionis anime per collectionem et quietionem particularum adinuicem. ¶ Prima autem diuisio hec est: entium aliud substancia et accidens et ex hac habetur ex textu anima quamquam corpus est substancia et non accidens. ¶ Secunda hec est: substantiarum alia materia alia forma est alia compositum et ex hac habetur ex textu anima quamquam corpus est anima est substancia que est forma et non est materia neque compositum et ex est corpus compositum locum habens in materia anime. ¶ Tercia diuisio hec est: formarum alia est actus primus alia secundus. Et ex hac habetur ex anima non est substancia corporea sed incorporea sed substancia primus est substancia corporea est actus primus et non secundus. ¶ Quarta est substanciarum alia corporea alia incorporea et ex hic non habetur ex anima non est substancia corporea sed incorporea sed substancia ipsius est substancia corporea. ¶ Quinta diuisio est substanciarum corporearum alia est corpus naturale alia est corpus non naturale sicut methamaticum et ex hac habetur ex corpus cuius est perfectio anima est corpus naturale et non mathematicum. ¶ Sexta diuisio est corporum aliud viuens aliud non viuens et per hanc habetur ex anima est perfectio corporis viuentis.

**¶ Sententia quinte partis est quartis est in qua elicitur diffinitio anime ex suis principiis.** ¶ Hec littera concludit philosophus ex predictis anime diffinitionem dicens ex necesse est sicut patet ex predictis animam esse perfectionem corporis naturalis potencia vitam habentis.

**¶ Sententia quinte partis in qua exponendo predictam diffinitionem distinguitur actus primus et secundus et ostenditur ex anima est actus primus.** ¶ Consequenter exponit illam diffinitionem ostendens quomodo anima est actus primus corporis predicti. Dicit ergo quod actus est duplex scilicet primus et secundus et exponit actum primum dicens ex est sicut habitus sicut sciencia non deducta ad opus et sicut sompnus et actus secundus est sicut operatio et sicut vigilia et deinde dicit ex anima est actus primus et non secundus. Unde potius assimulatur sompno qui est eius actus primus quam vigilie que est eius secundus. Et accipitur sompnus et vigilia equiuoce hic et in libro de sompno et vigilia. Deinde secundo comparat actum primum ad secundum dicens ex actus primus quamuis sit secunda prior est in via generationis quam actus secundus quamuis in via completionis actus secundus qui est completior sit prior actu primo.

**¶ Sententia sexte partis est de completione diffinitionis anime per additionem ultime differentie.** ¶ Consequenter addit predicte diffinitioni unam differentiam sine qua non est completa diffinitio et est ex anima est perfectio corporis organici unde diffinitio sic completur: anima est perfectio prima corporis naturalis organici potencia vitam habentis. ¶ Et de predictis diuisionibus hec diuisio addi: corporum aliud organicum aliud non organicum per ut ex ipsa habeatur ex anima est perfectio corporis organici. Deinde cum dicit

**¶ Organa autem et plantarum partes sunt etc.** ¶ Ostenditur ex omni corpori cuius anima est perfectio competit esse organicum et dubium erat hoc in plantis. Dicit ergo ex plante habent organa quia habent partes ad diuersas operationes et fines ordinatas et hoc patet quia folia sunt cooperimenta corticis et cortex qui est in fructu est cooperimentum fructus et cortex qui est trunco et ramis est cooperimentum eorum sed radices sunt in plantis sicut os in animalibus quia sicut animal attrahit nutrimentum per os ita planta attrahit nutrimentum per radices. ¶ Prohemium autem exponitur intentio philosophi in hac parte

¶ Ad euidentiam autem eorum que in hac parte determinantur soluentur incidunt questiones. ¶ Prima questio est utrum anima sit ¶ Secunda est utrum sit substancia uel accidens ¶ Tercia est de diuisione substancie per suas differentias ut accipiatur ad quod membrum anima reducatur. ¶ Quarta est utrum unitas et hoc aliquid conueniat magis ex parte materie an ex parte forme ¶ Quinta est utrum anima sit materia an forma an compositum ¶ Sexta est de eius organizatione. ¶ Septima est quomodo partes plantarum sint organice et non simplices. ¶ Octaua questio est utrum anima sit perfectio et motor alicuius corporis quod non mixti sicut celestis. ¶ Nona est de diffinitione anime et de eius explanatione. Questiones

¶ Circa primam questionem ostenditur primo ex anima sit per tres rationes quarum prima hec est. ¶ Omnis substancia a qua eliciuntur operationes in corporibus supra quas non habent forme corporales naturales potentiam existens in corporibus est ad incorporibus preter formas naturales corporales sed in rebus animatis sunt predicte operationes ergo in eis est aliqua substancia substancia a qua ille operationes eliciuntur maior patet quia omnis … actio a substancia producatur minor patet quia in rebus animatis inuenimus augmentum et nutrimentum generationem et omnes tales operationes que ad vitam pertinent cognitionem super quas non se extendunt forme corporales ergo aliqua substancia est in rebus animatis que illas operationes producit hec autem non est natura corporalis quia hoc modo operationes non eliciuntur secundum exigentiam nature corporalis ergo est aliqua substancia alia in illis que eas producit hec autem est illa quam vocamus animam ergo necesse est animam ponere in rerum natura. ¶ Secunda ratio est ista: contraria componuntur ex quibus et ideo nata sunt dissolui propter repugnantiam quorum quibus cum componitur naturam unum vincere supra reliqua. Sed corporum quedam forti coagulatione compacta sunt sicut vult Auicenna et hec sunt lapides et hec indissolubiliter constant. Alia autem debi Q[uestio] 1

coagulatione compacta sunt sicut homines et bruta et plan-
te et breuiter sicut sunt omnia animata et talia ue-
lociter separata sunt dissolui uelociter ergo si conseruentur
necesse est quod habeant aliquem regentem et dirigentem ipsa et te-
nentem ea ita ne repugnantia eorum corrumpat illa corpora
Sed autem non est natura quia natura non potest conseruare
illa nisi per minimum temporis sicut patet de glacie non enim
glacies conseruatur longo tempore quia non habet aliud con-
seruans nisi naturam ergo aliqua uirtus alia substantia in corporibus
animatis est super naturam hec autem non est substantia corporalis quia
talis non potest super naturam immo est spiritualis quam uo-
camus animam ergo anima habet esse inuerum natura Et
hoc declaratur in hunc modum quia corpora que uocamus ani-
mata dum habent proprias operationes et uitam conseruantur
cum autem ipsa sunt inanimata uidemus ea dissolui et quanto
nobilius est tanto citius dissoluitur et tamen formam
retinet naturalem et uirtutem naturalem quam ab eterno [?]
tus habuit ergo preter uirtutem naturalem est ponere substantiam aliam que
per sui presentiam corpus in suo decore conseruet et per eius ab-
sentiam corpus ad dissolutionem tendit hoc autem est anima
de qua dicitur in fine primi de anima quod recedente anima a
corpore expirat corpus et marcessit ergo in rerum natura
necesse est ponere substantiam que est anima. Tertia ratio hec est
Sicut dicit auicenna omnis motus qui est ad opposita-
s est a motore qui non mouetur ad unum habet imagina-
tionem aliquam sed corpora quedam mouentur ad oppositos sicut
sunt animalia ergo motus animalium est a motore predicto sed mo-
tor predictus est motor uoluntarius et qui cognoscit quia
uia et uoluntates ad opposita sunt ergo a tali moto-
re mouentur omnia alia scilicet a motore uoluntario ha-
bente imaginationem ad diuersa hec enim est anima sen-
sitiua et intellectiua que mouent per cognitionem ergo ne-
cesse est animam ponere in natura et hec ratio non probat nisi
de anima sensitiua et intellectiua sed hiis existentibus
necesse est uegetabilem animam precedere. Quarta ratio hec est
substantiarum quedam sunt corporales quedam spirituales corporalibus
autem substantiis non debetur cognitio quia dependent a materia
et ideo alligantur materie et propter hoc in ipsis non recipiun-
tur res secundum transitionem et denudationem sed secundum esse
materiale et quod res cognoscitur per suam intentionem et speciem
propter hoc illis substantiis non debetur cognitio spiritua-
libus autem substantiis debetur cognitio. In ipsis enim con-
sistit representatio rerum secundum species earum et intenti-
ones abstractas quia quicquid recipitur in aliquo recipitur per
modum recipientis et non recepti et ideo in substantiis
corporalibus recipiuntur corporaliter et non spiritualiter et

et in spiritualibus spiritualiter. et ita multo magis substantie spirituales re-
cipiunt res spiritualiter et ideo cognoscunt res sed in quibusdam
rebus uidemus cognitionem ergo non habent eam a formis cor-
poralibus ergo habent eam a substantiis spiritualibus eis coniunctis ergo in
quibusdam rebus sunt substantie spirituales que sunt principia cog-
nitionis in ipsis. Item duplex est cognitio quedam est
cognitio rerum corporalium solum quedam autem est cognitio re-
rum corporalium et spiritualium. Cognitio autem rerum corporalium
solum debetur substantie spirituali operanti per corpus et coartate ad orga-
num secundum eius exigentiam et proportionem ad obiectum opera-
tiuis sicut uirtus uisiua coartatur ad uisibile secundum ex-
igentiam oculi ergo necesse est esse uirtutem que cognoscat
res corporales secundum hunc modum hec autem est substantia spiritua-
lis quam uocamus animam sensibilem. Item alia est substantia
spiritualis que cognoscit res spirituales et res corporales et hec
non coartatur secundum exigentiam organi quia sic non cog-
nosceret omnia uirtus ergo ista substantia est non coartata
per naturam organi ad omnia se extendit et hec est in
omnibus hec autem substantia est spiritualis quam appellamus animam intelle-
ctiuam. necesse est ergo ponere animam in rerum natura et hec
similiter non precedit nisi de sensitiua et de intellectiua sed
ante cognoscitiuas operationes precedit uita et operationes
concomitantes ipsam que a uegetatiua procedunt ergo necesse est
ipsam in corporibus precedentem. Ad oppositum partem 

phisice rationes inducuntur. quarum prima talis est uidemus
corpora grauia et leuia moueri ad situm per uirtutem
suam intrinsecam tanquam per uirtutem et dispositionem loca-
lem tanquam per principium extra et omnia corpora uidemus
regulata per naturam corporalem ergo non egent corpora ali-
qua regulante nisi natura que est de constitutione ipsorum ergo
non egent anima mouente et regente ipsa ergo anima
nichil est in rerum natura cum non sit propter corpora mouenda
et regenda. Secunda ratio hec est uidemus corpora ser-
uari per uirtutem nature sicut metalla et lapides et omnia
mixta que per elementorum colligationem conseruantur tantum corpora
ergo naturalia non egent anima conseruante et regente et mo-
uente ipsa ergo anima nichil est in natura quia non debet
esse in natura nisi propter corpora mouenda et conseruan-
da

Esto ad hoc dicendum est quod asserenda est ueritas existen- Esto
tie anime. Ad primam autem rationem in contrarium dicendum est
quod illa ratio deficit in duobus quia mobile quod est graue
uel leue quod mouetur a forma corporali mouetur insufficien-
ter. et a principio extrinseco. Item mouetur ad determinatam [illegible]
positionem determinatam sed corpus animatum mouetur sufficienter
et a principio sufficienti intrinseco et ad diuersas positiones

diffinitionis. et ita necesse fuit in ipso ponere aliquem motorem extra naturam qui motor est perfectissimus inter alios motores et cui corpus perfectissimum attribuitur a creatore qui perfecte et ordinate omnia produxit. Et ita necesse fuit animam esse in rerum natura propter motum sufficientem quem videmus in aliquibus corporibus qui est ab anima. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod quedam corpora sunt forti coagulatione coagulata et hec sunt metalla et lapides et pura mixta et hec propter nexum elementorum conservantur solum sicut dicit Avicenna. Alia autem sunt debili coagulatione coagulata sicut viventia et ideo sunt debilia et ideo propter nexum elementorum non conservantur sed per aliud principium. hoc autem est anima que per suam presentiam ipsa conservat et ita necesse est animam esse in natura sine qua aliqua corpora non conservarentur.

Cap. ii

¶ Circa secundam questionem sic proceditur et queritur utrum anima sit substantia an accidens. Et ostenditur quod sit substantia per tres rationes. Quarum prima hec est. ¶ Cuilibet potentie tali quo generi respondet actus in genere illo et loquimur de potentia essentiali et actu. Sed corpus est potentiale potentia in genere substantie ergo ei respondet actus in genere substantie. Sed actus ille et perfectio est anima que perficit et complet corpus in genere substantie et in genere viventium et animatorum ergo anima est in genere substantie. Item per hoc habemus quod sit perfectio eius in genere nature. ¶ Item principia secundum rationem que sunt ordinata in genere sunt dantia principium nature. Sed differentia corporum animatorum est animatum. Differentia corporum sensibilium sensibile differentia corporum intelligibilium intelligibile vel rationale. hec autem differentie que sunt principia secundum rationem in anima radicantur ergo cum iste differentie sint in genere substantie necesse est animam esse in genere substantie. ¶ Secunda ratio hec est. Omne quod est principium operationis sufficientis et diverse secundum speciem per diversitatem suarum virtutum in aliquo subiecto est habens naturam substantie et non accidentis et hoc patet. Illud enim accidens sufficienter operatur. Sed est principium sufficientis operationis. et item accidens non habet distinctionem potentiarum sive virtutum de se sed ex parte materie ut calidum non habet diversitatem a sua natura secundum speciem nec virtute sed alio modo nisi per naturam in qua est vel agit. Sed anima est huiusmodi ergo anima est in genere substantie et non accidentis.

Contra

¶ Tertia ratio hec est. Omne quod est principium generationis sicut regulans et primum movens et imponens necessitatem motui et generationi et cuilibet operationi est in aliquo subiecto habens naturam substantie hoc enim scribitur in libro de generatione. scilicet quod forme substantiales agunt sicut primum moventes. accidentales autem sicut instrumenta. non enim est substantia ad illas non regulant nam quod sic esset ignis generaret calidum solum et non ignem quod secundum necessitatem formarum regulantium procedunt dispositiones. Sed anima secundum omnem suam diffinitionem est huiusmodi ergo anima est in genere substantie et non accidentis. ¶ Ad oppositum inducuntur rationes sophistice denominationes substantiarum sunt ab accidentalibus sicut vult Aristoteles Sed a differentiis anime sunt denominationes substantie corporis ergo anima est accidens et non substantia. ¶ Secunda ratio est hec. In rebus naturalibus fiunt operationes per formas accidentales ignis enim agit per calorem. ergo illud quod est principium operationis et quod per operationem diffinitur habet naturam accidentis. Sed anima est huiusmodi sicut posuerunt omnes philosophi qui diffinierunt eam per motum et operationem ergo anima est in genere accidentium et non in genere substantie.

¶ Dicendum ad hoc dicendum est quod anima continetur in genere substantie est enim substantia spiritualis que corpus perficit et conservat. et movet et dirigit Et concedende sunt rationes ad hanc partem inducte. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod in anima sunt duo scilicet essentia et operatio a parte autem essentie non denominat substantiam corporis animati sed a parte operationis. Dicit enim Ysidorus et Avicenna quod anima nomen est officii et non essentie et sic per essentiam non est accidens. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod actio debetur alicui duobus modis. uno modo tamquam primo moventi et regulanti et toti operationi necessitatem imponenti Et hoc modo operatur anima per calorem tamquam per instrumentum. Contra

¶ Circa tertiam questionem sic proceditur et queritur de predicta divisione substantie et circa ipsam tria inquiruntur. ¶ Primum est utrum in omni substantia creata completa sit ponere compositionem ex materia et forma Et ostenditur quod sic. ¶ Omnis substantia completa sustinet dispositiones et influentias differentes ab ea per essentiam habet aliquid possibile quod est sustentamentum spirituale. Sed omnis substantia creata est huiusmodi ergo omnis substantia creata habet predictum sustentamentum. Illud autem sustentamentum est natura materie ergo in quo licet creata est in materie Sed non est res completa sine forma materia sine forma ergo in qualibet substantia creata est materia et forma. ¶ Item in quocumque est ratio agendi in eodem est principium a quo elicitur actio. Illud autem principium est forma ergo in qualibet substantia creata est materia et forma sicut visum est. ¶ Secunda ratio hec est. Omne illud in quo differt sua actio a sua substantia habet aliquid quo agit et aliquid quo non agit Sed in omni substantia creata differt sua actio et sua substantia quod in solo primo non differt. ergo omnis substantia creata habet aliquid quo agit et aliquid quo non agit. Illud autem quo fit actio est forma. illud vero quo non fit actio est materia ergo in qualibet substantia creata est compositio ex materia et forma. ¶ Ad oppositum sic habetur in libro de causis. Intelligentia est substantia que non dividitur. Sed nulla talis Cap. 3

substantia composita quia intelligentia non est composita ex materia et forma. Sed intelligentia est substantia creata, quare non omnis substantia creata est composita ex materia et forma. ¶ Secundo autem est videre utrum materia in omnibus substantiis creatis sit eadem secundum veram identitatem essentie aut secundum intensionem solum, et ostenditur quod secundum solam identitatem veram essentie sit eadem. Quecumque participant unum entis essentialis per prius et posterius conveniunt in aliquo principio entis per prius et posterius; cum igitur intelligentie et corpora participent naturam entis essentialis per prius et per posterius, intelligentie et corpora convenient in aliquo principio entis essentialis per prius et posterius; cum igitur principia entis sint materia et forma, omnia creata convenient in materia et in forma. Sed non conveniunt in forma, cum per eam sint divisa, quare conveniunt essentialiter in materia, quare omnium creatorum eadem est materia per essentiam, et hec ratio solum ostendit quod materia sit eadem per essentiam in omnibus creatis. ¶ Ad oppositum: identitas eius per essentiam que est secundum naturam ponit identitatem in rebus secundum naturam et operationem et virtutem; sic ponimus quod aqua est eadem per essentiam in qualibet parte sua, et quia sic est ponitur in ipsa eadem natura in qualibet parte sua, et quia sic est ponitur in ipsa eadem natura in qualibet parte sua. Item quia eadem est materia corporum inferiorum per essentiam ponitur in eis identitas nature virtutis et operationis secundum quam illa materia habilis est ad omnes formas corporum. Sed in substantiis omnibus creatis corporeis et incorporeis non est eadem natura principiorum, quare nec virtus eadem, quare identitas principiorum in eis non est identitas nature, sed est illa identitas sola proportione et intensione. ¶ Secunda ratio hec est: que conveniunt in materia et differunt in forma agunt et patiuntur adinvicem; hec autem convenientia est solum convenientia in essentia nature prout essentia naturam aliquam nominat, et non est hec convenientia in forma nec in dispositionibus materie, quia si esset convenientia omnium substantiarum in materia secundum naturam esset actio et passio in omnibus substantiis adinvicem et contrarietas; hoc autem est impossibile, quare identitas omnium substantiarum in materia est identitas variata per essentiam et statuta sed per solam proportionem et intensionem. ¶ De forma autem nulla est dubitatio cum res omnes differant per essentiam a parte forme, et ita non conveniunt forma per identitatem essentie et nature sed per identitatem proportionis et intensionis solum.

¶ Sto ¶ Ad quod dicitur est quod materia et forma in omnibus entis essentie identitatem non obtinent sed in sola proportionis intensione conveniunt, verum dicitur est quod principia substantie que sunt materia et forma existentia in omni substantia per indifferentiam non habent identitatem secundum naturam nec secundum naturalem essentiam sed secundum intensionem et proportionem solam, verum eo modo quo conveniunt omnes substantie in genere substantie eo modo conveniunt in principiis substantie; conveniunt autem omnes substantie in genere substantie communitate intensionis solum, et eodem modo in principiis conveniunt eius communitate intensionis solum et non communitate nature. ¶ Ad cuius veri evidentiam notandum quod communitas et identitas essentie est multis modis. Quedam est communitas essentie que est communitas proportionis et intensionis qua multa conveniunt in eodem genere, et hoc modo omnes substantie communicant substantiam que est genus et habent identitatem nullam et in principiis substantie que sunt materia et forma. Et hoc modo est eadem materia per essentiam in omnibus, et hoc modo posuit similiter auctor Fontis vite unam esse primam formam et similiter Avicenna. Hanc autem identitatem non est considerare in naturalibus. ¶ Secundo modo dicitur identitas essentie que est a parte modi accipiendi et cognoscendi, secundum quod dicuntur omnia sunt in eodem uno secundum modum accipiendi et cognoscendi, et sic iterum substantie principia sunt eadem in omnibus per essentiam, et hec identitas non est vera identitas nature. ¶ Tertio modo dicitur identitas essentie identitas nature secundum quam dicimus quod omnis aqua est eadem per essentiam cum alia quia sunt eiusdem nature, et hoc modo non conveniunt omnes substantie create substantie principia; sed hoc modo habent elementa eandem materiam per essentiam, quia materia elementorum est eiusdem nature et uniformis et non differt nisi in formis et dispositionibus; sed sic omnium substantiarum non est eadem materia per essentiam neque forma. ¶ Quarto modo dicitur identitas essentie prout essentia est natura fixa et determinata et non solum intensio, sicut ponimus aquam determinatam vel hominem determinatum naturam fixam, et hoc modo non conveniunt per essentiam omnes substantie principia substantie. ¶ Sed iterum notandum est quod identitas proportionis est multiplex. Quedam est identitas proportionis que est identitas similitudinis, ut sic ita se habet nauta ad navem ita se habet magister ad scolas in regendo. ¶ Alia est identitas proportionis secundum participationem que est secundum prius et posterius, et hec est identitas omnium entium. ¶ Alia est identitas proportionis que est in similitudine essentiali, que est communis identitas ad omnia eiusdem generis, et hoc modo identitas proportionis principiorum substantie est in omnibus substantiis causatis, et hoc modo conveniunt omnes substantie in genere substantie, et ita patet quod principia substantie non sunt eadem in omnibus substantiis causatis secundum veram identitatem essentie. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod omnes substantie create participant naturam entis et conveniunt in principio entis quod est materia, non secundum veram identitatem essentie sed solum secundum proportionem, quia sic habet naturam. ¶ Ad secundam dicendum est quod omnes substantie communicant in substantia; hec autem communicatio non est in aliqua natura fixa sed est in intensione essentiali ipsius substantie que est similitudo essentialis omnium substantiarum creatarum et non est natura

sua secundum quod sic participat a substantiis secundum quod dicit auctor libri de causis quod multi homines de multis predicantur est substantia secundum quale et similitudo principia substantie per essentiam que est natura sua et ideo non participantur a substantiis secundum intensionem solum et proportionem sicut substantia participat per intensionem. Ad hoc dicendum est quod omnis substantia creata completa ex predictis tribus scilicet materie forme et compositi et essentie integritate perfecta consistit. Inquantum igitur substantia creata est composita ex materia et forma. Sed sicut habetur in libro fontis vite triplex est materia scilicet materia corporalis et materia spiritualis et materia media. Corporalis autem materia in celestibus est. Spiritualis autem materia in substantiis spiritualibus creatis. Media autem est in corporibus superioribus ergo in intelligentia et in anima est materia spiritualis eis proportionalis et proportione sic substantia participatur per intensionem solam ab omnibus substantiis quarum est similitudo. Unde dicit commentator in septimo quod substantia dicitur predicari hoc modo in quale quod similitudo multorum est. Tertio quia de predicta divisione ostenditur autem eius novitas duabus rationibus quarum prima hec est. In substantia sunt principia ex quibus fit substantia sed ex eis quod sunt actu non fit unum ergo necesse est quod sit potentia alterum actu. Illud autem quod potentia materia est. Illud autem quod est actu forma est. Ergo necesse est ponere materiam et formam in genere substantie. Sed ex hiis resultat tertium quod est compositum ergo necesse est compositum esse in genere substantie. Item unumquodque habet essentiam qua est id quod est ergo in quolibet quod est in genere substantie necesse est esse essentiam et ita necesse est ista quatuor materiam formam et compositum et essentiam. Secunda ratio hec est. Sic habetur in septimo methaphisice omne diffinibile est aggregatum sive naturali aggregatione sive secundum rationem. Aggregatio autem illa est ex principiis in illo genere. Eis vero que sunt in genere substantie competit diffiniri ergo in genere substantie sunt vel aggregate ex principiis. Sed unum illorum principiorum habet rationem materie. Aliud vero rationem complementi et forme ergo in genere substantie est materia et forma. Item ex illis est compositum. Item unumquodque habet essentiam qua est id quod est. Ergo vel de genere substantie habent essentiam sive sint vel secundum rationem sive secundum naturam ergo in genere substantie secundum quod est vel rationis et vel nature sunt ista quatuor materia forma compositum et essentia ergo necesse est substantiam dividi per ista quatuor membra. Ad oppositum in re composita requiritur materia et forma et unio illarum et hec unio est causa esse in libro de unitate et uno quod esse est actus ex unione forme cum materia. Ergo sicut materia et forma ponuntur esse principia rerum in genere substantie ita unio illorum debet poni esse principium ergo debet addi hec differentia in divisione substantie ut dicatur materia et forma compositum essentia et unio forme cum materia et ita predicta divisio est insufficiens sic ubi dividitur substantia per illam. Secunda ratio hec est forma non quolibet modo unitur materie sed materie dis-

posite ergo ad hoc ut uniatur forma materie necesse est dispositiones precedere adaptantes ipsam materiam. Ergo sicut materia et forma ponuntur esse principia ergo et dispositiones debent poni esse alterum principium ergo si secundum rationem principiorum dividatur substantia per differentias predictas necesse est dispositiones poni in illa divisione tamquam principia rerum de genere substantie vel substantia dividitur insufficienter per ista. Tertia ratio est ista et ostendit quod divisio predicta debet fieri per pauciora membra. In composito enim est materia et forma et compositum quod resultat ex hiis quod est essentia compositi. Essentia ergo compositi non differt a toto composito sed est tota eius essentia ergo essentia non debet dividi contra compositum ergo solum debent esse tria membra in divisione substantie predicta et non quatuor. Ratione eius quod dicitur in secundo de anima ubi principia non ponit autem nisi tria membra in divisione substantie. In methaphisica autem ponit quatuor quod ponit essentiam in illa divisione et non in secundo de anima. Ad hoc dicendum est quod nomen substantie habet quatuor differentias scilicet materiam formam compositum et essentiam comprehendit. Unde in quolibet quod est in genere substantie est unum quod est possibile et hoc est materia et alterum scilicet quod est completum et hoc est forma et tertium quod resultat ex hiis et hoc est compositum et quartum quod est essentia vel qua vel est id quod est et qua intelligitur circumscriptis et quod substantia comprehendit in suo genere. Omnis substantie et principia omnium substantiarum sunt in suo per reductionem. Ideo recipit substantia divisionem per predictas differentias et sufficienter et ita predicta divisio est sufficiens et competens. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod ad hoc quod sit res completa oportet quod sit unio forme cum materia. Sed sicut in natura quedam sunt entia que sunt entis ita in principiis quedam sunt principia quedam sunt ad principiorum. Sic unius materie cum forma non est principium sed quid principii. Sed unio forme cum materia non est natura aliqua cuius sit principium sed est quid entis nature et quid principii et ideo reducitur ad principia sicut quid eorum et iam non cadit in divisione substantie contra principia substantie. Ad secundam dicendum est quod duobus modis est loqui de principiis substantie uno modo quantum ad esse et essentiam alio modo quantum ad generationem. Primo modo non sunt nisi duo principia substantie scilicet materia et forma et ex hiis resultat compositum et essentia. Secundo autem modo sunt dispositiones principia et proprie et quod ad generationem substantie necesse est dispositiones inveniri in materia et propter materiam ad formam recipiendam sed dispositiones sunt sicut accidentia adaptantia materiam ad receptionem forme substantialis unde et autem materie et proprie essentialis et est de substantia materie sicut quid eius. Ad tertiam rationem dicendum est quod essentia secundum rem est id quod cum composito differens autem in ratione sicut patebit et quantum ad hoc potest distingui contra compositum in divisione substantie. Ad rationem autem tertiam ultimo dicendum est quod in libro secundo de anima loquitur philosophus more naturalis naturaliter loquentis et ideo non considerat essentiam que in rebus est secundum rationem naturalis in tribus nisi materiam et formam et compositum que sunt a parte rei. Sed in me-

metaphysica considerat res magis abstractas et prout entes sunt et quia per essentiam unumquodque habet esse id quod est ideo in methaphysica essentiam diffinitum esse sibi assignans et diffinitionem secundum rationem et non secundum naturam.

Qo. 2. Circa secundam questionem sic proceditur et est ad quod membrum illius divisionis anima reducitur et contra hec arguitur tamen. Primum est utrum anima sit in. Secundum est utrum sit forma. Tertium utrum anima sit composita vel hoc aliquid. quod idem est. Prima autem questio superius est et secunda in primo libro est discussa.

Circa secundam questionem sic proceditur et queritur utrum anima sit forma et ostenditur quod sic. Omne illud quod est aptum natum esse in altero ut de altero est forma vel accidens. anima est huiusmodi. ergo est forma vel accidens. Sed non est accidens. ergo est forma. Maior et minor patent in predicamentis hoc secundo. Secunda ratio hec est. Omne illud quod sic comparatur ad illud in quo est sicut figura cere ad ceram est forma. anima est huiusmodi. ergo anima est forma. Maior patet per se. Minor patet per textum secundi libri de anima ubi dicit Aristoteles quod sicut non est querere utrum figura et cera sint unum. sic non est querere utrum anima et corpus sint unum. Tertia ratio hec est. Omne dans alicui esse et esse specificum per sui presentiam et per sui absentiam removens est forma. anima est huiusmodi. ergo anima est forma. Maior et minor patent per ea que dicta sunt ab Aristotele in primo de anima et in principio secundi. Ad oppositum. Nichil quod comparatur ad illud in quo est sicut motor ad mobile est forma. anima est huiusmodi. ergo anima non est forma. Maior patet per Aristotelem dicentem in primo de anima quod oportet motorem et mobile differre substantia. anima autem non distat substantia ab eo cuius est forma. Minor patet per diffinitionem anime. anima est perfectio corporis organici etc. Secunda ratio hec est. Omne mobile motu locali est actu completum. corpus animatum ante adventum anime est mobile. ergo ante adventum anime est actu completum. Maior patet per Aristotelem in physicis dicentem motum localem non esse nisi completi. Minor patet sensui. Sed non est completio nisi a forma substantiali. ergo ante adventum anime corpus non habet formam substantialem. Sed impossibile est aliquid habere duas formas substantiales. ergo vel anima non erit substantia sed accidens vel non unitur corpori vel non erit forma corporis. Tertia ratio hec est. Nulla forma est separabilis ab eo cuius est forma nec e converso. Sed anima secundum aliquam sui diffinitionem est separabilis a corpore. ergo anima non est forma. Maior patet per Aristotelem dicentem in libro de generatione quod non est ponere ideam sive formam separatam. sic ergo. Minor patet in secundo de anima in quo dicit Aristoteles quod anima intellectualis separabilis est a corpore. Ad hoc dicendum est quod anima est forma. Quomodo autem forma sit postea dicetur. Ad primum obiectum dicendum quod sunt quedam in quibus est alia comparatio forme ad materiam et motoris ad mobile. Sunt autem alia in quibus licet differant ratione forma et motor tamen idem est in substantia. Et hoc est in animatis in quibus illud quod est forma est substantia et in quibus mobile completum est in genere mobilium et in quibus motor et mobile differunt substantia. et hoc habetur in physicis quod omne quod movetur a se ipso divisibile est in diffinitum secundum essentiam et ideo animata a se ipsis dicuntur sic se movere. Ad secundam rationem patet solutio per ea que dicta sunt in solutione. dicendum est habet enim corpus duplicem perfectionem. unam scilicet a forma mixtionis et hec est eius perfectio in genere mixtorum. aliam habet que est addita mixtioni quia corpus est id quod est in genere animatorum et hec est anima. et sic quodam modo advenit completo quodam vero incompleto ipsa anima advenit corpori. sic ergo habet corpus sed hoc duas formas substantiales nisi secundum diversas naturas. Ad tertiam dicendum est quod anima rationalis secundum quod est substantia est separabilis. Sed non est secundum quod est forma. Secundo autem sic proceditur et queritur utrum

anima secundum omnem sui diffinitionem sit composita ex hoc et hoc ut dicatur esse substantia que est hoc aliquid et non forma tantum. Et ostenditur quod sic hac ratione. Omne movens quod est principium motus completi est actu completum. anima est huiusmodi. ergo anima est actu completum. Maior patet cum incompletum non sit causa completi. Minor patet quia anima est principium motus localis qui est motus completi secundum Aristotelem in physicis. Sed nichil est completum in natura nisi substantia que est hoc aliquid. ergo anima est substantia que est hoc aliquid. Qo. 3.

Secunda ratio hec est. Omne agens in natura completum in genere suo cuius actio non est substantia habet aliquid in se quo agit et aliquid quo non agit. Maior patet quia si non differret sua actio a sua substantia non egeret per se toto. Minor patet quia in quolibet creato differt sua actio a sua substantia. Sed illud quo agit est forma vel quo est. illud quo non agit est quod est. ergo in anima est quo est et quod est et ita substantia est que est hoc aliquid. Ad oppositum. omne habens principia sufficientia ad esse suum in genere substantie spiritualium est separabile ab eo in quo est per naturam ut per se subsistat. Maior patet per se. quia si tale est a nullo dependet vel in quo sit vel de quo sit. Minor patet quia substantia que est hoc aliquid habet quod est et quo est que sunt principia sufficientia ad esse eius. ergo sicut ponitur anima vegetativa et sensitiva habent hoc aliquid et ita huiusmodi principia sufficientia ad esse erunt separabiles in plantis et brutis. quod est inconveniens. Ad quod dicendum est quod anima secundum omnem sui diffinitionem est substantia que est hoc aliquid. quamvis secundum aliquos non. quidam ponunt quod anima vegetativa et sensitiva non sunt hoc aliquid. hoc autem falsum est. et tamen sciendum quod anima non est composita ex vera materia et forma secundum quod vera materia appellatur in corporalibus. Sed est composita ex quo est et quod est sicut quibus substantialis ut ex materia et forma spiritu

ali. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod habere principia sufficientia ad suum esse est duobus modis. Uno modo eradicata sunt in materia in qua est aliquid, et hoc modo habent principia sufficientia suum esse in genere substantie, non est separabile cuius sit substantia que est hoc aliquid, et hoc modo se habet anima plante et bruti, et ideo non sunt separabiles cum non habeant eradicationem in materia et principiis corporis et dependeant ab ipso secundum esse et perfectionem. Et hoc modo non est ponere quod habeant principia sufficientia suum esse et non tamen eradicata in alio, et tale separabile est sicut est anima rationalis que nullius est partis corporis actus secundum aliquam partem, et que non dependet a corpore nisi secundum exitum in esse et non secundum continuationem, et hoc solo magis patet per rationem veritatem a parte sui exitus que multociens dicta est in primo libro et alicubi postea dicetur de loco competenti. Et per hoc patet solutio ad secundum contrarium, et amplius dicendum est quod anima dependet a corpore in quantum est forma et non in quantum est substantia.

Q° 5

¶ Circa quintam questionem sic proceditur et queritur utrum in compositis ex materia et forma proveniat unitas et hoc aliquid ex parte materie vel ex parte forme maxime. Et videtur quod ex parte materie, quia omne illud quod est principium individuationis et identitatis numero ex parte illius venit unitas in compositis et hoc aliquid. Sed materia est huiusmodi, ergo ex parte materie venit unitas in compositis et hoc aliquid. Maior patet cum ab eo sit unitas numero a quo est individuatio in compositis. Hoc autem est materia. Minor patet per Aristotelem dicentem in metaphysica quod eadem sunt numero quorum est materia una. ¶ Secunda ratio hec est. Omne illud in cuius genere contingit reperire unum est magis principium unitatis quam illud in cuius genere non contingit reperire unum. Sed materia ita se habet quod contingit reperire unam primam materiam. Forma autem non ita se habet quod contingat reperire unam primam formam, ergo unitas magis est a parte materie quam a parte forme. ¶ Ad oppositum: a quo unumquodque habet esse ab eo habet unitatem. Sed a forma habet unumquodque esse, ergo a forma habet principium unitatis. Maior patet cum unum convertatur cum ente. Et si sumatur secundum quod est principium numeri, quia unumquodque in quantum est reperire ens et unum. Minor patet per Boetium dicentem omne esse a forma. ¶ Secunda ratio hec est. Omne illud quod est principium specificationis et terminationis fluxus materie est principium unitatis in naturalibus. Sed forma est huiusmodi, ergo forma est principium unitatis in naturalibus materialibus. Maior patet quia materia de se confusa est et distinguitur ad unitatem per formam, et per hoc patet minor, et ita videtur esse unitas a parte forme. ¶ Ad hoc dicendum est quod forma specificatum esse substantie conferens speciem hoc aliquid et completum constituit, unde sicut vult Commentator super principium secundi de anima, licet unum et ens dicatur pluribus modis, tamen prima perfectio in hiis omnibus, scilicet forma, magis est digna ut habeat hoc unum ens et unum cum materia in se congregatum; congregatum enim non dicitur unum quod per unitatem in forma existentem; materia enim non est hec nisi per formam, et sic habetur in libro de unitate et uno. Cum materia forme uniatur ex quiditione utriusque necessario aliquod unum constituetur. ¶ Et iterum idem dicit quod materia non habet unitatem nisi per unionem sui cum forma, et forma non tenetur nisi unitate. Ideo materia eget unitate ad uniendum se et suscipiendo esse. Materia enim contraria est unitati eo quod per se defluit et de natura sua habet dividi, multiplicari et dispergi, et ita unitas in rebus magis est a parte forme quam a parte materie, licet a parte utriusque sit. ¶ Ad obiecta ad utramque partem dicendum est hoc modo quod materia est principium primum unitatis incompletum, forma autem est ultimum principium completum. Et ideo multiplicatio forme et materie est diversimode: est enim materie per decisionem, in forma per distinctionem sine aliqua decisione, et ex alterius est negocii; ideo hic sufficiant argumenta que dant viam solvendi, et sciendum in primo quod anima et corpus sunt unum per compositionem sicut materia et forma in una via, et in alia via sunt sicut motor et mobile.

¶ Circa sextam questionem sic proceditur et queritur de causa et necessitate organizationis in corporibus, et queritur quid sit principium organizationis in corporibus, et ostenditur quod principium organizationis sit necessitas virtutum anime et operationum. Duplex est substantia: corporalis et spiritualis. Substantia corporalis coarctatur ad operationem et paucarum operationum est principium. Spiritualis autem substantia plurium operationum est principium, ergo multitudo operationum substantiis spiritualibus. Sed hoc est duobus modis, quia substantiarum spiritualium quedam operantur sine medio et instrumento corporali, alie operantur per instrumentum corporale. Prima autem non eget diversitate partium corporis quia per illas non operatur. Illa autem requirit ut habeat partes diversas in corpore sibi respondentes per quas diversas exerceat operationes quarum ipsa est principium anime, ergo respondent diverse partes in corpore et diversa organa per que operatur. Alio autem modo non posset operari per corpus, ergo causa et necessitas organizationis corporum est necessitas operationum et virtutum anime que per diversa organa diversas exercent operationes. ¶ Secunda ratio hec est: sicut vult Aristoteles, anima utitur corpore sicut ars instrumentis. Sed ars est duplex, quia quedam est solum ad unam operationem ordinata et hoc uno instrumento utitur; alio modo operatur et exercet suam operationem. Est alia ars que ad plures fines et effectus et diversas operationes ordinatur, et hec utitur pluribus instrumentis, quia per unum instrumentum non posset omnes suas operationes exercere, sed suis operationibus diversis plura et diversa respondent instrumenta. Anima enim est substantia spiritualis ad diversos fines et operationes ordinata, ergo

necesse est ut ei respondeant multa instrumenta in corpore per que operetur. Hec autem sunt organa; ergo ei respondent multa organa. Causa ergo organizationis in corporibus est propter virtutem anime et diversitatis suarum operationum. ¶ Ad oppositum autem: proportionata forme ergo simplici forme respondet materia simplex; cum ergo anima sit forma simplex, ei respondet materia simplex; hec autem est corpus; ergo anime debet respondere simplex corpus et non corpus organizatum habens diversas partes et diversa organa. ¶ Secunda ratio hec est: si similitudo operationum anime et finium esset causa diversitatis partium in corpore animato et organizationis in ipso, ergo corpus illud quod ad plures fines ordinatur et ad plures operationes plures haberet partes et organa. Sed corpus humanum est huiusmodi inter omnia corpora animata; ergo corpus humanum plures haberet partes quam alia corpora. Hoc autem est falsum, quia planta inter omnia corpora animata plures habet partes et plus renovatur in partibus; ergo predicta causa non est causa organizationis corporis. ¶ Tertia ratio hec est: si multitudo operationum ad quam ordinantur corpora esset causa quare corpus esset organizatum et diverse nature in partibus et in toto, ergo cum sol inter omnia corpora ad plures operationes efficiendas et fines ordinetur, plures haberet partes organizatas quam alia corpora. Hoc autem est falsum; ergo predicta causa non est causa organizationis. ¶ Ad hoc dicendum est quod principium organizationis et diversitatis partium in corporibus, sicut ostendunt rationes, est propter varietatis operationum anime et diversarum virtutum ipsius, per quas anima diversos fines intendit et operationes exercet illas mediantibus partibus corporis, et concedende sunt rationes ad illam partem inducte. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod anima est forma simplex. Sed duplex est forma: quedam que comparatur ad materiam ut forma solum, et hec requirit materiam simplicem, non diversas in toto et in partibus, sicut forma ignis; alia autem est forma que comparatur ad materiam suam ut forma et ut artifex utens illa materia tamquam instrumento, et talis forma cum sit multarum operationum principium et operetur per materiam ut per instrumentum, non requirit materiam simplicem sed diversitatem in partibus secundum speciem per quas illa forma operetur et producat effectus tales. Talis autem est anima respectu corporis, quia anima est forma et utitur corpore tamquam instrumento sicut vult Aristoteles, et ideo diversas partes requirit anima in corpore per quas diversa operetur. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod multiplicatio partium organicarum est duplex. Est enim quedam multiplicatio partium secundum materiam, et hec multiplicatio est partium similium differentium solo numero, et hec est in plantis, et hec non causatur propter varietatem operationum et virtutum anime, sed propter [illegible] materie que est in plantis. Materia enim in plantis indeterminata est, et propter hoc ad diversa fluit, et propter hoc si decindatur ramus in planta fit alius ramus propter fluxibilitatem materie quam trahit a nutrimento, et ideo in planta videmus infinitas partes eiusdem speciei. Est autem multiplicatio partium organicarum que est propter speciem et necessitatis diversarum operationum secundum speciem, et hec est in animalibus et maxime in homine, quia homo plurium operationum est principium et ad plures fines et operationes ordinatur. ¶ Ad tertiam rationem dicendum est quod sol ad diversas operationes secundum speciem ordinatur et est principium diversarum operationum differentium specie, sed hoc est propter diversitatem motorum inferiorum et dispositionis materie. In sole enim est duplex operatio: quedam est que est propria, et hec est lucere, et hec est una; alia est operatio eius in alio et non est sibi propria per se, et hec est in inferioribus generationem imprimere. Prima autem operatio solis simplex est et uniformis; secunda autem diversificatur secundum speciem non propter formam solis sed propter motorum inferiorum et dispositionem materiarum, et ideo sol per eandem naturam diversas operationes exercet. Anima autem comparatur ad corpus tamquam ad illud quo utitur et per cuius partium diversitatem diversas exercet operationes, et propter hoc corpus animatum organizatum est et diverse nature in toto et in partibus, ut per ipsum et per suas partes diversa possit anima operari et exercere. Ex hiis autem elicitur ista propositio: Substantia spiritualis que multarum operationum specie differentium est principium per suas potentias differentias a corpore dependentes et per eius partes ad operationes procedens exigit corpus organizatum diversas habens partes diversa compositione et dispositione compositas, per cuius partes diversas individuales potentias diversas exercet operationes, et ut secundum dispositiones partium et obtentum proportionum potentia coarctatur ad coarctata obiecta propria et operationes competenti ordine dirigantur. Tale autem corpus unius dispositor anime destinatur.

¶ Questio septima. Septima questio sic proceditur et queritur utrum plante habeant organa, et videtur quod non, quia nullum totum quod est eiusdem rationis in parte et in toto habet partes organicales. Sed planta est huiusmodi; ergo planta non habet partes organicas. Maior patet per diffinitionem corporis organici, que est: corpus organicum est quod secundum diversas partes sive diversa ratione compositas et compositas diversas secundum speciem exercet operationes. Minor patet per commentatorem dicentem super ultimum capitulum primi libri de anima partes plante esse eiusdem nature cum planta et etiam partes animalium annulosorum. ¶ Secunda ratio hec est: nulla forma que movet sicut natura est forma corporis organici. Maior patet, quia natura movet uniformiter in partibus et in toto. Minor patet, quia anima plante in motu augmenti movet sursum et deorsum secundum Aristotelem et ita movet eodem motu nature et non contrario motu nature. ¶ Ratione huius queritur quid plante plures partes organicas habent quam animalia et ad plures est potentia planta quam animalis, et videtur quod potius sit oppositum, quia quanto aliquod corpus plurium operationum differentium est principium et pluribus motibus movetur, tanto plus potens est Q°. vij.

habere plures effectus partes differentes secundum speciem. Maior patet, cum diversitas et multitudo sint propter diversitatem et multitudinem operationum. Minor patet, quia planta solum movetur motibus anime vegetative, animal autem movetur motibus vegetative et sensibilis; ergo eius motus et operationes plures sunt differentes secundum speciem quam partes plante.

Item queritur hoc propter quid plante non habent organa procedendi sicut quedam animalia. Alie questiones de plantis habent locum super capitulum ultimum primi libri de anima. Consequenter de hoc quod dicit inferius secundum partes plante esse simplices. Videtur enim hoc esse falsum, cum sint mixte et habentes formam mixtionis et formam additam mixtioni que est anima.

Ad hoc dicendum est, et primo ad primum, quod plante habent partes organicas ordinatas in specie ad diversas operationes et diversos fines et diversas conservationes ipsius plante, sicut patet per textum de radicibus, corticibus et foliis. Ad primam rationem in contrarium dicendum est sicut predictum est, quamvis partes denominentur ab operatione totius, non tamen sicut non organice, quia non suscipiant perfectius totius denominationem, non enim quelibet pars plante est planta. Et iterum dicendum est quod planta habet virtutem augmentandi et nutriendi et generandi, et quelibet eius pars. Et contrarium ad hoc intellexit commentator, quod plante decise vivunt. Sunt alie operationes speciales partium ad conservationem totius, et per has distinguuntur partes adinvicem: radix, nam per se attrahit nutrimentum; et cortex defendit truncum et fructus; et folia; et ita possunt plures partes adaptari in planta. Ad secundam dicendum est quod planta in augmento movetur sursum et deorsum sicut natura, tamen differenter, sicut patebit postea. In aliis operibus differunt omnino.

Q. vii

Ad primam questionem incidentem dicendum est quod planta habet plures partes quam animal. Et hoc est quia forma plante indeterminata est et confusa, et sic debet se ad multarum partium formas fluit, et sic causa est ex parte materie que eradicata est in terra. In animali vero est subtiliata materia et terminata, quod patet in motibus partibus animalis. Et hec secundo confirmatur per aristotelem inquirentem in libro de celo et mundo propter quid non sunt plures soles, et solventem per defectum materie, que est ibi tota forma et terminata est et non potest ulterius extendi. Quidam autem ponunt aliam causam, quia arbor pluribus indiget operationibus ad sui conservationem quam animal unumquodque, sed hoc nichil est. Contra primam autem secundum patet quod si pars plante evellatur alia nascitur, et non est hoc in animali; et quod insitio fit in plantis et non in animalibus, contrarium quia pars plante si plantetur vivit, per hoc solvitur; et etiam quod partes plante similes sunt ei in se cum actu totius. Ad obiectum patet, secundo hoc modo esse potentius ad producendum partes plures, hoc est duplicare diversitatem specierum aut eiusdem. Primo modo animal plures partes producit. Secundo modo planta, quia infinita folia producit que sunt eiusdem speciei. Animal autem unum organum unius speciei, vix duo eiusdem speciei. Ad aliud dicendum est quod plante non habent organa procedendi neque motum progressivum habent, quia principium motus progressivi est appetitus actualis boni quod non est in plantis, et iterum quia obiectum distat a sensu apprehendente, quod est in quibusdam animalibus. Sed plante habent nutrimentum sibi coniunctum, quia fixas habent radices in terra que est nutrimentum earum. Ad ultimum dicendum est quod simplex dicitur multis modis. Uno modo dicitur simplex in quo non differt et quo est et hoc est, et sic primum simplex. Alio modo dicitur simplex illud in quo est unitas, sed differt tamen quod est et quo est in ipso, et hoc modo omne creatum unum simplex. Sed differt, quia uno modo dicitur simplex in creatis, quia tamen non habet materiam naturalem corporalem sed spiritualem, et hoc modo anima et intelligentia est simplex. Dicitur iterum simplex uniforme corpus quod est uniforme in omnibus suis partibus, et hoc modo corpus celeste est simplex. Dicitur et aliud corpus simplex quod est sub luna, et est tamen simplex respectu mixti, et hoc modo elementum est simplex. Alio modo dicitur simplex mixtum respectu animati, et quia uniforme in suis partibus. Alio modo dicitur pars plante simplex esse non, quia non sit mixta, sed quia habet eandem operationem rationem cum actu totius, et tota et partes ad easdem operationes communes ordinantur, sicut visum est quod non faciunt partes animalis; unde ibi accipitur simplex contra difforme.

Q. 8

Circa octavam questionem sic proceditur.

Et queritur utrum anima sit motor corporis celestis, ut possit dici quod corpus celeste habeat animam et quod ab anima moveatur. Et ostenditur quod sic. Omne corpus vivens nobiliori vita aliis habet pro sua perfectione illud quod est principium vite. Sed corpus celeste est huiusmodi; ergo habet pro sua perfectione illud quod est principium vite. Maior patet, quia viventibus vivere est esse, omne autem esse est a perfectione, et omne vivere est a principio vite. Minor patet in libro de celo et mundo. Sed principium vite est anima; ergo corpus celeste habet animam. Secunda ratio hec est: omne quod movetur cum appetitu et desiderio movetur ab anima. Sed corpus celeste movetur huiusmodi; ergo corpus celeste movetur ab anima. Maior patet per aristotelem in libro de anima ponentem quod principium appetitus et desiderii est anima sensibilis; ergo cum corpus celeste moveatur, eius motor est anima. Ad oppositum: differt motus naturalis et voluntarius, quia naturalis est ad unum, voluntarius autem est ad opposita, et ideo motus naturalis terminatur ad quietem nisi cum invenit terminum. Volun-

cari autem terminatur ad quietem propter exigentiam motoris
motor enim voluntarius agit ad opposita et voluntas non
cogitur ergo cum vult movet et cum non vult non mo
vet. Sed motus ab intellectu est motus voluntarius
et secundum voluntatem sui motoris ergo si motus corporis
celestis esset ab intellectu quiesceret secundum voluntatem
sui motoris. Illius autem talis motus est terminabilis ad que
tem. Iste non terminatur ergo si celum moveretur ab intellectu
eius motus esset terminabilis ad quietem. Hoc autem
contra philosophum et inconveniens ergo celum non movetur ab anima
nec ab intellectu. ¶ Ad hoc dicendum est quod circa hoc
multe sunt intensiones diversorum philosophorum. ¶ Prima
est quod corpus celeste movetur ab anima et habet
animam tamquam perfectionem intrinsecam. Unde volunt quidam
philosophi corpora superiora esse animata. Alia fuit philoso
phorum quod corpus celeste movetur ab intellectu qui non est
perfectio sui ipsius sed motor extrinsecus et hii philosophi di
visi sunt quia quidam posuerunt motorem celi in
medietate esse intelligentiam creatam esse et posuerunt
diversitatem motorum secundum diversitatem mobilium sicut
narrat Aristoteles in xi. Alii posuerunt unum solum mo
torem celorum et ipsum posuerunt unum separatum quod est
causa omnium extrinsecus movens per se et per accidens a
nullo dependens quod est principium motus et muta
tionis omnium et hoc est principium primum cuius no
men est excelsum et gloriosum et benedictum. Ponimus
autem secundum hanc viam quod corpus celeste movetur
ab intellectu non tamen est corpus animatum quod ab anima
perficiatur intra sed movetur ab intellectu sui moto
ris. Et sciendum est quod corpus celeste habet dupli
cem motorem unum intra et alium extra. Mo
tor eius intra est duplex. Quidam est sua forma
completiva qui non sufficienter movet ipsum sed ipsum
disponit ad motum. Alius est sicut dispositio acci
dentalis et hec est figura ipsius qui non est motor
sed dispositio ad motum unde dicitur quod motus sequitur fi
guram. Alius autem est motor celi et exterior et iste
est intellectus sicut ostendunt rationes. Utrum autem
sit intellectus increatus an creatus. In aliis dis
cussimus. Nunc autem sufficiat quod movetur ab intellec
tu et concedende sunt rationes ad hanc partem. Solutio
autem est quod intellectus est duplex. Quidam enim est
creatus et quidam increatus creatus est duplex
quidam est independens a corpore et omnino separatus
et talis est motor celi sicut supponitur modo
et talis non habet rationem anime nisi equivoce cum
anima sit forma et perfectio eius in quo est

alius autem est dependens a corpore et est forma corporis
et talis dicitur anima et de tali vult Aristoteles quod ubicumque est
intellectus ibi est anima vegetabilis et sensibilis quia talis
est cum omnibus differentiis anime. Et a tali non movetur
corpus celeste sed ab intellectu primo modo se habente vel
creato vel increato. Et propter hoc non sequitur quod si moveatur ab
intellectu quod ab anima moveatur nisi anima equivoce
sumatur. ¶ Ad primam rationem que ostendit quod non mo
vetur ab intellectu dicendum est quod intellectus agit per voluntatem
sed voluntas est duplex. Quedam enim est ad contraria propter sui
libertatem et propter infinitatem potentie sue et talis volun
tas contrahit operationem suam in eo super quod operatur
Et hec contractio non ponit in eo coactionem sed infini
tatem et instabilitatem potentie et talis est vo
luntas motoris celi et ideo fixa est in movendo et
in continue. Alia est voluntas que est ad contraria propter sui
instabilitatem sicut voluntas humana et talis voluntas
ad contraria potius ponit impotentiam in voluntate quam potentiam
et propter hoc talis voluntas movet et operatur cum pausa
tione ita quod quandoque movet et operatur quandoque desistit a motu
et operatione

¶ Circa secundam questionem sic proceditur et queritur utrum habeat animam ¶ Questio .9.
tamquam suam perfectionem sicut habent animata ut possit dici
animal vel corpus animatum. Et ostenditur quod sic et
ad hoc ostendendum adducuntur tres prime rationes que
sunt posite in questione superius immediate dicta et alie sunt
Quarum prima talis est. Sicut dicit Avicenna in libro
de anima quedam corpora recipiunt formam vite et quedam
non. Corpora que formam vite recipiunt sunt ea que
maxime distant a contrarietate. Et que maxime acce
dunt ad naturam corporis celestis in sua equalitate. Cor
pora autem que maxime distant ab ipso et habent naturam
contrarietatis illa sunt inhabilia ad recipiendum formam vite
elementa enim inter cetera mixtorum corporum habent contrarietatem et ideo
remotissima sunt a corporibus celestibus. Corpora autem celestia
sunt apta nobiliori vite ergo recessus a contrarietate est
causa ad hoc ut corpus vivat. Sed talis natura maxi
me est in corporibus celestibus ergo corpus celeste maxime
habet vitam et maxime ab anima perficitur et ita
corpus celeste potest dici animatum vel animal. ¶
Secunda ratio hec est. Omne quod habet nobilius regimen
unde regimine regitur a forma nobiliori omnium formarum
quod forma regit corpus sed corpus celeste est huiusmodi
ergo regitur a tali forma que est nobilissima. Talis
vero forma est anima nobilissima que est supra
omnes differentias anime et super intellectum ergo a tali forma
regitur corpus celeste sed anima regit et illud cor

quod regit et perficit et tale corpus. Sed celum perficitur ab anima ita quod possit dici animatum vel animal. Minor scripta in libro vegetabilium in quo dicit Aristoteles quod celum habet nobilius regimen nostro regimine. ¶ Ad oppositum. Duplex est motor: quidam est dependens a mobili, quidam autem non. Et ista dependentia motoris a mobili est causa variationis et insufficientie motus, et quanto magis dependet a mobili tanto magis est insufficiens; quanto autem minus ab ipso dependet tanto magis est sufficiens. Et ideo differentie anime que sunt in corpore non sunt motores sufficientes nisi in genere, quia solum movent corpus suum. Motor autem corporis celestis est sufficiens in omni sua operatione, quia mobile completum est in genere moventium mobilium et movens completum in genere moventium. Sed motor corporis celestis non dependet a corpore celesti; ergo non est ei unitus sicut forma materie et sicut anima corpori, ut dicatur corpus celeste ab anima perfici. Ergo corpus celeste non potest dici animal nec corpus animatum. ¶ Secunda ratio hec est: illud perfectibile quod est eiusdem rationis in toto et in parte est susceptibile perfectionis que exigit corpus perfectibile habens diversas rationes in partibus et diversas operationes secundum speciem. Sed corpus celeste est huiusmodi perfectibile, et anima est huiusmodi perfectio. Ergo corpus celeste non est susceptibile anime. Maior patet in secundo de anima ubi dicit Aristoteles quod omnis actus ad propriam materiam ordinantur. Minor patet quia anima est perfectio corporis organici quod est alterius rationis in partibus et in toto. Celum autem est corpus minime organicum et uniforme in partibus et in toto.

¶ Ad hoc dicendum est quod opinio quorundam philosophorum fuit quod corpus celeste perficeretur ab anima et quod esset corpus animatum. Non est autem hoc verum, quia anima est solum perfectio corporis elementati organici. Unde non est ponere ipsam esse perfectionem corporis celestis. Ponimus tamen ipsum moveri ab intellectu, qui intellectus non est forma completiva ipsius sicut forma est perfectio materie et sicut anima est perfectio corporis, sed solum sicut motor est perfectio mobilis. Est enim motor perfectio mobilis quia educit mobile de potentia motus ad actum. Nec unitur ei ille intellectus sicut forma, nec dependet ab eo sicut anima a corpore et forma a materia. Si autem virtus istius motoris secundum quam celum movet dicatur anima, tunc equivoce dicitur anima, ut dicatur illa virtus anima mundi. Sed tunc equivocabitur anima; concedende sunt rationes quibus ostenditur quod corpus celeste non habet animam tamquam perfectionem suam intrinsecam, et quod celum non est corpus animatum ut possit dici animal nisi equivoce. Unde si aliquando concedatur ipsum habere animam et perfici ab anima, hoc non est secundum propriam rationem et intentionem anime.

¶ Ad primam rationem ~~in contrarium dicendum est~~ ad illam que ponitur in hac questione, dicendum quod recessus a contrarietate est duobus modis. ¶ Uno modo est per contrariorum confractionem in mixto, et talis facit equalitatem complexionis, et talis est dispositio ad receptionem anime et vite in corporibus inferioribus, sicut dictum est, et sic dicit Avicenna. Alio modo est recessus a contrarietate non per saturitatem mixtionis et confractionis contrariorum in mixto, sed per omnimodam distantiam a contrariis, et hoc modo est recessus a contrarietate in celo. Et iste recessus non est dispositio ad hoc ut corpus recipiat influentiam motoris nobilissimi qui movet per intellectum, et hoc modo in celo est iste recessus. Unde illa dispositio non disponit ad hoc ut celum sit animatum, sed ad hoc ut ab intellectu moveatur. ¶ Ad secundam dicendum est quod regimen est duobus modis: quoddam est a forma interiori, et tale est in corpore humano et animato ab anima que est forma interior corporis. Aliud est a motore exteriori sufficiente, exigente tamen dispositionem intrinsecam que est cum contrarietate. Et quantum ad hoc corpus celeste habet nobile regimen et nobilius nostro, quia motor a quo regitur nobilissimus est. Sed hoc regimen non respondet anime, sed primo regimini. Et ideo celum non habet animam.

¶ Distinctio secunda de comparatione anime ad corpus cui diffinitur perfectio causa diffinitionis explanande. ¶ Continuatio intensionis. ¶ Lo. secunda. Cu

¶ Si autem aliquid commune in omni anima oportet dicere et cetera. ¶ In parte determinata constituit philosophus anime diffinitionem. In hac autem parte ad explanationem diffinitionis huiusdem determinat comparationem anime ad corpus cuius est perfectio et per quod diffinitur, et ostendit omnimodam unionem anime esse cum corpore sicut est forme perficientis cum suo perfectibili. ¶ Divisio. ¶ Incipit autem hec pars dividi in partes duas, in quarum prima ostendit animam uniri corpori sicut perfectio cum suo perfectibili. ¶ In secunda sic: hac. ¶ Est autem non abiciens animam cum potencia sit et cetera. ¶ Determinat indissolubile nexum qui est inter animam et corpus quod ab ipsa perficitur secundum quod est eius perfectio, secundum quod corpus potentia non separatur ab anima potentia, et corpus actu non separatur ab anima actu. Ordo autem partium evidens est, eo quod secunda pars oritur ex prima. ¶ Pars autem prima se extat ad presentem speculationem. ¶ Intendit ergo philosophus in hac parte ad evidentiam maiorem

predicte diffinitionis ostendere comparationem anime ad corpus sicut perfectionis ad perfectibile. Recipit autem hec pars divisionem in duas partes. In quarum prima ostendit predictam comparationem que est secundum omnimodam unionem. In secunda, scilicet in hac: **Universaliter autem dictum quod anima est substancia. Est enim substancia secundum rationem et cetera.** Ostendit quod anima comparatur ad corpus sicut perfectio naturalis ad ipsum perfectibile, tamquam dans ei constitutionem in esse specifico. Prima autem pars dividitur in duas. In quarum prima ostendit quod diffinitio predicta de anima assignata est maxime communis et conveniens anime. In secunda, scilicet in hac: **Unde et non oportet querere si unum est anima et corpus et cetera.** Ostendit unionem quam habet anima cum corpore que est sicut perfectionis cum proprio perfectibili. Secunda autem pars in qua ostendit quod secundum rationem perfectionis specifice anima comparatur ad corpus dividitur in duas partes. In quarum prima proponit hoc, in secunda probat illud que sic incipit: **Sicut si aliquod organorum phisicum esset corpus et cetera.** Prima pars indivisa manet, sed secunda dividitur in duas. In quarum prima declarat intencionem suam per simile in instrumentis artificialibus. In secunda, scilicet in hac: **Considerare autem et in partibus oportet quod dictum est et cetera.** Manifestat intencionem suam per comparationem tocius anime ad totum corpus et partium eius ad partes corporis. Divisionis recollectio.

Sunt ergo in presenti lectione partes quinque. In quarum prima ostendit philosophus quod predicta diffinitio est maxime communis et conveniens anime. In secunda tangit comparationem anime ad corpus secundum veram unionem. In tercia ostendit comparationem anime ad corpus que est sicut comparatio perfectionis per speciem ad proprium perfectibile. In quarta manifestat hanc comparationem per simile in instrumentis artificialibus. In quinta declarat ipsam per comparationem tocius anime ad totum corpus et partium eius ad partes corporis. Hec est divisio huius partis.

**Sentencia prime partis est in qua ostenditur recta assignatio predicte divisionis.** Circa autem primam partem procedit philosophus hoc modo dicens quod si aliqua diffinitio communis assignetur de anima hec est: anima est prima perfectio corporis phisici organici potentia vitam habentis.

**Sentencia secunde partis est in qua tangitur specialis unio anime cum corpore tanquam perfectionis cum perfectibili.** Consequenter aggreditur secundam partem principalem in qua tangit comparationem unionis anime ad corpus. Et est sua ratio sic formanda: Sicut se habet figura cere ad ceram et universaliter perfectio quelibet ad suum perfectibile, sic se habet anima ad corpus. Sed sic se habet figura cere ad ceram et universaliter forma vel perfectio quelibet ad suum perfectibile quod ipsa unitur unione sine distinctione et ex ipsis fit unum in actu sicut ex actu et potentia que a suo actu habet unitatem. Non contingit querere utrum ex illis fiat unum sed est distinctio inter ipsa. Ergo sicut comparatur anima ad corpus ut uniatur cum ipso unione sine distinctione ut ex illis secundum actum indistinguibiliter unum fiat ut non sit querendum utrum ex illis fiat unum neque utrum sit distinctio inter ipsa. Ex hiis autem habetur manifestatio prime partis diffinitionis anime que est quod anima est perfectio corporis organici et cetera.

**Sentencia tercie partis est in qua ostenditur quod anima est perfectio corporis specialis dans ei esse secundum speciem.** Consequenter aggreditur partem illam in qua ostendit quod anima comparatur ad corpus sicut perfectio specifica ad suum perfectibile. Dicit ergo quod dictum est quod anime universaliter secundum omnem suam differentiam est forma secundum rationem et hoc est quod anima est forma completiva corporis qua corpus est id quod est in esse specifico. Ex hoc autem habetur manifestatio alterius partis diffinitionis anime que est quod anima est prima perfectio corporis organici quia prima perfectio est per speciem.

**Sentencia quarte partis de manifestatione predictorum per similitudinem in rebus artificialibus.** Consequenter declarat hoc per simile in organis artificialibus et in illa parte primo declarat intencionem suam dicens quod si anima esset perfectio alicuius instrumenti artificialis sicut securis, tunc esse securis esset perfectum per existentiam anime in ipsa et recedente anima ab ipsa non esset iam dolabra vel securis in esse specifico sed solum diceretur habere equivoce esse et non secundum veritatem. Eodem autem modo se habet ad corpus ipsa anima. Universaliter habet hanc rationem diffinitionis substancia que per suam unionem cum corpore dat ei esse specificum et operationem sue speciei convenientem et per suam absentiam dat ei oppositum esse et oppositas conditiones et forma per speciem et illius rationem. Sed anima est huiusmodi respectu corporis, ergo anima est forma secundum speciem et rationem ipsius corporis. Secundo ne credatur propter hanc similitudinem quod anima sit possibilis ad hoc ut corporis artificialis possit esse perfectio removet hoc cum dicit: **Non enim huiusmodi corporis quod quid est esse et ratio anima est et cetera.** Dicit ergo quod quamvis posita sit similitudo inter corpus artificiale et corpus naturale cuius perfectio est anima per comparationem ad animam, non tamen anima est perfectio corporis artificialis ut forma secundum rationem eius ipsius, sed est perfectio corporis naturalis in quo est principium motus et status. Unde tenuit hanc rationem: anima est perfectio corporis in quo est principium motus et status, sed corpus artificiale sicut habetur in secundo phisicorum negocii non habet intra se principium motus et status in quantum est artificiale sed solum naturale est huiusmodi. Huius principium ergo anima est perfectio

corporis naturalis et non artificialis. ¶ Sentencia quinte partis est de predictorum manifestatione per comparationem partium anime ad partes corporis et totius anime ad totum corpus. ¶ Igitur manifestat suam intentionem per comparationem totius anime ad totum corpus et partium ad partes. Dicit ergo quod illud quod modo dictum est etiam potest cognosci per comparationem partium anime ad partes corporis quia si oculus esset animal totum perfectio ipsius esset visus et anima eius, visus enim esset perfectio oculi et forma secundum rationem et oculus esset materia ipsius et recedente visu ab oculo oculus non haberet esse secundum speciem et veritatem sed esset oculus equivoce sicut lapideus aut pictus. Deinde dicit quod similis est comparatio partis anime ad partem corporis et totius anime ad totum corpus sicut visus qui est potencialis pars anime sensibilis est perfectio oculi qui est pars totius animalis. Similiter tota anima sensibilis est perfectio totius animalis secundum quod est animal. ¶ Continuit ergo talem rationem sicut se habent partes anime ad partes corporis sic se habet tota anima ad totum corpus sed unaqueque partium anime cuilibet parti corporis dat esse secundum speciem per suam presentiam et operationem convenientem sue speciei et per suum recessum dat oppositas conditiones ergo tota anima se habet ad totum corpus ita quod per suam presentiam ei dat esse secundum speciem et operationem sue speciei convenientem et per suam absentiam ei exhibet oppositum et sic ostendit quod anima est perfectio corporis secundum formam seu speciem et secundum rationem. ¶ Ex hiis autem patet intensio philosophi circa hanc partem.

Questiones ¶ Ad pleniorem manifestationem circa partem istam sex incidunt questiones. ¶ Prima est de explanatione diffinitionis anime secundum omnes differentias. ¶ Secunda est utrum anima sit res corporea an incorporea. ¶ Tercia est utrum eadem sit comparatio anime ad corpus que est cere figure ad ceram et universaliter forme ad materiam. ¶ Quarta est quo modo anima sit forma secundum rationem. ¶ Quinta est utrum eadem sit comparatio partium anime ad partes corporis que est totius ad totum. ¶ Sexta est de existentia anime in corpore et hec ad partem reservabitur consequentem.

Q 1. ¶ Circa primam partem questionis decem requiruntur. ¶ Primum est utrum anima sit perfectio et ostenditur quod sic omnis substantia que rei in materia et in potentia existenti confert esse specificum et operationem et conservationem et per suum recessum infert ei corruptionem est perfectio. Hec propositio manifesta est de se. Sed anima est huiusmodi quia dat esse specificum ipsi corpori sicut visum est. Ergo anima est perfectio. ¶ Ad oppositum non est eadem comparatio motoris ad mobile et forme ad materiam. Sed anima comparatur ad corpus sicut motor ad mobile cum utatur eo sicut instrumento. Ergo non comparatur ad ipsum sicut forma ad materiam quia forma perficit. Ergo anima non est perfectio. ¶ Et ad hoc possunt adduci rationes ostendentes superius quod anima non sit forma

¶ Ad hoc dicendum est quod anima est perfectio sicut ostendit ratio. ¶ Ad rationem in contrarium dicendum est quod motor est duplex. Quidam enim est motor tantum et talis non comparatur ad mobile sicut forma ad materiam. Alius est qui est motor et forma et talis comparatur ad illud in quo est sicut motor ad mobile et sicut perfectio ad perfectibile et talis motor est anima. Ratio

Questio 2a circa idem ¶ Secundo queritur circa hoc cum sit anima perfectio utrum corporis et ostenditur quod sit perfectio corporis sicut dicit algazel: proprium enim est substantiarum spiritualium ut imprimant supra corporales et non econverso. Ergo cum anima sit substantia spiritualis et sit forma sicut ostensum est superius imprimet supra corpus. Ergo anima est forma et perfectio corporis et non alterius cum hoc sit ei proprium scilicet imprimere super substantiam corporalem. ¶ Secunda ratio hec est: ex eis que sunt actu non fit unum sed ex eis quorum unum est actu et alterum in potentia. Illud autem quod est potencia ad formam est corpus et non substantia spiritualis quia substantia spiritualis est actus et forma. Ergo anima cum sit forma et perfectio alicuius erit perfectio alterius. ¶ Ad oppositum materia est proportionalis forme. Cum ergo anima sit forma spiritualis ei debet respondere materia spiritualis et non corporalis. Ergo anima non est forma nec perfectio corporis.

¶ Ad hoc dicendum est quod anima est perfectio corporis quod complet continet et conservat. ¶ Ad rationem in contrarium dicendum est quod aliquid dicitur corporale duobus modis. Uno modo quia fit ex materia corporali et hoc modo anima non est corporalis. Alio modo dicitur aliquid corporale quia perfectio est rei corporalis et non per aliud et hoc modo anima potest dici corporalis non quia sit ex materia corporali constituta sed quia est perfectio et forma rei corporalis. Unde anima hoc modo est corporalis et ita potest esse hoc modo forma et perfectio corporis.

Questio 3a circa idem ¶ Tercio queritur circa hoc utrum anima possit esse perfectio corporis artificialis an naturalis solum et non artificialis. Naturalia habent intra se principium sui motus. Artificialia vero que sunt ingenio per accidens non habent principium motuum nisi per illud quod continent a natura. Ergo cum corpus quod ab anima perficitur se ipso moveat, corpus autem artificiale non est movetur, quod anima non est perfectio corporis artificialis sed solum corporis naturalis quod se ipso movetur. ¶ Secunda ratio hec est secundum avicennam: corpus hyle est ad vitam est recedens a contrarietate. Item habet in se dispositiones per quas recipit in se influentias anime et in partibus suis que dispositiones sunt spiritus et virtutes et alie. Sed corpora artificialia non sunt huiusmodi neque habent in se istas dispositiones sed solum naturalia. Ergo corpora artificialia non sunt perfectibilia ab anima sed solum naturalia. ¶ Tercia ratio hec est: natura ordinata est in suis operationibus et dator et rector nature ordinatus est sed anima est prior quibusdam corporibus in via perfectionis et nobilitatis et sit corpus animatum. Corpora autem artificialia sunt posteriora omnium naturalium. Ergo corpora artificialia non sunt habilia ad vitam et ad animam sed solum naturalia. Ergo anima non

non potest esse perfectio corporum artificialium sed solum naturalium. ¶ Ad oppositum: anima est perfectio corporis diverse virtutis in parte et in toto propter cuius partium diversitatem diversas operationes operatur. Sed corpus artificiale maxime est huiusmodi, ergo anima potest esse perfectio corporis artificialis. Minor patet, quia corpus artificiale habet diversitatem partium sicut patet in domo. ¶ Secunda ratio hec est: motus nature est ad unam partem; motus autem qui est ad diversos effectus et diversos fines et diversas partes est ab anima. Sed motus rerum artificialium est ad diversas partes sicut patet de scamno, quia habet motum ad diversas partes, quia de natura una est naturam descendere, de alia autem natura est naturam sedere ut super ipsum sedeat homo. Ergo anima potest esse perfectio corporis artificialis. ¶ Ad hoc dicendum est quod anima est perfectio corporis naturalis et non artificialis, unde corpora naturalia sunt habilia ad vitam et animam et non quelibet corpora naturalia sed solum illa que dicta sunt, et non est perfectio corporis artificialis.

Co.

¶ Ad hoc dicendum est quod anima est perfectio corporis naturalis et non artificialis, unde corpora naturalia sunt habilia ad vitam et ad animam et non quelibet corpora naturalia sed solum illa que dicta sunt, et non est perfectio corporis artificialis, unde corpora artificialia non sunt habilia ad vitam et animam sicut ostendimus rationes. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod diversitas partium in corpore est duobus modis. Uno modo est diversitas in corpore propter exigentiam diversarum operationum anime et virtutum anime in corpore cum anima unitur, et diversitas et hec diversitas partium disponit ad receptionem anime et hec non est in corpore artificiali. Alia est diversitas partium in corpore propter diversos fines ad quos agens ordinat corpora ut ipsis utatur in exterioribus operationibus et non in celestibus, et talem diversitatem partium habent corpora artificialia, sed hec non est dispositio ad animam et vitam recipiendam. ¶ Ad secundam dicendum est quod motus est in rebus artificialibus diversus non propter naturam suorum principiorum sicut est propter naturam anime, sed propter diversitatem partium et finium ad quos ars ipsa ordinat. Item habet alium motum propter naturam suam et alium ab arte, et sic non debent ab anima perfici.

Co. q. 3ª

¶ Quarto queritur de hoc cuius corporis sit anima perfectio, utrum scilicet corporis organici vel alterius corporis, et ostenditur quod sit perfectio corporis organici. Omnis substantia spiritualis que multarum operationum est principium per diversitatem suarum potentiarum operans per corpus et per corporis partes tanquam per instrumentum est perfectio corporis habentis diversam rationem in partibus et in toto secundum diversas rationes convenientium comparationes. Sed anima est talis perfectio et talis substantia; corpus autem organicum est tale corpus, ergo anima solum est perfectio corporis organici. ¶ Ad oppositum: si anima solum esset perfectio corporis organici, ergo cum multa sint corpora que non habent organa, illa corpora non haberent animam. Hoc autem est falsum, quia multa corpora habent animam que non habent organa sicut anguille et serpentes, immo habent partes consimiles, unde anguille decise vivunt propter similitudinem in partibus et in toto sicut vult Averrois in fine primi De anima; ergo anima non solum est perfectio corporis organici. Et ad hanc conclusionem possunt adduci rationes que ponuntur in questione precedenti que est de necessitate et causa organizationis in corporibus. ¶ Ad hoc dicendum est quod anima est perfectio corporis organici solum propter cuius partium diversitatem diversas exercet operationes. ¶ Ad rationes in contrarium dicendum est quod omnia viventia participant organa, sed tamen secundum maiorem et minorem perfectionem. Quanto enim aliquod corpus animatum pluribus differentiis anime perficitur tanto plura organa obtinet. Alia enim animalia habent organa et plante similiter, sed non habent ea in tanta diversitate et expressione sicut habent alia animata, unde serpens quamvis non habeat exterius organum motus progressivi, tamen interius habet organum quod ordinat ipsum ad motum progressivum. Et pisces similiter habent interius organum per quod nati sunt natare, et hec est virtus cordis per quam prorumpunt in operationes suas et motus, et dispositio ipsius ad hoc est apte figure corporis et complexionis dispositione ad hoc, quia enim serpens longum est et directum ideo serpit.

¶ Quinto queritur de hoc utrum anima sit actus corporis physici organici primus an secundus. Et primus sciendum quod forma dicitur actus primus secundum quod dat esse specificum ei cuius est forma. Et dicitur actus secundus secundum quod est principium operationis speciei debite. Videndum autem quod anima sit actus utroque modo hac ratione, quia omnis forma dans esse specificum et operationem speciei convenientem et movet se ipsum et operatur et est actus primus et secundus. Sed anima vegetabilis et sensibilis est huiusmodi, ergo utrumque est actus primus et secundus. Maior patet secundum expositionem actus primi et secundi. Minor patet quia vegetabilis nutrimentum et intellectiva se est in suo actu secundum actualiter et hoc est quod dicit commentator super locum istum, scilicet supra primum secundi De anima, quod de sensibili probatum est quod sit principium corporis et ingenii et aliarum operationum. ¶ Ad hoc intelligendum est quod anima est perfectio corporis substantialis dans esse specificum corpori et est principium operationis eius et principium motus et quietis. Unde non secundo quia secundo modo est principium, sed secundum quod primo eo quia hoc modo est actus intransmutabilis et ideo dicitur esse actus primus et iste modus semper precedit alterum per naturam, quamvis forte simul in quibusdam sit duratione et post

continetur supra passivum istum quod quedam animalia per partem unam non habent opus vegetabilis in nutriendo sicut serpentes et quedam rane. Sed melius est dicendum sicut dictum est quod anima est actus primus et secundus et non diffinitur per secundum quia per illum non dat esse sicut vult aristoteles quod anima est principium motus et status. Motus ad diffinitionem motoris celi qui est infinite potentie et operationis anima autem non est huiusmodi. Et per hoc patet solutio ad obiectum quamvis primus actus sit simul tempore cum secundo tamen primus precedit secundum naturam.

¶ Iuxta hoc queritur de hoc quod dicit quod scientia precedit considerare. Sed hoc videtur falsum quia in moralibus ita est quod ex frequentibus agere causatur virtus. Ergo a simili ex frequenti considerare causatur scientia et ita considerare precedit scientiam cum sit causa eius. Et ratione huius queritur quare in naturalibus habitus precedit operationes in moralibus vero econverso fit. ¶ Queritur etiam de hoc quod dicit infra quod actus primus qui est sicut scientia est sicut sompnus, actus secundus qui est considerare assimilatur vigilie. Queritur super hoc quomodo actus sit vigilia et sompnus quia si accipiatur hic sicut in libro de sompno et vigilia falsum dicit quia illo modo vigilia precedit sompnum secundum naturam. ¶ Ad primum horum dicendum est quod in naturalibus precedunt habitus operationes et quod in illis a potentiis separatum eliciuntur operationes et ita primus actus precedit secundum. ¶ Ad illud vero quod obicitur de scientia et considerare dicendum est quod scientia potest considerare habitum scientis mediante quo operatur et considerare operationem elicitam ab illo actu sicut patet in docente quia secundum aristotelem necesse est habere scientiam antequam doceat. Potest autem scientia alio modo nominare effectum doctrine et inventionis cuius principium est frequens est considerare et considerare potest dicere operationem ex qua huiusmodi habitus relinquitur sicut patet in discipulo qui ex doctrina et inventione scientiam adquirit. Alio modo scientia precedit considerare. Et hoc modo intendit aristoteles. Secundo autem modo est econverso. ¶ Ad illud autem quod querebatur de habitibus naturalibus et voluntariis dicendum quod in involuntariis sicut dictum est habitus sunt cause operationum et ideo habitus precedunt operationes. In voluntariis autem est econverso propterea quia habitus sunt acquisiti et non innati. Sed quedam operationes sunt innate et ad minus dispositiones quia sicut vult boetius in libro de consolatione philosophie est enim hominum in mentibus hominum veri boni inserta cupiditas et hoc per naturam quam habent ad habitus acquisitos homines moventur et ita operationes prime precedunt primos habitus et hoc dico quia ex bonis operibus causantur boni habitus et ex bonis habitibus regulantibus nos causantur bone operationes. ¶ Ad aliud dicendum est quod sompnus non accipitur hic prout est vinculum et immobilitatio sensuum comparatum ad actus exteriores sicut accipitur in libro de sompno et vigilia nec vigilia est excitatio virtutum sensibilium ad operationes exteriores set accipitur sompnus sicut primus actus et vigilia pro operatione naturali et actu secundo secundum proportionem. ¶

¶ Queritur sexto utrum hec diffinitio anime que est actus corporis organici etc. conveniat omni anime. Et videtur quod non conveniat anime intellective quia nichil quod non sit ullius partis corporis actus est actus corporis phisici organici. Anima intellectiva non est actus corporis phisici etc. Maior patet quia forma perficiens perfectibile secundum totum necesse est quod eam perficiat secundum partes quia aliter diminute perficeret ipsum. Minor patet in sensibilibus. ¶ Secunda ratio hec est. Omnis diffinitio sic est quod soli convenit suo diffinito. Sed hec diffinitio non soli convenit anime intellective ergo non est eius diffinitio. Maior per se patet. Minor patet quia si soli ei conveniret non esset separabilis a corpore. ¶ Ad oppositum est illud quod dicit postea quod si est aliquid commune est in omni anima oportet dicere quia est perfectio corporis phisici etc. Et ita diffinitio illa convenit omni anime. Et quia hoc magis manifestabitur postea ideo pauca obicientur contra hoc. ¶ Solutio. Ad hoc intelligendum est quod hec diffinitio omni anime convenit sed non univoce sed dissimiliter. Et ad hoc melius intelligendum notandum est quod forma est multis modis. Est enim quedam forma que perficit unum secundum eandem rationem in partibus et in toto et secundum quam denominantur partes ab actu et operatione totius et talis forma est anima vegetabilis et sensibilis quia sicut dicitur non quelibet pars plante est planta sic quelibet pars animalis animal. Sed quelibet pars plante vegetat et quelibet pars animalis sentit. Et huiusmodi forme sunt actus totius et partium secundum operationes universales quamvis partes plante magis sint homogenee partibus animalis sicut postea patebit. Est autem alia forma que ita perficit totum quod non partes et quod nullius partis corporis est actus et hec denominat totum ab actu suo et nullam suarum partium et hec est anima rationalis que ita perficit totum hominem quod nullam partem ipsius et sic patet solutio ad primam rationem. ¶ Ad secundam dicendum est quod anima diffinitur secundum quod est forma et non secundum quod est substantia. Et hac via essentiale est anime intellective esse in corpore scilicet secundum quod est forma et non secundum quod est substantia.

¶ Septimo queritur utrum forma et actus sint eadem et ostenditur quod non in quolibet quod est ab aliquo ad aliquid dependens per cuius unionem cum altero resultat tertium differt in eo sua substantia et unio sua et illud quod resultat ex hiis hoc autem est actus qui resultat ex unione forme cum materia ergo actus differt ab essentia forme. ¶ Secunda ratio hec est. Duplex est actus scilicet primus et secundus. Actus primus est esse quia sicut avicenna est actus primus entis esse vel

¶ Questio ·6·

¶ Solutio

¶ Questio ·7·

viventis in viventibus et vivere viventibus est esse. actus autem secundus est operatio. Sed sic habetur in libro de unitate et uno esse est actus relictus ex unione forme cum materia. et vivere est actus relictus ex unione anime cum corpore ergo actus primus est effectus forme existentis in materia. ergo differt ab essentia forme. Iterum secundus qui est operatio differt a forma et in qualibet substantia creata differt sua actio a sua substantia et item actus secundus posterior est ipsa essentia forme ergo tam actus primus quam secundus differt a sua forma. ¶ Ad oppositum dicit aristoteles in methaphysica quod actus et forma sunt idem et in libro de anima et hoc patet quia anima que est forma diffinitur per actum. Sed quelibet pars diffinitionis est eadem cum diffinito ergo actus est idem cum forma vel anima in quantum est forma. ¶ Secunda ratio hec est. In forma non differt quo est et quod est. quia forma sit principium simplex non compositum ex aliis et aliis. vel esset abire in infinitum. in principiis vel oporteret ponere principia non esse composita ergo in forma non differt quod sit forma et actus nisi secundum rationem quia esset compositio in ipsa et non esset status in ipsa tamquam in principio.

Co. ¶ Ad hoc dicendum est quod in forma differt sua essentia et actus. Sed actus est duplex primus et secundus. Secundus est operatio que elicitur a forma et iste omnino differt ab essentia forme et a composito et iste actus est actus compositi. actus autem primus est duplex quia quidam est qui est actus essentialis compositi resultans ex unione suorum principiorum et iste actus est accidens compositi. actus autem primus est duplex quidam est actus compositi essentialis. differt etiam a forma et anima et iste actus est in viventibus esse et in viventibus vivere. alius est actus primus qui est principium esse vel vite sicut illud quod datur esse et vita ex sui unione cum materia et iste est principium secundi actus qui est operatio et talis actus et forma sunt idem differunt autem solum secundum rationem. Dicitur enim forma esse substantia apta sui et dicitur actus in quantum perficit materiam et est principium operationis et per hoc solvuntur rationes.

Co. 8. ar. 5 ¶ Octavo queritur utrum anima sit perfectio corporis mixti vel simplicis. Et ostenditur quod sit perfectio corporis mixti sicut dicit avicenna sicut maior mundus constituitur ex iiii elementis sic minor mundus quod est corpus animatum ex omnibus elementis constituitur que in ipso miscentur. Item anima exigit corpus diversarum rationum in partibus et in toto. in partibus diverse sunt compositiones proportionales potentiis et organis tale vero corpus est mixtum et non simplex. ergo anima que est perfectio corporis ergo anima exigit corpus mixtum et non simplex. anima ergo est perfectio corporis mixti et non simplicis. ¶ Ad oppositum est ratio philosophi talis quam ponit in fine primi de anima eiusdem nature sunt elementa in partibus et in toto. Sed elementa prout sunt in toto. scilicet in corpore animato perficiuntur ab anima ergo et extra corpus animatum cum sint eiusdem nature essentialiter perficiuntur ab anima. ¶ Ad hoc dicendum est quod anima est perfectio corporis mixti et non simplicis in quo est recessus a contrarietate per commixtionem et coniunctionem contrariorum et reductionem contrariorum ad medium in quo sunt diversitates partium secundum diversas compositiones et proportiones elementorum. unde corpus animatum est compositum duplici compositione scilicet compositione mixtionis et compositione difformitatis partium et compositio mixtionis respondet sic anime inquantum est forma et principium vite que requirit temperamentum complexionis. compositio autem difformitatis partium in corpore respondet anime prout est motor utens partibus corporis sicut instrumentis per quas diversarum virtutum diversas exercet operationes. ¶ Ad rationem in contrarium dicendum est quod elementa non habent animam nisi potentia solum ex coniunctione eorum adinvicem et confractione resultat complexio corporis mixti que est habilis ad anime receptionem et inde est quod non fuerunt elementa primo et ideo in mixto elementa animam participant et extra mixtum vero non. unde non sunt eiusdem nature intra mixtum et extra quantum ad receptionem anime quamvis in se sint eiusdem nature intra et extra.

¶ Nono queritur utrum anima sic diffiniatur per vitam ut anima sit perfectio corporis potentia vitam habentis et ostenditur quod sic vivere viventibus est esse ergo cum perfectio det esse et non perfectio quelibet sed perfectio prima cum anima sit perfectio prima viventibus anima dat esse. Illud autem viventibus esse est vita ergo anima dat esse sed per actum primum quem dat anima corpori debet anima diffiniri ergo per vitam quam dat anima corpori tamquam per actum primum debet diffiniri. ¶ Secunda ratio hec est. anima dupliciter diffinitur. uno modo secundum suam substantiam et hoc modo non diffinitur a philosopho naturali. Alio modo diffinitur per comparationem ad corpus et hoc modo diffinitur secundum quod est perfectio corporis et aptare actus quem dat corpori ergo per illum actum debet diffiniri quem actum dat corpori qui est universalis omnibus differentiis anime. ille autem actus universalis est vita ergo anima debet diffiniri per vitam. ergo anima est perfectio corporis habentis vitam. ¶ Ad oppositum forma dicitur ad materiam et materia ad formam. materia autem est potentia ad formam et ad substantiam forme per se et primo ex consequenti vero ad actum resultantem ex unione forme cum materia ergo corpus cum sit perfectibile ab anima immediate dicitur ad animam et mediate debet dici ad vitam que ab anima fluit ergo debet sic diffiniri. anima est perfectio corporis potentia ad animam et non potentia ad vitam cum omnis diffinitio detur per immediata. ¶ Secunda ratio hec est. diffinitio anime debet convenire cuilibet differentie eius sicut vult aristoteles vita est ab anima vegetabili hec enim est principium vite in omni vivente. ergo omne principium et perfectum conveniens ad animam non convenit omnibus aliis differentiis anime ergo diffinitio scilicet anima est perfectio corporis vitam habentis non est universalis cuilibet anime debet ergo dici anima est

Co. 9. ar. 5

perfectio corporis vitam habentis et hoc modo erit universalis diffinitio et data per immediata. Co ¶ Isto ad hoc dicendum est quod anima diffinitur per comparationem ad corpus quod perficit. anima vero per suam presenciam in corpore consecutum ad esse suum diffinitum actualiter perficiens corpus dat ei primum actum et secundum. primus autem est vivere quod est esse viventibus. ¶ Secundus autem est operari et ita anima dat corpori vitam et operationem. per primum autem actum qui est universalis et principalis diffinitur anima. cum diffinitur per comparationem ad corpus et inventum est perfectio. hoc autem modo dat actum primum qui est vita ipsius corporis et in hoc complet corpus unde complet corpus per vitam et ideo cum diffiniatur hic per comparationem ad corpus diffinitur per vitam qui est actus per quem corpora sunt viventia. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod ratio illa procedit secundum accidens non enim corpus potentia est ad animam nisi in quantum anima est perfectio corporis hoc autem modo dat anima actum corpori resultantem ex sua unione cum corpore per quem corpus complet et perficit et quia anima diffinitur per comparationem ad corpus tamquam eius perfectio debet diffiniri per illud per quod complet corpus cum per actum primum qui est vita corpus compleat per comparationem ad corpus per vitam diffinitur. Co. q. 10 ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod vivere est quatuor modis. uno modo est vivere aliquo uti et operationibus anime sensibilis que ab anima vegetativa exeunt. et hoc modo anima vegetativa est principium vite. Secundo modo vivere est sentire et sic convenit anime sensibili et hoc modo anima sensibilis est principium vite. ¶ Tercio modo dicitur vivere intelligere et hoc modo anima intellectiva est principium vite. Quarto modo dicitur vivere moveri secundum locum et hoc modo vita convenit corporibus superioribus. vita autem communiter se habet ad omnes istas differentias vite et de illis nomine analogo predicatur sic ergo patet quod quelibet differentia anime est principium vite et ideo quelibet potest diffiniri per vitam.

Co. 2. et 10 ¶ Decimo queritur utrum anima sit perfectio corporis potencia vitam habentis vel actu vitam habentis. Et ostenditur quod sit perfectio corporis potencia vitam habentis. materia enim id quod est potencia est forma vero actus est. et actus cum ergo corpus sit materia respectu anime. et vite et anima et vita sit perfectio et complectio eius necesse est quod corpus sit potencia ad animam ergo est potencia ad actum per quem anima complet. et perficit corpus hoc autem est vita ergo corpus quod est perfectibile ab anima est potencia vitam habens ergo anima est perfectio corporis potencia vitam habentis et non actu. ¶ Secunda ratio hec est ex illis quorum utrumque est actu non fit unum sed ex illis quorum unum est actu alterum potencia sed ex anima et corpore fit unum in perficiendo ergo unum est potencia et reliquum scilicet alterum actu. anima vero non est potencia cum compleat et perficiat corpus ergo corpus est potencia in eius per quod anima perficit ipsum corpus hoc autem est vita. ergo corpus quod perficitur ab anima est potencia ad vitam ergo anima est perfectio corporis potencia vitam habentis. ¶ Ad oppositum sicut vult Aristoteles anima habet essentialem unionem cum corpore ergo corpus prout habile est ad animam actu perficitur ergo actu quem anima ei exhibet semper actu participat hoc autem est vita ergo actu semper participat vitam ergo corpus quod perficitur ab anima habet actu vitam et non solum potencia est. ergo anima perfectio corporis actu vitam habentis et non solum potencia. ¶ Ad hoc dicendum est quod corpus perfectibile ab anima est sicut materia. anima vero sicut perfectio et forma. corpus est potencia ad animam et ad actum completivum quem recipit ab anima per quem ipsum corpus completur iste autem actus est vita et ideo corpus quod ab anima perficitur est potencia ad vitam. ¶ Ad rationem in contrarium dicendum est quod corpus consideratur duobus modis uno modo in sua natura. alio modo per relationem ad animam a qua perficitur corpus ergo in sua natura potencia est ad animam et vitam per quam completur quod autem sit actu habens vitam hoc non est per suam naturam sed per relationem ad animam a qua perficitur et ideo de natura sua non habet actu vitam sed potencia et ideo dicitur anima esse actus corporis potencia vitam habentis quia ipsam de natura sua non habet sed ab alio influxam. ¶ Ex his ergo patet quod anima corporis naturalis instrumentalis principium completivum existens ad ipsam sicut instrumentum artificiale su a perfectionis necessitas comparatur.

Co. 2a ¶ Circa secundam questionem sic proceditur et queritur utrum anima sit substantia corporea vel spiritualis ut dicatur quod sit forma corporalis manens naturalis aut forma spiritualis et ostenditur quod sit forma spiritualis et substantia spiritualis et non forma naturalis corporalis nulla forma extensa secundum extensionem materie movet sufficienter. sed omnis forma corporalis naturalis ~~movet sufficienter naturaliter~~ ergo nulla forma corporalis naturalis movet sufficienter. maior patet quia motus sufficiens debetur motori per distanciam eius a mobili et independentiam eius a mobili et indistensionem sed anima movet sufficienter sicut supra visum est. ergo anima non est forma naturalis corporalis sed forma spiritualis. ¶ Secunda ratio hec est forme naturales movent ad unam partem sicut forma ignis movet sursum et forma terre deorsum sed omnes differentie anime movent secundum omnem partem sicut patet in vegetativa in augmento et de sensibili in motu progressivo et in aliis operationibus ergo nulla differentia anime est forma naturalis corporalis. ¶ Tercia ratio hec est. nulla forma est forma que est hoc aliquid a qua procedant diverse operationes secundum diversitates potenciarum per quas ad diversas partes materie applicata diversa ratione conponentium. conpositas forma illa diversas exercet operationes et hoc patet quia forma corporalis naturalis est forma tantum et non substantia et ita non habet diversita-

res potentiarum sic predictarum conditionum. Sed anima habet predictas conditiones, ergo anima non est forma naturalis corporalis sed forma spiritualis. ¶ Ad oppositum. In eodem genere sunt principia compositi et forma compositi resultans ex unione illorum compositi vero. Ex anima et corpore fit unum in genere substantie corporee, ergo et principia eius sunt in genere substantie corporee. Sed anima est forma unius, ergo anima est in genere substantie corporee, ergo anima est substantia vel forma corporalis et non spiritualis. ¶ Secunda ratio hec est. Principia sunt homogenea eis quorum sunt principia. Habet enim proportionem materia ad formam, ergo cum corpus sit unum in genere corporeorum et unum habet proportionem ad formam unam materie corporali, debet respondere forma corporalis.

Co

¶ Ad hoc dicendum est quod anima est substantia incorporea secundum omnem sui diffinitionem, tamen natura simpliciter convenit ei secundum prius et posterius et secundum magis et minus. Per prius convenit in natura spirituali anime intellective, per posterius sensibili, postremo autem vegetabili anime secundum maiorem et minorem dependentiam quam habent ad materiam. ¶ Ad primam rationem et secundam dicendum est quod aliquid corporeum duobus modis: uno modo quia est corpus vel ex principiis corporibus constitutum, et hoc modo nulla differentia anime est corporea. Alio modo dicitur aliquid corporale quod est principium formale corporis a corpore dependens, corpus perficiens vivificando et movendo, et hoc modo quamvis anima in se sit spiritualis, dicitur tamen hoc modo corporalis, scilicet ratione corporis, perficiendo corpus; et sic utrumque principium compositi corporis corporale est, distinguendo tamen corporale, et resultat corporeitas per unionem anime cum corpore, quia anima corpori inheret et ligat partes eius et connectit.

Q. 3.

¶ Et etiam quoniam sic proceditur et queritur utrum eadem sit comparatio anime ad corpus que est comparatio figure cere ad ceram et forme ad materiam. Et ostenditur quod sic. Omne illud quod comparatur ad id ex quo cum ipso fit unum secundum compositionem comparatur ad illud in quo est sicut figura cere ad ceram et universaliter sicut forma ad materiam. Sed anima ita se habet respectu corporis, quia ex ipsa et corpore fit unum secundum compositionem, ergo anima comparatur ad corpus sicut figura cere ad ceram et sicut forma ad materiam. Maior patet quia hic est potissimus modus unionis, scilicet compositio que est materie cum forma, et hec est compositio figure et cere et anime et corporis, et per hoc idem patet minor. ¶ Secunda ratio hec est. Omne illud quod ducit aliud ad esse specificum comparatur ad ipsum sicut figura cere ad ceram et sicut forma ad materiam. Sed anima sic se habet ad corpus, ergo comparatur ad corpus sicut figura cere ad ceram et sicut forma ad materiam. Maior patet quia antequam ymago Herculis imprimatur in cera possibilis est ad formas infinitas alias, sed per adventum figure Herculis diffinitur et specificatur et habet completionem in operatione et fine suo. Et eodem modo est de corpore ante adventum anime antequam sit organizatum, sed per adventum anime habet esse specificum et completum in operatione et fine suo convenientem. ¶ Ad oppositum. Nulla substantia que est hoc aliquid et comparatur ad corpus sicut motor ad mobile comparatur ad corpus sicut figura cere ad ceram. Anima est huiusmodi respectu corporis, ergo anima non comparatur ad corpus sicut figura cere ad ceram nec sicut forma ad materiam, quod idem est vel simile. Maior patet secundum Aristotelem, quia oportet motorem et mobile differre substantia. Sed figura cere non ita se habet ad ceram, sed est dispositio ymaginis superficialis, nec forma similiter se habet ad materiam. Minor patet per predicta. ¶ Secunda ratio hec est. Sicut se habet figura cere ad ceram ita se habet anima ad corpus. Sed figura cere ita se habet ad ceram quod distenditur secundum distensionem partium quantitativarum cere, ergo anima ita se habet ad corpus quod distenditur secundum distensionem partium quantitativarum corporis, quod est inconveniens, ergo non tenet illa comparatio. ¶ Tertia ratio hec est. Nulla forma cuius fit detractione vel substractione partium minuitur sic se habet ad illud cuius est forma sicut forma que hoc modo producitur in esse in materia. Sed anima non fit predicto modo in corpore, forma vero sive figura fit predicto modo in cera, ergo non sic se habet ad corpus sicut figura cere ad ceram. Minor patet quia cum anima sit nature et substantie spiritualis non fit in esse per impressionem suo modo, sed figura cere est figura artis que operatur in ipsa secundum partium diminutionem et detractionem, vel forte non differt a substantia in magnitudine cere. ¶ Quarta ratio hec est per quam ostenditur quod huiusmodi similitudo comparationis non conveniat anime rationali, quia nulla substantia que nullius partis corporis est actus ita se habet ad corpus sicut figura cere ad ceram. Anima rationalis est huiusmodi, ergo non comparatur ad corpus sicut figura cere ad ceram. Maior patet cum figura cere sit forma partium quantitativarum cere. Minor patet inter cetera.

¶ Ad hoc dicendum est quod similis est comparatio anime ad corpus et figure cere ad ceram, quia sicut ex figura cere et cera fit unum subiecto secundum materiam compositionis, ex anima et corpore fit unum. Et item sicut figura cere dat cere principium operationis sicut representationis Herculis vel alicuius huiusmodi, sic anima dat corpori principium operationis et operum. Et item sicut in cera per adventum figure dissimilis nature continuatur ad informationem ymaginis, sicut patet in multis, sic est in corpore per adventum anime difformitas et dissimilitudo partium in materia. Alie sunt similitudines anime et figure que postea dicentur. Et una est quod sicut in figuris geometricis non est forma nisi cum pluribus superficiebus, sic anima non est sine aliquarum differentiarum, et ita sicut figura minor

est in positioni sicut vegetabilis insensibili et sensibilis in
rationali et est alia similitudo que tangitur in primo ethicorum
quod sic se habent continuum et quecumque in essentia ita anima
vegetabilis et sensibilis et rationalis in corpore humano ar-
guuntur aut procedunt in alia via in qua est dissimi-
litudo attendendo in comparatione figure certe ad certum
et anime ad ipsum corpus.

Q° 8ª ¶ Octavum questionem sic proceditur et queritur quo modo anima a-
ppelletur forma secundum rationem et quare potius quam alie forme
que sunt naturales. Videtur autem quod anima non sit forma secundum
secundum rationem et quare potius quam alie forme quia nulla forma que
dat esse solum est forma secundum rationem sed anima est huiusmodi ergo
anima non est forma secundum rationem. Sed anima est huiusmodi, ma-
ior patet quia prima principia diffinitionis secundum rationem
sunt forme universales de quibus dicit ysaac quod dant
se et sua nomina eis quorum sunt. et hoc idem in porphirio
talibus, et ita forma secundum rationem non dat esse solum, mi-
nor patet quia anima suum nomen non dat corpori sicut composi-
to. ¶ Secunda ratio hec est. nulla forma que non est princi-
pium diffinitionis secundum speciem est forma secundum rationem an-
ima est huiusmodi ergo anima non est forma secundum rationem. maior
patet in super illo quod dicit aristoteles in principio de anima quod
differenter diffiniunt phisicus et logicus. quia hic reddit
speciem scilicet logicus ille vero materiam scilicet phisicus. minor patet
per hoc idem et quod non sit hoc patet quia sola diffinitio
logica sit per principia secundum rationem. cuius diffinitionis non est
anima ¶ Deinde queritur utrum quelibet alia forma dicitur
forma secundum rationem et queritur prius de forma nature
et videtur quod sic quia omnis forma que per sui presentiam esse
apponit unum secundum speciem et aliam operationem et per sui
absentiam aliud et aliam operationem alia forma ad-
veniente est forma secundum rationem sed quelibet forma nature
est huiusmodi ergo quelibet forma nature est forma secundum rationem. maior
patebit inferius exposito quid est forma secundum rationem
minor patet in libro phisicorum per aristotelem dicentem quod sub alia
forma alia erit materia. Deinde queritur utrum forma artis sit
forma secundum rationem et videtur quod sic quia sicut habetur
in libro phisicorum ars imitatur naturam sed forma na-
ture comparatur ad materiam sic forma secundum rationem sicut ostensum
est ergo et forma artis comparatur ad materiam sicut forma secundum

Cº ¶ rationem ¶ Ad hoc intelligendum est quod anima et
omnis forma specialis dicitur forma secundum rationem quia per
sui existentiam in corpore dat esse specificum corpori
et in ipso est principium operationis speciei convenientis
et per sui recessum facit corpus esse in ratione mater-
ie non susceptibilis alterius forme que ei dat esse
secundum speciem et est in ipso privatio operationis predicte
ita ut cum quia est in operationis anime quia non est sic

susceptibile alterius forme sicut materia solum in genere suo
comparatur sive forme sub qua est tota sed alia de forma est
que separata a materia non manebit. materia sub alia forma specifi-
ca comparatur ad multas formas et quibus sub alio et alio esse si-
cut dictum est et idem est de forma artis in genere suo unum ver-
um est quia quelibet forma specialis est forma secundum rationem
sicut ostensum est sed alia et alia est anima forma secundum
rationem ¶ Ad primo obiectum dicendum est quod ratio multis modis
dicitur. uno modo idem est quod virtus anime. alio modo essentia univer-
salis. alio modo diffinitio vel descriptio et huiusmodi modis non
dicitur anima forma secundum rationem. alio modo dicitur ratio for-
me que confert composito esse specificum et operationem speciei
convenientem et hoc modo dicitur anima forma secundum ratio-
nem et per hoc idem patet solutio ad secundum. Et notandum quod
forma dicitur inquantum dat esse et quia informem facit in-
formatum et quia turpi bonum. Dicitur species inquantum distrahit
et terminat fluxum potentie materie. Dicitur forma perfectio in-
quantum complet incompletum. Dicitur ratio inquantum est principium
organizationis et predicto modo dicitur actus inquantum perficit
potentiam aptam operationis. Dicitur natura inquantum continu-
at et conservat in esse et est principium cuiuslibet motus in com-
posito

¶ Octavam questionem sic proceditur et queritur de comparatione  Cº 9ª
totius anime ad totum corpus et partium anime ad partes
corporis utrum eadem sit comparatio et ostenditur quod non
sicut nulla forma que secundum diversas operationes perficit totum
et partes dans denominationem toti cuius partes non suscipiunt
non eodem modo comparatur secundum se totam ad totum perfectibile si-
cut partes eius ad partes perfectibilis. anima est huiusmodi ergo non eo-
dem modo comparatur ad totum corpus sicut partes ad partes. maior
patet per ea que supius dicta sunt. minor patet quia totum aliquid dicitur
ab actu totius anime non autem partes dicuntur alia ab
actu partium anime et idem patet in planta. ¶ Secunda ratio hec
est nulla forma que non perficit perfectibile secundum propriam
distensionem ipsius comparatur ad ipsum secundum suas partes sed so-
lum per se totam sed anima est huiusmodi corporis ergo non comparatur
ad ipsum secundum suas partes sed secundum se totam. maior patet
quia talis forma erit tota inequalis parte et non secundum distentio-
nem suarum partium. minor patet per ea que supius dicta
sunt et hoc est quod dicit augustinus. quod anima in partibus
corporis existens nec in minimis est minima nec in ma-
ximis est maxima sed in singulis est tota.
¶ Deinde queritur utrum hoc conveniat anime rationali. Et quod
sic videtur comparetur tota anima rationalis ad totum corpus
et partes eius ad partes corporis et videtur quod non quia nulla for-
ma specialis que nullius partis corporis est actus comparatur ad
ad totum secundum se totam sicut partes eius ad partes
corporis. maior per se patet. minor patet per textum ¶ Ad  Cº 10

hoc dicit est de operatione anime vegetabilis et sensibilis ad totum corpus et partes eius quantum ad hoc quod perficit totum et partes per diversas perfectiones et diversas operationes sicut animal et sicut recedente una parte anime a parte corporis iam non manet pars in specie partis nec secundum esse nec secundum operationem sic tota anima recedente a toto corpore expirat et marcessit nec habet esse specificum nec operationem et hoc patet per textum et per commentum methororum in quo hoc idem quod hic tangit dicit. Ad primum obiectum dicendum est quod accipitur hic similitudo in ordine totum et partem eo modo quo dictum est. Intendit autem procedere ac si uniformiter compararetur comparatis partibus. Ad secundum dicendum quod si anima non comparetur ad partes corporis secundum suas partes integrales que habent diversam extensionis tamen comparatur ad ipsum et partes eius secundum partes potenciales et hoc melius patebit consequenter. De intellectiva autem anima concedimus

## Distinctio tercia de potencia corporis ad actum anime cuius anima est causa et de inseparabilitate et separabilitate anime a corpore

Lectio tercia

Continuatio intentionis

Est autem non abiciens animam cum potencia sit sic quod vivere sed quod est habens etc. Postquam determinavit philosophus quod anima comparatur ad corpus sicut perfectio formalis secundum speciem ad proprium perfectibile et quod anima se habet ad corpus sicut actus dans ei vitam et corpus se habet ad ipsam sicut potenciam vitam habens. In presenti determinat secundum quem modum potencie corpus dicitur potencia vitam participans cum potencia multipliciter dicatur et per hoc habetur manifestatio ultime partis diffinitionis anime que est quod anima est perfectio corporis organici potencia vitam habentis et deinde accedit ad partem illam in qua declarat quomodo anima cum anima diffiniatur per suam inherentiam cum corpore, quod quantum ad aliquas sui differentias habet indissolubilem nexum cum corpore sicut quantum ad vegetabilem sensibilem et non quantum ad aliquam sicut quantum ad intellectivam habet nexum separabilem. Divisio. Et sic sunt due partes in presenti lectione quarum intentio manifesta est. Prima autem incipit a predicto loco. Secunda vero hic incipit. Quod igitur non sit separabilis a corpore et cetera. Prima autem pars recipit divisionem in duas partes in quarum prima ostendit secundum quam potenciam dicatur corpus vitam participare per unionem anime cum ipso. In secunda ibi in hac. Sicut igitur visio et visus sic vigilantia et actus et cetera. Declarat intentionem suam per exemplum. Secunda autem pars principalis in qua ostendit inseparabilem inherentiam anime ad corpus quantum ad duas differentias et separabilem quantum ad unam. Recipit divisionem in duas in quarum prima ostendit quod due differentie anime habent inseparabilem nexum cum corpore. In secunda ibi in hac. At vero quasdam nichil prohibet propter id quod nullius partis corporis sunt actus. Ostendit quod differentia ipsius a corpore potest separari. Divisionis recollectio. Sunt igitur in presenti lectione partes iiij^or. In quarum prima ostendit secundum quem modum potencie se habet ad corpus ad vite participationem cum ab anima perficiatur. In secunda declarat intensionem suam per exemplum. In tercia ostendit quantum ad quas differentias anima habet inseparabilem nexum cum corpore. In quarta ostendit quantum ad quam sui differentiam a corpore est separabilis. Hec est divisio huius partis. Sententia prime partis est in qua ostendit secundum quem modum potencie corpus cuius anima est perfectio vitam participat. Circa primam partem sic procedit philosophus hoc modo dicens quod cum potencia dicatur multipliciter corpus quod dicitur potencia participare vitam non dicitur vitam participare potencia primo vel habitu sed solum actu secundo. Unde tale corpus non dicitur vitam participare potencia tamquam illud a quo ablata est anima et quod caret anima quamvis sit potencia ad illam sed sicut illud quod habet animam et anima informatur ut vitam semper habeat habitu quamvis non semper actus vite actualiter exerceat. Ostendit quod est corpus consequens vitam potencia actu et habitu tale autem est fructus et semen in plantis per ut plantas semen et sanguis menstruus in animalibus et sperma viri et femine quia non dum accipit corporis complexionem et organizationem habent animam quamvis sint potencia ad ipsam unde duplex est potencia quedam est que est pura potencia et incompleta et secundum talem fructus sperma et semen vitam participant alia autem est potencia que est habitus coniuncta actui primo et non secundo et secundum talem potenciam corpus organicum cuius anima est perfectio vitam participat actus autem alius est secundus qui tendet hinc potencie et non est necesse hoc corpus semper participare. Sententia secunde partis de manifestatione intentionis per exemplum. Hic autem declarat intentionem suam per exemplum assignans differentiam inter actum primum quem semper participat corpus animatum et secundum quem non semper participat et hoc declarat per exemplum. Distinguit igitur duplicem actum primum et secundum et dicit quod in securi est actus primus qui est aptitudo ad secandum quamvis actualiter non semper secet et in ipsa est actus secundus qui est actualis sectio per ipsam exercita. Eodem modo est in oculo actus primus qui est aptitudo visus vel habitus et in ipso est actus secundus qui est exercitium videndi. Eodem modo

in corpore vivente est actus primus qui est habitus et iste est sicut sompnus. Et est actus secundus qui est operatio et iste est sicut vigilia, verbi gratia actus primus sensitivi qui est habitus est sicut sompnus, sed usus actus primi qui usus est actus secundus est sicut vigilia. Cum ergo corpus organicum est potentia ad vitam intellectam, dico quod est actu participans vitam secundum actum primum et est potentia huius vitam secundum actum secundum, et hoc est quia semper habet actum primum et ideo non est potentia ad ipsum. Quandoque autem est in actu secundo, quandoque non, et ideo est potentia ad ipsum. Sicut securis est semper actu habens actum primum, quandoque autem habet actum secundum et quandoque non. Sicut oculus semper habet actum primum et ideo non est potentia ad ipsum, quandoque autem habet actum secundum et quandoque non et ideo est potentia ad ipsum. Eodem modo se habet corpus vivens respectu vite quantum ad actum primum et secundum, verbi gratia semen fructus et spina et sanguis menstruus sunt potentia ad actum secundum et primum cum nondum nec primum nec secundum participent. Corpus autem organicum cuius anima est perfectio est actu respectu vite quantum ad actum primum cum semper ipsum actu participet. Est autem potentia respectu secundi cum ipsum aliquando participet et aliquando non, et sic patet secundum quem modum corpus cuius anima est perfectio est potentia vivens.

**Sentencia tercie partis in qua ostendit quod differentie anime habent inseparabilem nexum cum corpore.**

Consequenter aggreditur partem illam in qua ostendit quantum ad quas differentias anima habet inseparabilem nexum cum corpore dicens quod manifestum est animam quantum ad aliquas suas differentias sicut quantum ad vegetativam et sensibilem non esse separabilem a corpore, et hoc probat hac ratione: nulla forma que alicuius partis corporis est separabilis a corpore; sed anima quantum ad duas differentias que sunt vegetativa et sensibilis est huiusmodi; ergo anima quantum ad istas differentias non est separabilis a corpore.

**Sententia quarte partis in qua ostendit quod differentia anime habet separabilem unionem cum corpore.**

Consequenter ostendit secundum quam differentiam anima videtur habere nexum separabilem cum corpore dicens quod in quibusdam differentiis anime latet utrum sint inseparabiles sicut in differentiis et potentiis anime intellective, et inducit hanc rationem ad hoc: Omnis forma que nullius partis corporis est actus est separabilis; sed anima quantum ad differentias intellective est huiusmodi; ergo anima quantum ad illas differentias est separabilis. Deinde quia cum anima rationalis sit perfectio corporis videtur propter hoc esse inseparabilis cum omnis perfectio non possit separari ab eo cuius est perfectio, ideo ostendit secundum quem modum anima rationalis est perfectio corporis dicens quod est eius perfectio sicut gubernator cuius esse non dependens ab ipso et est in ipso sicut nauta gubernans navem in navi; sed omnis talis gubernator et perfectio potest separari a corpore quod gubernat et perficit. Et ex hoc potest elicitari ratio ad propositum ostendendum. Hoc autem intendit cum dicit

**Amplius autem manifestum est si sic sit actus corporis et cetera.**

Ultimo autem in fine ponit epylogum universale cum dicit

**Figuraliter quidem igitur et cetera.**

dicens quod secundum viam exemplarem et quasi figuram cause hoc modo determinatum est de anima. Hec autem est expositio intencionis huius partis et sic terminatur hec pars in qua determinatur anime diffinitio et principia diffinitionis eius; que diffinitio est communis non ostendens causam rei.

Circa partem istam secundo incidunt questiones. Prima est de existencia anime vegetabilis et sensibilis in corpore. Secunda est utrum utraque sit forma distensa secundum distensionem materie. Tercia est de existencia intellective in corpore. Quarta est utrum ipsa sit forma distensa similiter. Quinta est utrum appetet sibi per totum aequa secundum distantiam substantiam dependeat ab ipsa ad alias suas virtutes transmittens. Sexta est utrum alicuius partis corporis sit actus vel secundum substantiam vel secundum virtutem. Septima est utrum sit separabilis a corpore. Octava est utrum anima se habeat ad corpus sicut nauta ad navem. Nona est utrum differentie anime perficiant partes corporis et totum corpus per substantiam an per suas potencias. Questiones

Circa primam questionem sic proceditur. Circa 1

Et queritur de existencia anime vegetabilis et sensibilis in corpore. Ostenditur autem quod sint tote simul per essentiam et virtutem in qualibet parte corporis: forma completiva unita toti materie dat esse toti materie et singulis eius partibus ut nichil remaneat de materia incompletum sicut apparet de forma ignis que distensa per materiam dat esse toti materie et singulis eius partibus; sed anima est forma completiva corporis; ergo dat esse toti corpori et partibus eius. Sed forma est duplex: quedam corporalis et quedam spiritualis. Forma corporalis distenditur per materiam et ita secundum diversas sui partes indivisis partibus materie coexistit et per diversas suas partes diversas materie partes perficit. Spiritualis autem forma non distenditur per distensionem materie sicut anima; ergo cum anima perficiat omnes partes corporis et per illas non distendatur, cum sit simplex, necesse est quod sit in qualibet parte cum quamlibet partem compleat; et cum ipsa sit indivisibilis necesse est quod sit tota ubique simul; est ergo anima per essentiam tota simul in qualibet parte corporis. Secunda ratio hec est: anima dupliciter comparatur ad corpus, quia sicut perfectio, et sic a parte corporis ei respondet equalis complexio recedens et a contrarietate. Secundo modo comparatur ad ipsum sicut motor et operans per partes corporis, et sic ei a parte corporis respondet organizatio partium. Quelibet autem pars corporis perficitur ab anima quantum ad esse et quelibet perficitur ab anima quantum ad operationem cum per partes corporis anima operetur; ergo in qualibet parte est illud quo anima complet dando esse et illud quo

anima perficit dando operationem. Sed anima per suam essentiam
dat esse et hoc est quia essentia anime est in ratione for-
me corporis. Per potencias autem dat anima operationem quia po-
tencia est de genere accidentium et secundum ipsam fit operatio.
Sed per unionem anime coniunctam ad suam essentiam dat a-
nima esse. Per unionem ipsius coniunctam ad suam potenciam
dat anima operationem. Ergo cum anima det esse et operationem
cuilibet parti corporis necesse est quod sit unita cuilibet parti corporis
coniunctum ad essentiam et operationem. Ergo non desiderat determinatam
unam partem in qua sit per essentiam et coniunctum ad operationem. Ergo
non determinat unam partem in qua sit per essentiam et po-
tenciam. Anima vero indivisibilis est quantum ad essen-
tiam. Omne vero indivisibile existens in pluribus totum
simul est in illis. Ergo anima vegetabilis et sensibilis tota si-
mul per suam essentiam et potenciam est in qualibet parte
corporis cum omnes partes corporis perficiat quantum ad esse quia ve-
getativa dat esse quod est vivere partibus. Item dat eis operationem
que est vegetari. Similiter sensibilis dat eis esse et dat eis o-
perationem quia sentiunt. De racionali autem non procedunt iste
rationes. Tercia ratio hec est. Corpus conservatur in esse a du-
plici principio scilicet per complexionem et per equalitatem complexionis
que est dispositio ad receptionem anime sicut vult Avicenna,
et conservatur in esse per animam que partes corporis tenet et ligat
sicut vult Aristoteles. Complexio vero non sufficit preter eius equa-
litas ad conservationem corporis ligans partes eius et uniens
unde recedente anima a corpore expirat corpus et marce-
scit. Omnes partes a corpore dissolvuntur et nexus omnium par-
tium dissolvuntur. Ergo necesse est quod anima sit in omnibus par-
tibus corporis tenens et ligans eas et adnectens et non so-
la virtute sed essentia sit in omnibus partibus corporis et per
suam essentiam ligat partes corporis. Ergo necesse est quod in
qualibet parte sit per essentiam corporis. Sed cum sit indivisibi-
lis tota simul est ubi est. Ergo anima in qualibet parte corporis per
essentiam tota simul est. Hec autem ratio confirmatur
p'm experimentum — per tria experimenta quorum primum est in sanitate. Sanitas enim
est temperamentum calidorum frigidorum humidorum et siccorum et
est sanitas in qualibet parte corporis tota simul non recipiens
partibilitatem. Consimiliter ligamentum indissolubile omnium partium
in puncto consistens. Et loquor de sanitate simpliciter. Ergo similiter
anima cum sit indissolubile ligans omnes partes corporis e-
rit in qualibet parte corporis tota simul in qualibet quod omnes li-
gat et continet per suam presenciam tota simul quod est si-
2m experimentum — cut indivisibile. Secundum experimentum est quia nos vide-
mus quod anima cum recedit a corpore omnes partes contra-
hunt alias dispositiones et statim leduntur ab extrinse-
co sicut a calore continuus ut oculus recipit obfusca-
tionem et obscuritatem. Hoc autem non est nisi propter anime
recessum. Ergo in qualibet parte corporis est anima per essenti-
am cum sit indivisibilis non habens partem et partem. Unde ubi est

ibi est tota simul. Ergo anima est in qualibet parte corporis tota si-
mul per essentiam. Tercium experimentum est quod cum anima — 3m experimentum
egreditur a corpore dolor est in omnibus membris et que-
libet membra sentiunt suam dissolutionem et divisionem. Hoc
autem non est nisi quia anima recedit a corpore et facit
duplicem dissolutionem: unam sui a corpore cum quo in qua-
libet parte vehementem habet unionem, aliam quod per recessum
suum fit dissolutio in omnibus membris et ita fit dissolutio du-
plicis nexus. Hoc autem non est nisi quia anima firmiter
partibus corporis est unita. Ergo anima est in omnibus partibus corporis
ipsas ligans et connectens. Sed cum anima sit simplex
ubi est ibi est tota simul. Ergo anima tota simul est
in qualibet parte corporis tota simul per essentiam. Ad opposi-
tum. Impossibile est aliquod unum et idem numero esse simul
et semel in pluribus per essentiam. Sed anima vegetativa et
sensibilis sunt causate. Ergo impossibile est eas esse per
essentiam totas simul in qualibet parte corporis. Sed determinant
sibi partem in qua sunt per essentiam et ad illas partes cor-
poris per potencias suas et vires extenduntur. Secunda 2
ratio hec est. Nichil coartatum ad aliquod perfectibile vel
ad materialem partem essentia et virtute potest simul et semel
esse in pluribus. Sed anima vegetativa et sensibilis sunt huiusmodi cum
utraque sit actus alicuius partis corporis. Ergo anima vegetativa et sensi-
bilis non potest simul et semel esse in diversis partibus cor-
poris tota simul per essentiam. Tercia ratio hec est. Ex unio- 3
ne anime cum corpore in genere illo vel in genere animatorum re-
sultat esse in genere illo. Ergo si in qualibet parte corporis esset anima
tota per essentiam sic in partibus animalis et plante quelibet
pars animalis esset animal et quelibet pars plante esset planta.
Hoc autem est falsum et inconveniens. Ergo anima non est per essen-
tiam in qualibet parte corporis tota simul. Sed est in una per essen-
tiam, in aliis autem per potencias. Quarta ratio hec 4
est. Sicut vult Avicenna in secundo De anima si anima
est oportet esse unum membrum per quod principaliter dependeat
ex corpore ex quo regat corpus et augeat ut prima ac-
tio quam facit anima sit per illud membrum in corpore
quo membro mediante diffundantur virtutes anime in ali-
is membris et ut mediante illo primo membro operentur alia
membra et hoc membrum in animalibus est cor quod est membrum
principale per cuius influentiam alia membra operantur et aliquod
membrum simile cordi in plantis. Ergo necesse est secundum Avicennam
quod anima non sit tota simul per essentiam in qualibet parte corporis
immo sit in uno membro per essentiam ut in corde et ab illo dif-
fundat anima suas virtutes et operationes ad alia membra.
Solutio. Ad hoc dicendum est quod circa hanc questionem
plures sunt opiniones. Prima est quam quidam po-
nunt scilicet quod anima vegetativa et sensibilis sunt distense
in toto corpore et partes in partibus et sic anima est in qua-
libet parte corporis per essentiam et potenciam non tamen tota simul

Sed per divisionem et distensionem suarum partium et secundum partium ipsius
anime diversitatem respondet diversitas partium corporis.
Hec autem positio ponit falsum scilicet quod cum anima quantum
2 ad omnem sui differentiam est distensa nec partibilis. ¶ A-
lia est positio quam quidam ponunt scilicet quod anima non per
essentiam differt a suis potenciis immo anima de illis
predicatur. Cum igitur anima sit in toto corpore et potencie ani-
me in singulis partibus corporis ponunt animam existere
in qualibet parte corporis secundum suam substantiam et secundum suas potencias
que potencie dicuntur substantie inquantum dant esse. Dicuntur
autem potencie inquantum dant operationem. Hec autem po-
sitio duo inconveniencia. Primum est quod ponit disten-
sionem in partibus anime. Aliud est quod ponit animam esse
idem cum suis potenciis et in qualibet substantia creata differt
3 sua substantia a sua potencia. ¶ Tercia positio est quod anima ve-
getabilis et sensibilis existunt per essentiam in aliqua parte
corporis quam sibi appropriant et per illam influunt suas vir-
tutes ad singulas partes corporis ut anima vegetabilis ex-
istit in epate per essentiam et per epar et per venas que ex-
eunt ab epate influit nutrimentum singulis partibus
corporis. Sensibilis autem existit in cerebro. Et hec positio potest
abstrahi ab Avicenna in exemplo de organis in libro de
anima ubi ponit quod in corpore est organum primum in
quo anima existens regit omnes partes corporis. Unde sicut
nauta existens in aliqua parte navis in qua est regimen
totius navis regit navem et gubernat per illam partem
sic anima vegetabilis et sensibilis in aliqua parte existens
a qua est regimen in aliis partibus regit omnes alias partes
corporis per influentiam virtutum suarum ab illa parte. Quelibet
autem eligat ponere quam decrevit digniorem. Alia autem
positio dignior est et melior sectanda. Ut dicamus quod
formarum quedam sunt determinantes situm sibi in partibus
materie ps sz p albedo et forma talis materie que est
forma ptes sic lim ignis et consimiles. Et ad hoc quod forma
habeat i distenditur situm determinatum in materia tria requiruntur.
Primum est ut determinet sibi materiam appropriatam
in qua sit ita quod non in alia. Aliud est ut distendatur
secundum distensionem materie et quod non sit tota simul in
qualibet parte. Tercium est quod dividatur secundum divisionem
materie ut una pars eius sit in una parte et alia sit in
alia parte materie. Anima autem determinat sibi materiam que
est corpus organicum. Sed non distenditur secundum disten-
sionem partium corporis nec dividitur secundum divisionem par-
tium eius cum sit forma spiritualis et invisibilis. Unde dico
quod in qualibet parte corporis simul est anima sensibilis et
essentia et virtute et vegetabilis similiter. Potencie tamen
et operationes eius diverse magis determinantur ad quasdam
partes quam ad alias. Et tamen anima una secundum essentiam est
in qualibet parte multiplicatur a parte partium corporis ipsorum

cuius et a parte suarum operationum. Et est simile si multe linee ad
eandem protrahuntur continuam ab eodem puncto. Punctus enim
est in se unus et est multa in relatione ad plures lineas quas
terminat et linee sunt una linea in puncto. Sunt autem
plures per dilatationem ad circumferentiam. Similiter anima est una
in se et est plures in potenciis et potencie sunt unum in
anima in qua radicantur et sunt multe racione corporis ad quas
partes distenduntur. Et iterum sicut lux est unum in substantia et est
multa terminando. Similiter anima est una in substantia et multe in
potenciis. Et sicut non est radius sine luce et ubi est radi-
us ibi est lucis essentia, sic potencia et virtus non est sine
essentia anime et ubi est virtus vel potencia anime ibi
est anima. Unde dico quod anima existit essentia et
virtute in qualibet parte corporis et est tota simul quantum
ad essentiam in qualibet parte corporis et non coartata ad a-
liquam partem immo omnem partem perficiens. Coartatio vero ei
advenit ex parte potenciarum quibus respondent diverse par-
tes in corpore proportionales eis et obiectis earum. Causa vero
horum postea patebit. ¶ Ad primam rationem in contrarium
dicendum est quod substantia quedam est spiritualis et quedam est cor-
poralis. Substantie autem vel forme corporales non sunt nate simul
et semel esse in pluribus. Sed spirituales. Spirituales duobus
modis sunt. Quedam que non dependent a corpore nec sunt
alicuius partis corporis actus sicut forme corporum. Alie vero
sunt que dependent a corpore et sunt forme et actus cor-
porum et partium corporis. Substantia spiritualis que non dependet a cor-
pore non coartatur per aliquid sed de se coartatur quod non in
pluribus cum sit creata. Substantia vero spiritualis creata que depen-
det a corpore et est forma corporis cum sit forma eo quod
est forma et totum perficit per suam essentiam est in
singulis partibus. Eo autem quod operatur in singulis partibus
et operatio debetur potenciis est per potencias in singulis par-
tibus. Eo vero quod est simplex et impartibilis et non
distensa est tota simul in omnibus partibus. Talis autem
substantia spiritualis que est anima sensibilis quo modo et ve-
getabilis que est forma corporis et in parte naturam dic-
tam potest esse tota in pluribus partibus cuius dico est
forma. Licet intellectiva que est simplicior ipsa non sit
simul in pluribus. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod in a-
nima sunt duo scilicet substantia anime et potencia et operatio
que sequitur potenciam. A parte substantie non coartatur anima
sensibilis nec vegetabilis. A parte vero potenciarum coar-
tatur ad diversas partes corporis sibi proportionales et
suis obiectis. Et sic est per essentiam non coartata ad ali-
quas partes sed per potencias que appropriant sibi partes coar-
tantur et continuantur. Ad hoc intellexit Aristoteles quod est
actus alicuius partis corporis. ¶ Ad terciam rationem dicendum est quod
quadruplex est genus formarum. Quedam perficiunt materiam
et partes eius secundum eandem rationem et partes denominantur ab

ut forma ignis

ab actu primo tocius et ab operatione et talis est forma ignis unde quelibet pars ignis est ignis et quelibet pars ignis lucet et calefacit et tales sunt forme homogeneorum et in illis denominatur pars a toto. unde quelibet pars ignis est ignis et quelibet pars terre est terra. et sic de aliis. Alia autem est forma que perficit materiam et partes eius secundum rationem dissimilem et partes denominantur ab actu primo et secundo tocius non tamen denominantur a forma tocius et partes singule habent naturam tocius decise et separate a toto et supplent officium tocius propter uniformitatem partium cum toto et talis est anima vegetativa in planta. quelibet enim pars plante vivit. non tamen est planta. quia planta sit difformis in partibus. Sed quelibet pars plante separata a planta vivens in terra propria efficitur planta et in qualibet parte continue potencia ad plantam propter uniformitatem partium a toto vel ad totum et ita anima vegetativa existens in qualibet parte plante dat eis esse et operationem plante. non tamen dat eis nomen tocius nisi potencia solum et quelibet pars plante sit incompleta vel tocius et difformis a toto.

ut forma plante

¶ Tercia forma est que perficit totum et partes ratione dissimili. et partes denominantur ab esse tocius. et operatione. non tamen denominantur a forma tocius nec actu nec potencia et talis est anima sensibilis que perficit animal. quelibet enim pars animalis perficitur ab anima sensibili et est ab opere eius et ab ipso denominatur non tamen quelibet pars animalis. nec actu nec potencia denominatur a forma tocius et ita quamvis anima sensibilis per essentiam sit in qualibet parte animalis et det ei actum essencialem et operationem non tamen aliqua pars animalis denominatur a forma tocius que est animal nec actu nec potencia quia forma que est animal non competit animali nec a parte corporis nec a parte partium. Sed a parte vel motivis tocius anime cum toto corpore.

ut forma animalis

¶ Quarta forma est que perficit totum et partes ratione dissimili et totum denominatur ab actu illius forme primo et secundo. partes autem non denominantur ab actu illius primo nec secundo nec actu nec potencia et talis est anima intellectiva que perficit hominem. totus enim homo est homo non secundum aliquam sui partem et ita partes non denominantur ab actu illius forma tocius. Item totus homo intelligit et tamen nulla suarum partium nec actu nec potencia intelligit. hec autem diversitas formarum a maiori recessu et accessu et dependentia forme a materia et a diversitate partium tocius a maiori et a minori quamvis ergo anima sensibilis sit in eis actu et potencia et propter hoc in animali quelibet pars animalis non est animal. In planta enim partes potencia denominantur a forma tocius et non actu.

anima intellectiva

¶ Ad quartam rationem dicendum quod anima consideratur duobus modis. uno modo sicut perfectio et hoc modo non determinat partem in corpore. Sed in omni parte corporis existit. alio modo comparatur anima ad corpus prout est principium operationis in eo et sic ideo per diversitatem potenciarum suarum per diversas potencias exercet operationes et ei respondent diverse partes in corpore diversis potenciis anime et diversis obiectis earum proporcionales et potencie apparent partes in corpore. cum autem ponit Avicenna distinctionem membrorum et ponit membrum principale quod influit ad omnia alia membra intendit de anima secundum quod est principium operationis in corpore. utens corpore et partibus suis sicut instrumentis et sic est unum membrum per quod anima primo operatur et per quod influit suas operationes aliis membris. Organa enim non respondent anime secundum quod est perfectio. Sed secundum quod est perfectio reddent ei complexio corporis secundum equalitatem existens propter hoc apparet sibi diversas partes in corpore. equaliter ad suas potencias et ita quod potencia visiva apparet sibi oculum et per ipsum operatur. anima tamen cum sit perfectio per essentiam nullam partem sibi appropriat Sed est in qualibet parte per essentiam.

Co.

¶ Tercio secundum quod sic proceditur et queritur utrum anima vegetativa et sensibilis sint distense secundum distensionem corporis et partium eius existentes per diffusionem in singulis partibus corporis et ostenditur quod non. ¶ Nulla forma distensa secundum diffusionem materie movet sufficienter materiam in qua est et hoc probatur quia sufficiens movendi debet motori per distanciam a mobili sicut diximus superius Sed anima secundum omnem sui differentiam movet sufficienter materiam in qua est. secundum tamen magis et minus ergo anima vegetativa et sensibilis non sunt distense per distensionem corporis in quo sunt ergo sicut si nauta esset alligatus navi et distensus per navem non gubernaret navem sufficienter. sic nec anima ipsum corpus si esset distensa per ipsum hoc autem confirmatur per Aristotilem dicentem in octavo physicorum est animatorum moveri se ipsis quia anima habet intra se principium sufficiens sui motus separate de parte quod est distans a mobili sicut nauta a navi gerat. ut p ¶ Confirmatio hec est. nulla forma distenditur secundum in cor disten- sionem materie. nisi que est forma tantum. et que non utitur membris tamquam instrumento nec diversis virtutibus diversas operationes exercet in diversis instrumentis Sed anima vegetativa et sensibilis habent predictas conditiones forme vero corporales habent contrarias illarum conditionum ergo forme sole corporales distenduntur et non anima vegetativa nec sensibilis. Maior patet quia omnis forma que est hoc aliquid distat a materia et est quod utitur instrumento oportet distare ab instrumento quod convenit solum in differentiis anime et non aliis formis. ¶ Ad oppositum sic vult Aristotiles sicut se habet anima ad totum corpus ita se habent partes anime ad partes corporis ergo necesse est quod tota anima sit in toto corpore et singule partes anime in singulis partibus corporis. Omnis vero forma que hoc modo

Co. 4

Co. 5

comparatur ad materiam distenditur in partibus suis secundum disten-
tionem partium materie. ergo anima vegetativa et sensibilis disten-
ditur secundum distensionem partium corporis materie. ¶
Secunda ratio hec est. Potencie anime distenduntur per
distensionem partium corporis quia singule potencie sunt
in singulis partibus corporis organici. Sed non est potencia preter
substantiam cuius est. non accidens preter subiectum. ergo simul cum suis po-
tenciis est anima in qualibet parte corporis. ergo sicut potencie
anime distenduntur per partes corporis. Similiter et substantia anime per
Co. partes corporis distenderetur. ¶ Ad hoc dicendum est quod quidam
ponunt animam vegetabilem et sensibilem distendi per disten-
sionem materie. ponentes vires distensionem substantie et poten-
ciarum. hoc autem non est verum. sicut ostendunt rationes. Immo dicendum
quod anima vegetabilis et sensibilis non distenduntur per distensi-
onem materie secundum substantiam. Duo autem sunt. scilicet substantia et
potencie. substantia autem non distenditur nec coartatur ad aliquam
partem potencie. Potencie vero non distenduntur per distensi-
Co. 4 onem corporis sicut forma ignis distenditur per distensionem materie
ignis et partium eius. Sed solum diffunduntur per partes corporis
sine distensione. Differt enim autem distensio et diffu-
sio. Sed potencie coartantur secundum diversitatem partium cor-
poris. que respondent eis. unde potencia visiva ad oculum
coartatur et partem sibi appropriatam. et auditiva aurem. ¶ Ad
primam rationem in contrarium dicendum est. quod in anima vegetabili
et sensibili duo sunt. scilicet substantia et potencie. a parte substantie
non habet partes et ideo illa comparatio non habet locum in substantia
anime. Anima a parte potenciarum habet partes. scilicet suas potencias
ut dicuntur partes potenciales et a parte ista tenet
illa comparatio et sic tota anima in toto corpore per substantiam et
partes eius substantiales potenciales diversis partibus corporis ap-
propriantur non tamen distenduntur secundum distensionem par-
tium corporis Sed potius diffunduntur et influunt per
illas partes sicut lumen infusum per aerem ipsum illuminat
non tamen distenditur per ipsum. ¶ Ad secundam rationem dicendum est
duplex et ad propositionem ille. Ipse autem dicendum est quod duplex
est accidens. quoddam quod comparatur ad subiectum tamquam ad illud
solum in quo est. sicut risibile ad hominem et non est
extra subiectum. Aliud vero quod comparatur ad subiectum ut ad illud a quo
fluit super aliud et tale potest esse extra subiectum proprium a quo
fluit. De numero autem talium. accidentium est poten-
cia et ideo potest esse extra illud cuius est. et ideo potencie anime
possunt esse preter animam a qua fluunt. ¶ Ad propo-
sitionem autem ita debet solvi dicendum. non est quod in qualibet parte
corporis est substantia anime et potencie Sed anima est ibi tota
simul non coartata nec diffusa non distensa virtute
autem eius vel potencie sunt in qualibet parte corporis coartate
et diffuse non tamen distense

Co. 3 ¶ Secundam questionem sic proceditur et queritur utrum anima intelle-
ctiva determinet sibi partem in corpore et appetit et coartetur
ad aliquam partem corporis et ostenditur quod non. Causa quare
quando aliquid substantia coartatur ad aliquam partem est depen-
dentia ipsius secundum substantiam vel virtutem. Sed anima intel-
lectiva neque secundum substantiam nec secundum virtutem dependet
ab aliqua parte corporis quia nullius partis corporis est actus nec
coniunctum ad substantiam nec coniunctum ad virtutem sicut vult
Aristoteles. ergo anima intellectiva non coartatur ad aliquam partem
corporis nec aliquam partem sibi determinat. Sed omne quod ex-
istit in aliquo non coartatum ad aliquam partem eius
est ubique in illo. ergo anima intellectiva non appropriat sibi partem
Sed est ubique in corpore. et in qualibet parte eius per substantiam. ¶
Secunda ratio hec est quod aliqua substantia coartetur ad aliquid
multiplex est causa. Una causa est privatio simplicitatis
et corporeitatis. Secunda causa est in modo sue potencie. Tercia
causa est dependencia ipsius a materia corporali. Sed anima intel-
lectiva non habet compositionem materialem. Item non habet potenciam
partium corporis quia totum corpus regit et ad
totum corpus regendum coartatur. et non ad eius partes. Item a
nulla parte corporis dependet. ergo ad nullam partem corporis coar-
tatur Sed per indifferenciam est. in qualibet et tota in toto quod non
in qualibet parte. ¶ Ad oppositum maioris simplicitatis est in-
telligentia quam anima intellectiva. Item minus coarta-
tur substantia potencia quod potencia anime intellective. Item minus
dependens est. Sed intelligentia non potest simul et semel esse in
diversis. ergo multo fortius nec anima intellectiva determinat ergo
sibi partem in corpore in qualibet per eminenciam. ¶ Ad hoc dicendum est
Co. 5to quod anima intellectiva ad nullam partem corporis coartatur Sed
per indifferenciam se habet ad omnes partes corporis et quomodo hoc sit
hec veritas postea patebit et concedende sunt rationes ad
hanc partem. Contrarium ad hoc quod ostendunt animam intellecti-
vam non appropriare sibi partem in corpore. Cum autem ostendunt
ille rationes quod anima est in qualibet parte corporis non est
intelligendum quod anima determinet sibi omnes partes corporis sicut
vegetabilis et sensibilis. Sed est in omnibus partibus quia per indif-
ferentiam se habet ad omnes illas. nec ad ullam earum coartatur
non situm habet in aliqua nec applicationem ad aliquam non
ad omnes applicatur sicut vegetabilis et sensibilis. Sed per in-
differentiam se habet ad omnes partes corporis et equaliter itaque non
possumus dicere quod applicatur huic vel isti non illi vel isti
Sed toti applicatur ita quod nulli parti. Et tota per indifferentiam
se habet ad omnes alias partes. Si autem hoc modo probent ra-
tiones quod sit in qualibet parte bene procedunt Si autem non Sed
aliter procedunt. quod falsis et semper accipitur quedam regula.
scilicet Omne illud quod non coartatur ad aliquam partem corporis Sed
in corpore existit non coartatum ad aliquam partem eius est
ubique in illo nisi intelligatur hoc modo de anima intellec-
tiva quod sit in qualibet parte corporis sicut dictum est Hoc

etiam sic intellexit augustinus cum dixit auctoritatem predictam et cum comparavit existentiam anime intellective in minori mundo ad existentiam dei in maiori mundo intellexit comparationem ad hoc quod deus existit in maiori mundo per essentiam non applicans se parti regens mundum totum per essentiam et omnes partes eius non applicatus alicui sed per indifferentiam ad omnes se habens totius per indistinctionem regens et similiter anima intellectiva respectu corporis et sic non erit hoc contrarium aristotili dicenti quod ita est in toto quod non in aliqua parte hoc enim dixit quia nulli applicatur sed toti et per totum operatur. Ad secundum autem in contrarium quod probat quod anima intellectiva appropriet sibi partem dicendum est et primo ad primam quod si intelligentia esset perfectio alicuius corporis sicut est anima intellectiva non appropriaret sibi partem sicut nec anima intellectiva sed ita esset in qualibet parte sicut anima intellectiva et visum est quod non sit in qualibet parte sed quod intelligentia non est perfectio corporis ideo non procedit et sic solutum est illud.

Q° 8

Post istam questionem sic proceditur et queritur utrum anima intellectiva sit ita in corpore quod in nulla parte illius. Et ostenditur quod sic: anima intellectiva secundum aristotilem nullius partis corporis est actus. Sed anima dicitur actus per sui unionem cum eo cuius est actus. Unde autem actus primus in quantum dat esse in genere viventium. Unde autem secundus actus in quantum dat operationem. Sed anima intellectiva nullius partis corporis est primus actus nec secundus; est autem primus actus per unionem sive essentie, et autem actus secundus per unionem sive virtutis vel potentie; ergo anima intellectiva non unitur partibus corporis nec secundum essentiam nec secundum virtutem. Sed ipsa est actus primus ipsius totius, tamen dat ei actum secundum et nullum dat partibus. Ergo ita unitur toti secundum essentiam et virtutem quod non alicui parti. Ergo anima intellectiva ita est in toto quod non in aliqua parte. Secunda ratio hec est. Duplex est substantia regens aliam substantiam: quedam est que dependet ab eo quod regit, quedam non. Illa autem que dependet ab eo quod regit et habet radicem in eo quod regit et dependet quantum ad operationem ab eo est ut anima vegetativa et sensibilis. Illa autem que non dependet ab eo quod regit non habet radicem in eo in quo est sicut intelligentia. Anima autem intellectiva regit corpus sed ipsa nullam radicationem habet in corpore cum non habeat principia a corpore immo omnino ab extrinseco est et in se fixa per essentiam sed in corpore sit. Sed regens aliquid quod non habet radicem nec dependentiam ab eo quod regit in se fixum est et in sui essentia cum ipsius unitur ei quod regit sicut ergo si intelligentia moveret corpus non esset in aliqua parte corporis nec in qualibet propterea quod non dependet aliquo modo similiter nec anima intellectiva est in corpore ita quod secundum aliquem situm habeat in corpore nec in aliqua eius parte et est simile de nauta qui est unitus navi. Sed ponatur quod nauta nullo modo dependeat a navi sed se ipso consistet nullum situm habebit in navi immo ita reget navem quod nullum situm habebit in parte eius. Similiter nec anima habet situm aliquem in aliqua parte corporis. Hoc autem declaratur hoc modo. Si enim corpus corrumpatur remanebit anima in se ipsa fixa et tamen non erit ubique tota per essentiam. Hoc autem non habet a natura corporis quod non sit ubique sed a sua coartatione propria sicut et intelligentia. Ergo dum erat in corpore in se fixa erat natura propria. Sed substantia talis nullum situm in aliquo determinat sed habet proprium situm spiritualem et ita unitur alii quod in se ipsa est per essentiam fixa. Ergo anima intellectiva non habet aliquem situm in corpore. Est ergo in toto corpore ita quod non in aliqua parte et ita in toto quod nullum situm habet in eo nec coartationem immo in se ipsa existens fixa dat ei complementum. Ad oppositum anima intellectiva est forma corporis. Ergo unitur ei per essentiam. Item ipsa dat esse toti corpori et conservationem et singulis partibus eius et regit totum corpus et singulas partes. Ergo toti unitur et partibus per essentiam. Sed sicut ostensum est non determinat anima intellectiva aliquam partem in corpore. Ergo est in omnibus partibus corporis. Est ergo ita in toto corpore quod in omnibus partibus eius. Ad hoc dicendum est quod circa istam questionem multe sunt opiniones. Q°

Quidam autem ponunt quod anima intellectiva appropriat sibi partem in corpore sicut in virtute et hec pars cerebrum appellatur. Hoc autem est contra aristotilem et contra avicennam et contra omnes auctores. Alii ponunt quod anima intellectiva est in qualibet parte corporis et habet distensionem sed hec distensio inest ei per accidens quod per naturam corporis et aliarum virtutum et non per se. Q° 9 Alii ponunt quod anima intellectiva est in toto corpore et in qualibet parte et tota simul per essentiam et ad nullam coartatur et hec positio melior est predictis. Alia tamen positio est celebrior quam sustinemus ad presens quod anima est in toto corpore intellectiva et in toto corpore ita quod in nulla parte per essentiam nec simul nec secundum prius et posterius et ita perficit totum quod nullam partem et ita operatur in toto quod non in aliqua parte et tamen magis manifestantur sue operationes in una parte corporis quam in alia sicut in cerebro et hec positio non est contraria predictis questionibus sicut in[...]sum est dando intelligere. Nam sicut datum fuit ex alio in peccare illa positio. Cum enim dicimus animam intellectivam esse in qualibet parte corporis totam simul hoc intelligamus propter independentiam et indistinctionem et indeterminationem quam habet in corpore unde et simul et coartatur ad illas per suas potencias et sunt in qualibet parte per dependentiam et applicationem eo quod omnibus partibus dat complementum et toti

C°

et ita hoc modo sunt in toto et in qualibet parte. sumendo autem hoc modo esse in qualibet parte dicimus quod anima intellectiva est in toto ita quod in nulla parte. sumendo autem esse in qualibet parte aliter scilicet primo modo sicut dictum est dicimus animam intellectivam in toto esse et in qualibet parte. anima enim intellectiva non est in aliqua parte per dependentiam nec per applicationem sed ita est in toto quod ad nullam partem applicatur. Processus autem precedentis questionis est. Quantum ad hoc quod ponit quod anima intellectiva non determinat sibi partem in corpore concordat cum ista sed per indistinctum se habet ad omnes nullam earum determinando. Si vero ponat quod singulis partibus applicet suam essentiam et ita sit in toto quod in singulis partibus eius applicando suam essentiam tunc discrepat ab ista. Sed hoc non intendit ponere sed ponit sicut ostensum est et sparsim hic et ibi quod non repugnat positioni iste sed conveniunt. Ad primam rationem in contrarium dicendum quod anima est forma corporis sed duplex est forma. Quedam est forma et habet per diversas sui partes esse in diversis partibus materie. Est autem alia que non est distensa et hec est duplex. Quedam est que perficit totum et partes et dependet a partibus et hec tota simul est in qualibet parte quia non dependet a toto. ideo est in nullo et quia a partibus dependet ideo est in nullis et quia non distenditur ideo est tota simul in illis et hec forma est sicut vegetabilis et sensibilis. Est alia non distensa que perficit totum ita quod nullam partem et talis ita est in toto quod in nulla parte et hec est anima intellectiva que ita totum perficit quod nullam partem per sui applicationem cum illis quia ab illis non dependet sed solum unitur scilicet regat utraque. scilicet totum et partes non tamen regit partes per sui applicationem cum illis quia ab illis non dependet sed solum toti unitur et ita patet solutio huius questionis.

C q° 9. Decimam questionem sic proceditur et queritur utrum anima intellectiva sit forma distensa et ostenditur quod non. Nulla forma distensa per distensionem materie movet sufficienter materiam in qua est nec est principium cognitionis. forma vero distensa non dictat animam et ideo non movet sufficienter et tamen non est denudata a materia sed est immersa ab ea et ideo non cognoscit. Anima autem intellectiva movet sufficienter et est principium cognitionis omnium. est enim cognoscitiva omnium. ergo anima intellectiva non est forma distensa per distensionem partium corporis vel materie. Secunda ratio hec est. Omnis forma distensa per distensionem materie dependet ab ea et habet radicem in ea et non est separabilis ab ea. sed anima intellectiva non est huiusmodi. ergo non est distensa. Ad oppositum. anima intellectiva dat esse toti et partibus. ergo applicatur toti et partibus. omnis autem talis forma distenditur. ergo anima intellectiva distenditur.

C 3° Ad hoc dicendum quod anima intellectiva non distenditur per distensionem corporis nec partium eius. Ad rationem vero in contrarium dicendum est quod anima intellectiva dat esse toti et perficiendo totum perficit partes non tamen per dependentiam a partibus corporis et applicationem ad eas perficit corpus et quamvis partibus uniretur non tamen esset distensa sed tota simul in eis propter sui indivisibilitatem.

Undecimam questionem sic proceditur et queritur utrum anima vegetabilis et sensibilis perficiant corpus per suas substantias aut per suas potentias et ostenditur quod per suas potentias substantias et per sui existentiam in partibus corporis perficiant partes corporis. forma est principium actus primi et secundi. per eius autem unionem per essentiam est forma principium actus primi. per sui autem potentiam est principium actus secundi qui est operatio que egreditur a potentiis. sed anima vegetativa et sensibilis sunt principium actus primi et hunc dant corpori et cuilibet parti corporis ergo unionem habent per suas essentias cum partibus corporis. et tamen dant partibus actum secundum ergo uniuntur eis per potentias et in dando primum actum perficiunt partes quantum ad esse. In dando vero secundum actum perficiunt partes quantum ad operationem ergo anima vegetabilis et sensibilis perficiunt partes corporis quantum ad suas potentias et substantias scilicet per unionem suarum substantiarum cum partibus et potentiarum suarum. Secunda ratio hec est. anima dat vitam et operationem. In quantum autem dat vitam reddet ei a parte corporis equalitas complexionis et distantia a contrarietate. In quantum autem est principium diversarum operationum ei reddet difformitas partium a parte corporis. ergo equalitas potentiarum reddet toti sive anime diversitas vero partium corporis diversitati potentiarum. ergo necesse est quod si anima dat vitam cuilibet parti ut det ei vitam que est esse viventibus et per unionem partium potentiarum diversis partibus det operationem et sicut complexio est principium equalitatis diversitas partium sic ista unio est potentia. ergo anima per unionem sue essentie et potentiarum perficit singulas partes corporis. Et hec ratio confirmatur sic. Sicut vult Averroes in multis animalibus sunt in quibus est actus primus sine secundo sicut animalia conclusa que nullo modo operantur sed solummodo vivunt. ergo cum mediante substantia anima det esse mediante potentia dat operationem. in eis existentia essentie anime et in partibus suis et in toto corpore quamvis non sit in eis quantum ad operationem suarum potentiarum que dicuntur actus primi. anima ergo dat esse quantum ad unionem sue essentie partibus corporis. Ad oppositum sicut dicit Aristoteles in secundo sic se habet tota anima ad totum corpus ita se habent partes anime ad partes corporis. dicit enim quod tota anima est perfectio corporis et partes anime sunt perfectiones partium corporis. unde dicit quod visus est perfectio oculi et auditus est perfectio auris. hee autem partes anime sunt potentie. ergo anima cum det esse partibus corporis per suas partes patet quod anima per unionem suarum partium potentiarum dat esse partibus corporis per suas partes patet quod anima per unionem est et non per suam essentiam. Secunda ratio h- C q° 6.

i. corpus animatum est organicum diversae rationis in partibus et in toto ergo ei respondent diversae perfectiones particulares cum ergo partes corporis sint diversae habent diversas perfectiones particulares ergo anima perficit partes corporis a parte illa qua est diversitas in potentia sed ratione suae partium est diversitas in potentia et non ratione suae substantiae ergo perficit totum corpus ratione suae substantiae et partes corporis ratione suarum potentiarum. Hoc autem declaratur quia sicut diximus supra anima quantum ad diversas suas potentias recipit diversitatem partium corporis et ideo propter diversitatem potentiarum animae sunt diversitates partium corporis ergo necesse est potentias animae perficere partes corporis et ita anima per suam substantiam non perficit illas

Co. Ad hoc dicendum est quod anima vegetabilis et sensibilis dant esse singulis partibus corporis et perficiunt eas quantum ad actum primum per unionem suae substantiae et non solum per unionem suarum potentiarum unde in anima sunt duo scilicet substantia animae et potentiae et per eius unionem quantum ad substantiam perficit anima partes corporis quantum ad esse et ad actum primum per suas autem potentias perficit corporis partes quantum ad suas operationes diversas et quantum ad substantiam non coartatur anima uno per indifferentiam est in qualibet parte corporis quantum vero ad potencias diversas diversis partibus coartatur. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod duobus modis comparatur anima ad corpus uno modo sicut perfectio et sic est in anima quaque parte corporis per suam substantiam. Alio modo comparatur ad ipsum et ad partes eius tamquam ad ea per quae operatur et hoc modo per diversas suas potencias diversas exercet operationes quantum ergo ad potencias intelligit Aristoteles quod sicut tota anima comparatur ad totum corpus ita potenciae perficiunt quaslibet partem quantum ad operationem verbi gratia oculus perficitur a potentia animae quantum ad hoc quod videt perficitur autem substantia animae quantum ad hoc quod est animatum vivens et sic anima vegetabilis et sensibilis perficiunt partes corporis per unionem suae substantiae et non per unionem suarum potentiarum solummodo. Ad secundam rationem dicendum est quod in partibus corporis est duplex actus scilicet primus et hic egreditur ab anima per unionem suae substantiae cum partibus corporis et est secundus actus in partibus corporis et hic egreditur ab anima per unionem suarum potentiarum cum partibus corporis. Diversitas ergo partium corporis non respondet animae quantum ad actum primum sed quantum ad actum secundum. Oculus enim participat actum primum scilicet vitam et quantum ad hoc non respondet ei potentia visiva sed substantia animae in qua communicat cum omnibus aliis membris et quantum ad substantiam non requiritur diversitas partium in illo. Similiter quantum ad potentias suas perficit diversas partes quantum ad actum secundum et primo modo comparatur partes corporis scilicet in substantia animae

Co. x. Haec septima conclusio sic proceditur et quaeritur utrum corpus abiciat animam per naturam et videtur quod sic omne motum quod movetur a motore contra inclinationem eius cum labore et pena movente appetit per naturam abiectionem motoris sed corpus est huiusmodi respectu animae ergo corpus appetit abiectionem animae per naturam maior per se patet minor patet per Aristotelem dicentem in libro de caelo quod omne mobile compositum ex duobus contrariis motibus movetur cum labore et pena et tale est animatum et maxime animal. Secunda ratio haec est videtur quod anima appetit abici a corpore per naturam hac ratione. Omne existens in aliquo cuius existentia est in ipso non cum delectatione sed violentia et cum labore et cui melius est extra quam intra appetit abici extra per naturam sed anima est huiusmodi respectu corporis ergo appetit abici ab eo per naturam maior per se patet minor patet in primo de anima ubi dicit Aristoteles improbando opinionem Platonis quantum ad hoc quod ponit animam esse caelum. Ad oppositum nullum perfectibile appetit suam perfectionem abicere quae dat ei esse specificum et operationem et ipsum conservat in esse per suam influentiam qua ab ipso egrediente expirat statim et marcescit sed anima est huiusmodi respectu corporis ergo animam non abicit corpus per naturam maior per se patet minor per se et per textum. Co. Ad hoc dicendum est quod corpus non est abiciens animam per naturam cum sit anima eius perfectio eo modo quo dictum est et similiter corpus perfecte organizatum et non imperfecte sicut secundum membra habet ipsum per motore ad ultimam suam perfectionem unde cum dicit Aristoteles corpus per naturam non abicit animam hoc est quia est eius perfectio et hoc intelligit quod habent anima et corpus nexum indissolubilem ut quamdiu corpus est in potentia quod anima est in potentia et quamdiu corpus est actu organizatum complete quia nunc actu vere animae tamdiu anima est actu nec tamen propter hoc intelligit quin anima actualiter separetur a corpore sed semper sicut unum habet esse ita et aliud. Ad secundam dicendum est quod de anima intellectiva intellexit Aristoteles illud quod dictum est et non de aliis et cum hoc dicendum est quod anima intellectiva consideratur multipliciter uno modo secundum suum exitum in esse aut secundum suas operationes per quas movet membra aliis virtutibus et corpore completur et ordinatur ad bonum in vita ista aut secundum scientias et virtutes quas adquirit per speculationem sensibilem et forsitan per quas completur et istis omnibus modis est ei esse in corpore aut potest considerari secundum substantiam suam aut secundum coniunctionem suam aut secundum operationes quas principaliter corpus exercet sicut in contemplando primum et diligendo et sic de aliis et hoc modo melius esset ei esse extra et in una via procedit intus in alia vero via non.

perhaps paragraphus tercius de

Paragraphus tercius de manifestatio

ne existencie anime in corpore per causam operationum eius continens tres distinctiones. ¶ Prima est de modo processus.

¶ Continuatio intensionis

C[ommentum] 2

¶ Quoniam autem ex incertis certioribus autem certior fit et secundum rationem notius et cetera. ¶ Compleuit philosophus anime diffinitionem uniuersalem in parte precedenti. Sed cognitio diffinitionis uniuersalis anime et est cuiuslibet rei non sufficit ad cognitionem propriam diffinitam ipsius sine dicatur uniuoce diffinitio sine equiuoce, quia faciat solum cognitionem uniuersalem et non specialem. Et ideo in hac parte philosophus determinat uiam per quam habetur cognitio propria circa differentias anime. Hec autem uia procedit per suas operationes et actus primos et secundos, proprios et proprias potentias cuiuslibet specialium diffinitarum ipsius. ¶ Diuisio. ¶ Trecas autem hec pars diuidit in duas partes. ¶ In quarum prima ostendit uiam secundum quam intendit procedere. Et necessarium in hac doctrina. ¶ In secunda, scilicet in hac: ¶ Dicamus igitur principium accipientes et cetera. ¶ Procedit secundum illam uiam et compositum intensionis. ¶ Prima autem pars constat ad presentem speculationem et sic patet de quo est intensio in hac parte. Intendit enim philosophus ostendere necessitatem uie secundum quam procedere intendit. ¶ Recipit autem hec pars diuisionem in partes tres. ¶ In quarum prima ostendit quod secundum aliam uiam a predicta procedendum est et noticiam completam anime. ¶ In secunda, scilicet in hac: ¶ Non enim quod quicquid est diffinitiua ratione oportet ostendere et cetera. ¶ Reddit causam huius et ostendit quod diffinitio preassignata non sufficit in completa cognitione anime. ¶ Tercia parte, scilicet in hac: ¶ Nunc autem sunt conclusiones rationes terminorum et cetera. ¶ Ostendit quod quedam sunt diffinitiones conclusiones demonstrationis que per principia aliqua probantur. Quedam sunt principia demonstrationis. Hec est autem diuisio huius partis. ¶ Sentencia prime partis in qua tangitur modus procedendi circa cognitionem differentiarum anime.

¶ Circa vero primam partem procedit philosophus hoc modo dicens: ex ordo naturalis in sciencia est procedere a manifestis quo ad naturam et in manifestis quo ad nos ad ea que sunt in manifesta nature. Et iste est processus communibus ad propria, per hunc enim processum fit unumquodque certius et notius secundum rationem. ¶ Sed aliter est secundum Auerroys procedendum ut a prioribus et ad nos posterioribus vero quo ad naturam fiat processus ad priora secundum naturam. Quoniam ab operationibus potentiarum per eis diffinitis specialium anime contingit deuenire in noticiam singularium diffinitarum earum. ¶ Sentencia secunde partis in qua assignatur distinctio diffinitionum. ¶ Consequenter reddit causam sui processus dicens quod uia superius assignata non sufficit ad studium completum de anima, quia diffinitio predicta est simul diffinitionibus que sunt demonstrationis conclusiones et tales diffinitiones non sufficiunt ad perfectam rei noticiam, tales enim sunt uniuersales communes et non sunt proprie alicui et predicta diffinitio non est alicui differentie anime propria. Sed oportet inquirere diffinitiones dicentes proprias causas rerum et diffinitarum singularium. ¶ Sentencia tercie partis in qua assignatur distinctio diffinitionum. ¶ Consequenter distinguit modos diffinitionum dicens quod quedam sunt conclusiones demonstrationis sicut hec figura orthogonia equilatera est parte altera longiori figure equalis. Talis enim demonstrabilis est. Alie sunt diffinitiones que non sunt conclusiones demonstrationis sed potius principia, ut figura huius tres angulos habet equales et tetragonismus dicitur est media rei inuentio proportionalis. Hec enim diffinitio est principium quia ex figura orthogonia est equalis parte altera longiori per quam hec conclusio probatur et hec declarantur in geometria. Alia sunt exempla competencia et in quibus huius loca requirantur et in huius terminatur hec pars.

¶ Circa partem istam queruntur decem questiones. ¶ Prima questio est utrum aliqua diffinitio sit demonstrabilis. ¶ Secunda est utrum illa diffinitio sit magis anformalis. ¶ Tercia est que sit illa magis que demonstratur. ¶ Quarta est de distinctione diffinitionum omnium ut accipiantur ille que intenduntur. ¶ Quinta est utrum diffinitio naturalis que est per principia naturalia demonstret diffinitionem logicam que est per principia predicabilia que sunt principia secundum rationem. ¶ Sexta est utrum naturalis artifex diffiniat per formam cum materia uel per unam solam. ¶ Septima est utrum anima possit demonstrari de corpore. ¶ Octaua est per quam uiam possit demonstrari de corpore. ¶ Nona est quo modo uia diffinitiua que procedit per diffinitionem dicentem propter quid applicetur huic sciencie. ¶ Decima est de modo ymaginandi existenciam anime in corpore.

Questiones

C[ommentum] 3

¶ Circa primam questionem sic proceditur et queritur utrum aliqua diffinitio sit demonstrabilis ut illa diffinitio sit conclusio demonstrationis et ostenditur quod sic. Habemus ab Aristotile in libro posteriorum quod quedam sunt diffinitiones quarum est causa altera et quarum non est causa altera. Sed omne habens causam alteram potest demonstrari per illam. Ergo omnis diffinitio habens causam alteram potest demonstrari per illam. Ergo aliqua diffinitio est demonstrabilis et est conclusio demonstrationis. ¶ Secunda ratio hec est sicut uult Aristotiles in secundo de anima quedam diffinitiones sunt principia sed quedam sunt conclusio demonstrationis. Sed omnis conclusio demonstrationis est demonstrabilis. Ergo aliqua diffinitio est demonstrabilis. ¶ Ad oppositum nichil est principium demonstrationis et de

monstrabile. Sed sicut vult Aristoteles in principio de anima omnis demonstrationis principium est quod quid est; ergo quod quid est non potest demonstrari. Sed quod quid est est diffinitio; ergo diffinitio non potest demonstrari.

Secunda ratio hec est: sicut vult commentator supra librum de anima tres fuerunt secte de diffinitione. Quidam enim posuerunt eam haberi per viam divisionis, sicut Plato. Quidam vero per viam compositionis, sicut Aristoteles. Quidam per viam demonstrationis, sicut Ypocras. Cum ergo diffinitio sola via diffinitionis secundum Aristotelem habeatur, et si habeatur per viam divisionis hoc erit tamen per viam remotam, ergo notum est quod non habeatur per viam demonstrationis; ergo diffinitio non potest demonstrari. Tertia ratio hec est: diffinitio est obiectum ipsius intellectus simplicis, unde sicut habetur in tertio de anima ex quo est obiectum est intellectus; ergo cum intellectus simplex sit et suus habitus sit sine collatione, diffinitio omnis sine via collationis; ergo nulla diffinitio habetur per demonstrationem. Ad hoc dicendum est quod aliqua diffinitio est demonstrabilis et aliqua non, et que sit illa iam patebit. Ad primam rationem in contrarium dicendum quod triplex est diffinitio. Quedam que est principium demonstrationis, et hec est indemonstrabilis, et de hac loquitur Aristoteles in primo de anima. Est autem alia diffinitio que est conclusio demonstrationis, et hec est demonstrabilis. Est alia diffinitio que est positione differens a demonstratione, et hec complectitur diffinitionem subiecti et eius passionis, et hec est indemonstrabilis. Ad secundam rationem dicendum est quod in diffinitione sunt duo, scilicet constitutio diffinitionis ex suis principiis, et quantum ad hoc habetur diffinitio per viam divisionis, sed hoc remote, proxime autem per viam compositionis. Item in diffinitione constituta ex suis principiis est via ostendendi ipsam de aliquo per causam sue inherentie in illo, et hoc modo habetur diffinitio per viam demonstrationis. Ad tertiam rationem dicendum quod dupliciter est loqui de diffinitione: uno modo a parte sue nature et suorum principiorum constituentium ipsam, et sic non habetur per viam collationis, et sic est obiectum intellectus simplicis. Alio modo est loqui de diffinitione prout per decursum principiorum supra conclusionem ostenditur alicui inesse. Et hoc modo habetur per viam collationis, et sic est demonstrabilis.

Consequenter ad secundam questionem sic proceditur, et queritur utrum illa diffinitio que demonstratur sit materialis vel formalis. Ut formalis. Et ostenditur quod sicut diffinitio formalis demonstrat materialem, quod similiter materialis diffinitio demonstret formalem. Sicut se habet unumquodque ad veram necessitatem sui esse, sic se habet ad veram sui cognitionem, que est per sua vera principia. Sed sicut habetur in secundo physicorum in naturalibus est necessitas a materia, unde necessitas forme est a necessitate materie et econverso; ergo vera cognitio rei est per materiam sicut per formam. Sed vera rei cognitio est demonstrativa; ergo sicut demonstratur diffinitio materialis per formalem, ita formalis demonstratur per materialem, et ita illa diffinitio que demonstratur non solum est materialis nec solum formalis, sed utraque demonstratur. Secunda ratio hec est: demonstratio procedit per vera principia et priora. Sed causa materialis est prior formali et econverso; ex parte materialis natura prior est in via generationis et in generatione, formalis vero prior est ea in via perfectionis; ergo in via generationis materialis causa demonstrat formalem, in via perfectionis est econverso; ergo diffinitio formalis demonstrat materialem et econverso. Ad oppositum sic: sicut unumquodque se habet ad veram cognitionem, ita se habet ad demonstrationem. Sed forma est causa vere cognitionis materie et non econverso; ergo forma demonstrat materiam et non econverso. Secunda ratio hec est: sicut dictum est, forma precedit materiam et econverso. Sed materia precedit formam via incompletionis, forma vero precedit materiam in via perfectionis et diffinitionis et cognitionis. Sed demonstratio procedit per priora secundum cognitionem; ergo forma demonstrat materiam et non econverso; ergo diffinitio formalis demonstrat materialem et non econverso. Tertia ratio hec est: quod Aristoteles in secundo posteriorum ponit quod diffinitio materialis demonstratur per formalem. Ad hoc dicendum est quod sicut quedam diffinitiones formales demonstrant materiales et econverso. Nam sicut necessitas materie est a necessitate forme, ita econverso. Unde sic hec diffinitio materialis: domus est composita ex tecto et pariete et fundamento, demonstratur per hanc formalem: domus est habitaculum prohibens a caumatibus et pluviis, ita et econverso. Et hoc patet ratione: ut si queratur propter quid componitur domus ex pariete et aliis, respondebitur ut prohibeat nos a caumatibus et pluviis. Similiter et econverso: si queratur propter quid prohibet nos domus a caumatibus et pluviis, respondebitur quia est composita ex tecto et pariete. Tamen demonstratio in qua materialis demonstratur diffinitio per formalem potior est quam demonstratio in qua diffinitio formalis demonstratur per materialem. Et sic utraque diffinitio demonstratur, scilicet materialis per formalem et econverso. Ad primam rationem que ostendit quod formalis demonstrat materialem et non econverso, dicendum est quod forma est causa cognitionis materie. Sed sicut dicit commentator, in qualibet diffinitione materiali est aliquid de forma, unde non dicitur materialis quia per solam materiam detur, sed dicitur materialis vel a potiori, et ita ratione illius formalis principii potest materialis diffinitio dare cognitionem diffinitionis formalis. Item diffinitio materialis non demonstrat formalem inquantum est materialis, sed inquantum habet modum formalem et principia et causas illius. Ad secundam dicendum est quod forma precedit materiam in via cognitionis et diffinitionis, et materia precedit formam in via generationis; tamen in illa natura in qua materia precedit formam potest demonstrare materia formam; non est autem demonstratio ita in potentissimo statu sicut alia. Ad tertiam dicendum est ex

cum Aristoteles ponit diffinitionem materialem demonstrari per diffinitionem formalem solum et non econverso. non intendit de omni materiali, sed de aliqua solum de qua postea patebit.

Co. 3ª

Circa tertiam conclusionem sic proceditur et queritur que sit illa diffinitio materialis que demonstratur et ostenditur quod sola illa diffinitio materialis que demonstratur est diffinitio passionis inherentis subiecto sic. Habet enim in methaphysica diffinitio convenit subiecto. demonstratio convenit per se accidentibus; ergo illud quod demonstratur per se habet naturam accidentis; ergo si aliqua diffinitio demonstratur illa diffinitio erit accidentis prout est accidens. hoc autem accidentis subiecto inherentis; ergo diffinitio materialis que est diffinitio passionis inherentis subiecto demonstratur. Secunda ratio hec est. duobus modis consideratur res: uno modo prout sunt in genere per sua principia et sic convenit eis diffinitio. alio modo consideratur prout applicantur ad subiectum in quo habent esse et sic eis convenit demonstratio. Si ergo alicui diffinitioni est demonstratio illi diffinitioni materiali que datur per principia subiecti de ipsa passione que subiecto inheret. Tertia ratio hec est. omne quod demonstratur habet diffinitionem que est ex additamento per principia alterius cum ostenditur inesse per sua principia. hoc autem est accidens solum. ergo accidens habet demonstrari. ergo diffinitio que debet demonstrari habet rationem accidentis in quantum accidens. hoc autem est diffinitio passionis prout ad subiectum applicatur. ergo illa sola materialis que est talis diffinitio materialis demonstratur. Ad oppositum sic dicit Aristoteles in libro posteriorum quedam sunt diffinitiones formales quedam vero materiales et dicit quod omnes materiales habent alteram causam. Omnes ergo materiales sunt demonstrabiles. Quia omne habens causam alteram est demonstrabile. Secunda ratio hec est sumpta ab opinione omnium qui ponunt universaliter diffinitionem materialem et formalem demonstrare ipsam.

Co

Ad hoc dicendum est quod diffinitio materialis est duplex. quedam est subiecti et hec per se non demonstratur immo sicut demonstratur hec diffinitio materialis per formalem ita econverso. tamen potior est demonstratio in qua formalis demonstrat istam materialem quam econverso. Alia est diffinitio materialis dicens inherentiam passionis ad subiectum et hec per se demonstratur et dicitur materialis ex hoc quod sit per subiectum ut partem alterius generis. ad hoc enim quod aliquid demonstretur tria requiruntur. primum est ut sit aliquid vel inherens. Secundum est ut sit vel aliquid extra cui illud inheret et hoc est subiectum. tertium est ut sit causa media a parte subiecti per quam inherens ei inhereat. hec autem tria solum reperimus in accidentibus per se. et ideo hec sola demonstrantur. Item sole diffinitiones materiales continentes per se accidentia prout inherent subiectis per causas proprias demonstrantur sicut enim accidentia habent per se causas in subiecto per quas demonstrantur de ipso. talis autem est illa diffinitio tonitrui est continuus sonus in nubibus; hec enim dat per inherentiam passionis in subiecto et propter hoc dicit Aristoteles ex medio diffinitionem dicens sonum continuum in nubibus et tonitruum. Ad primam rationem que ostendit ex omnis diffinitio materialis demonstratur et non demonstrat patet solutio per predicta. hec enim materialis que data est ita demonstratur et non demonstrat. Non enim omnes materiales habent causam inherendi. Ad secundam rationem dicendum est ex decipitur in dictum vulgare omnium interloquentium; non enim intelligunt intentionem philosophi cum de illa diffinitione per se loquatur que data est. Si autem altera materialis demonstraretur hoc accidit distinctio autem diffinitionum iam patebit.

Co. 4ª

Hec circa quartam conclusionem sic proceditur et queritur utrum de distinctione diffinitionum et de diversitate ipsarum. Si enim multe diffinitiones ponuntur ita quod quedam sunt demonstrabiles quedam non. Quedam ponere differentes a demonstratione necesse est assignare distinctionem inter eas et diversitatem.

Co

Ad hoc dicendum est ex diffinitionum alia est dicens quid est quod dicitur. Alia est dicens quid est et huiusmodi. alia quid est solum. alia quid et propter quid. et hec dupliciter consideratur aut ut prout dicit propter quid et sic est medium in demonstratione. aut prout integratur ex diffinitione subiecti et causa passionis ex subiecto et passione. Et sic est demonstratio positione differens. Item illa que dicit quid est solum est duplex. quedam sit per principia solum dantia esse. alia fit per principia dantia esse et notum et hec dupliciter consideratur aut in quantum accipit intentiones et sic est topica. aut in quantum accipit ipsas res et naturas et sic est aliquando demonstrationis forte diffinientis subiectum. Item que fit per principia dantia esse solum est duplex. Quedam est que dicit quid est subiecti. alia autem que dicit solum quid passionis in subiecto circumscripta causa. et hec est conclusio demonstrationis. Item que dicit quid est subiecti dupliciter consideratur aut enim prout non solum componitur cum illa que dicit propter quid. aut prout componitur cum illa que dicit propter quid et tunc ingreditur demonstrationem secundum substantiam. Item illa que dicit quid subiecti prout nondum componitur cum illa que dicit propter quid est duplex. quia aut solum dicit quid subiecti et sic est precognitio aut prout ea utimur pro principio. et sic est suppositio virtute intrans demonstrationem. Et notandum ex illa diffinitio que dicit quid est communis est. et secundum quod accipit intentiones est de consideratione dyaletici. Secundum autem quod accipit rem et dicit quid subiecti est precognitio vel autem quod iam per ipsam probatur aliquid est principium demonstrationis indemonstrabile. Secundum autem quod ei causa additur et dicit quid et propter quid est medium in demonstratione. Illa autem diffinitio que dicit quid est passionis in subiecto est conclusio demonstrationis. Exemplum vero diffinitionis materialis que demonstratur et non demonstrat tale. est in omni corpore humido aquoso ex vaporibus generato coagulato a frigore in media parte aeris. in quo est

in quo est extinctio ignis est continuus sonus. Sed nubes est hic quia in nube est sonus continuus. Sonus vero continuus est diffinitio tonitrui quod est passio nubis et hec diffinitio demonstratur de nube ut de subiecto sicut et tonitruum per extinctionem ignis sicut per causam. Aliud est exemplum in diffinitione eclypsis que diffinitio talis est. Eclypsis est privatio luminis a luna; est enim diffinitio eclypsis et demonstratur de luna sicut eclypsis. Diffinitio vero que est indemonstrabilis que est principium remotum demonstrationis est sicut diffinitio circuli que est: circulus est figura plana una linea contenta in cuius medio punctus a quo omnes linee ad circumferentiam ducte sibi invicem equales. Indemonstrabilis vero que est in demonstratione est diffinitio nubis vel lune sic: hec nubes est corpus humidum aquosum in medio aeris a frigore coagulatum. Diffinitio lune est: Luna est receptivum corpus luminis a sole. Diffinitio ponens differens a demonstratione est aggregatio diffinitionis subiecti et cause passionis et ipsius passionis, sicut eclypsis est privatio luminis a corpore receptivo luminis a sole. Ex istis patet obiectio et dicitur diffinitio ponens a demonstratione ex quo modo disponuntur termini et in demonstratione.

Q° 4.

Circa quartam questionem sic proceditur et queritur utrum diffinitio naturalis demonstret diffinitionem logicam que fit per principia predicabilia que sunt principia secundum rationem. Sed videtur quod sic: principia secundum rationem fundantur in principiis nature, ex parte secundum rationem ut genus et differentia consequuntur compositum et principia composita que sunt principia naturalia quia causantur a principiis naturalibus. Sed a quo unumquodque habet causam per illud habet demonstrari; quia principia predicabilia secundum rationem habent demonstrari per principia naturalia, quare diffinitio logica formalis que fit per principia secundum rationem que sunt genus et differentia habet demonstrari per diffinitionem naturalem que fit per principia naturalia. Secunda ratio hec est: predicabilia dantur per abstractionem ad rationem; sed ratio est ultimum in natura quia illa principia sunt posteriora principiis naturalibus; sed posterius demonstratur per prius et non econverso; quare diffinitio que fit per principia predicabilia habet demonstrari per diffinitionem naturalem que fit per principia naturalia et non econverso. Ad oppositum: principia secundum rationem sunt priora in via cognitionis compositionis et diffinitionis. Sed per istam viam procedit demonstratio quia procedit per priora et notiora ad cognitionem et tamen ista principia magis accedunt ad naturam universalis. Sed demonstratio recipit universalia quia et prima principia secundum rationem demonstrant naturalia, quia diffinitio secundum rationem competit rei ordinabili in genere. Res autem ordinabilis in genere non demonstratur sed solum res prout comparatur ad subiectum cui inheret; quia diffinitio data per principia predicabilia que est secundum rationem non demonstratur per diffinitionem aliquam per principia naturalia. Ad hoc dicendum est quod sicut diximus soli rei inherentia habenti causam inherentie in subiecto competit demonstratio. Diffinitio ergo subiecti que datur per principia predicabilia que sunt genus et differentia que sunt extra naturam accidentium ex accidentis esse et inherere et subiecta non habent causam sue inherentie in subiecto aliquo, ideo non demonstratur nec per diffinitionem consimilem nec per aliam secundum quod huiusmodi. Si autem demonstratur hoc accidit et non demonstratur nisi causam inherentie. Et habent intensionem accidentium ex accidentis esse et inherere. Si vero hoc modo competat diffinitionibus secundum rationem demonstratio prout inherent. Diffinitio que datur per genus et differentiam demonstrabitur per illam que est ex principiis naturalibus et non econverso, et hec principia in dicuntur in illis sicut in suis causis. Sed possumus dicere quod una demonstrat aliam necessario. Propter eo quod non est medium inter diffinitionem et diffinitum per quod diffinitio demonstretur de diffinito nisi in diffinitione accidentium. Si autem diffinitio secundum rationem demonstretur per diffinitionem nature hec non est proprie demonstratio sed convertibilis ostensio. Sustinendum tamen est quod si una demonstrat aliam diffinitio naturalis que datur per principia naturalia demonstrat diffinitionem secundum rationem et non econverso. Ad primam rationem in contrarium que ostendit quod diffinitio secundum rationem demonstrat diffinitionem naturalem dicendum est quod diffinitio logica que datur per genus et differentiam sicut abstrahit generalitatem et habet naturam universalis, similiter principia naturalia abstrahunt et habent naturam universalis. Et similiter diffinitio que datur ex illis principiis universalibus universalis est; ut hec diffinitio: homo est ex anima et corpore, ita est universalis sicut hec: homo est animal rationale mortale. Q° 5. Et sic una non superat aliam. Contrarium ad hoc: Item cognitio intellectiva est duplex. Quedam enim que est apprehensio rei per suam quiditatem et essentiam; ad hanc cognitionem diffinitio anime que fit per principia predicabilia precedit naturalem. Est autem alia cognitio intellectiva que est per resolutionem rei in sua principia ultima quibus res constituitur. Et hec est cognitio demonstrativa et in ista cognitione diffinitio naturalis est prior quam diffinitio secundum rationem eo quod principia hic sunt principia principiorum illius in quibus illa predicantur radicantur. Aliam rationem concedo que probat quod diffinitio secundum rationem non habet demonstrari, sed non probat quod diffinitio secundum rationem si demonstrari haberet non demonstraretur per diffinitionem naturalem; hoc non ostendit illa ratio, sed solum quod non demonstratur, et hoc bene concedimus.

Q° 6.

Circa sextam questionem sic proceditur et queritur utrum naturalis demonstret per omnem causam. Et ostenditur quod sic: a quo unumquodque habet necessitatem per illud habet demonstrari; sed naturalia habent necessitatem ab omnibus causis, quia per omnes causas habent demonstrari

ergo naturalis demonstrat per omnem causam. ¶ Secunda ratio hec est. dicit Averrois in principio physicorum quod per omnem causam demonstrat naturalis. ¶ Ad oppositum naturalis considerat res in motu et in materia. ergo si demonstrat solum demonstrabit per causam materialem. ¶ Tercia ratio hec est. Sicut habetur in principio de anima differunt diffinitiones phisicus et logicus quia logicus reddit speciem phisicus vero naturalis materiam. ergo cum consideret materiam solum demonstrabit per causam materialem. ¶ Ad hoc dicendum est quod naturalis demonstrat et diffinit per omnes causas que competunt demonstrationi et diffinitioni. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod artifex aliquis dicitur considerare unam causam duobus modis aut quia illam solam considerat et per illam solam demonstrat et diffinit. aut quia omnes causas considerat. per aliquam tamen ad unam stat ultimo. ergo non unam solam consideret. Sed per omnes diffinit et demonstrat. per aliquam tamen ad causam materialem. et sic diffinit per omnes causas. per aliquam tamen ad causam finalem. et sic diffinit per omnes causas per aliquam tamen ad causam materialem et demonstrat. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quia non dicitur diffinitio materialis considerari a phisico. quia per solam materiam demonstraret et sine forma. Sed est materialis quia non datur per principia propria ex quibus constituitur diffinitio logica. unde respectu diffinitionis logice dicitur materialis. ¶ Vel dicendum est aliter. quod diffinitio naturalis que datur de rebus per generationem ad materiam quamvis omnes causas in se ipsa complectatur.

Co^m. 7. ¶ Commentum septimum questionem sic procedit et est utrum anima possit demonstrari de corpore. Et ostenditur quod sic. Omnis forma que habet materiam habet causam sue inherentie. Sed anima est huiusmodi respectu corporis ergo anima potest de corpore demonstrari. ¶ Secunda ratio hec est. actus et operationes precedunt potencias in via cognitionis ergo cum anima habeat potencias et operationes per quas manifestatur sua existencia in corpore, cum ergo operationes notiores sint ipsa, per illas de corpore demonstrari consistunt in via cognitionis ipsius. ¶ Ad oppositum sic habetur in metaphysica solius accidentis est demonstratio. Sed anima non est accidens nec in se nec respectu corporis ergo anima non potest demonstrari de corpore. ¶ Secunda ratio hec est. omne quod demonstratur de alio habet causam mediam inter se et illud de quo demonstratur. Sed inter formam et materiam non cadit medium cum materia et forma sit causa earum dispositionis medie et dicat Aristoteles quod inter unitatem anime et corporis non est distinguere sicut nec inter ceram et figuram cere. et inter formam et materiam. ergo non est aliquo modo possibile demonstrari animam de corpore. ¶ Ad hoc dicendum est quod anima nata est de corpore demonstrari. Sed de anima est loqui duobus modis. Uno modo prout est substantia. Alio modo prout in heret per principia et causas. quas habet sue inherentie in corpore et per operationes et actus primos et secundos quos exercet in corpore per quos manifestatur sua existencia et hoc secundo modo anima de corpore demonstratur non autem primo modo et per hoc solvitur ratio prima quia anima secundum quod de corpore demonstratur licet non sit accidens habet tamen rationem accidentis quia habet rationem inherentis. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod dupliciter est loqui de forma et materia. uno modo in via essentie secundum quod sunt principia substantie et sic non est medium inter ipsa. alio modo est loqui de ipsis in via nature et generationis secundum quod de hiis loquitur naturalis artifex et sic sunt dispositiones medie inter ipsa et similiter inter animam et corpus sunt dispositiones medie per quas potest anima de corpore demonstrari

Co^m. 8. ¶ Commentum octavum questionem sic procedit et est secundum quem modum anima de corpore demonstratur et ostenditur quod per operationes. operationes enim manifestant existentiam anime in corpore. Sed per illud debet anima demonstrari quod manifestat existentiam eius in corpore ergo anima demonstratur de corpore per operationes. ¶ Secunda ratio hec est anima est principium corporis et dispositionum eius. ergo si fiat aliqua cognitio de ipsa. fiet per posteriora. ipsa que manifesta sunt quo ad nos posteriora secundum naturam. hec autem sunt operationes eius ergo per operationes eius de corpore demonstratur. ¶ Ad oppositum omnis demonstratio debet esse per priora naturaliter. operationes sunt posteriores naturaliter substantia a qua egrediuntur. ergo anima per suas operationes non potest de corpore demonstrari. ¶ Secunda ratio hec est anima comparatur ad corpus sicut materia ad formam. Sed subiecta materia cum forma causa est omnium accidentium. sed in anima prius est principium actus primi in corpore quam operationis ergo existentia eius in corpore non potest demonstrari per operationes immo est potius per actum primum. ¶ So. ¶ Ad hoc dicendum est quod anima demonstratur de corpore. per unam duplicem viam una est. a parte dispositionum corporis. hec autem sunt dispositiones proprie corporis per quas totum corpus est habile ad animam sicut est equalitas complexionis organizatio proprie secundum quod competit suo in sua specie. a parte ipsius anime sunt operationes quas ipsa exercet in corpore et actus primi per quos manifestatur sua existentia in corpore et determinatur per quos inter se distinctio rei participantis animam aut non participantis animam et sic per dispositiones a parte corporis demonstratur de corpore et per operationes et actus a parte sui quos in corpore exercet. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod prius est dupliciter. uno modo in via cognitionis. alio modo in via nature. Secundo modo sunt operationes posteriores ipsa anima. primo autem modo. sunt priores scilicet in via cognitionis et sic per illas potest anima de corpore demonstrari et hec demonstratio est demonstratio per effectum. que demonstratio per effectum necessaria in rebus prioribus occultis spiritualibus ad quas alias intellectus humanus non potest attingere. et per hoc solvitur secunda ratio

¶ Commentum nonum questionem sic procedit et est quo sit via diffinitiva que procedit per diffinitionem dicentem propter quid applicetur huic scientie. et ostenditur quod non convenit huic scientie quia Aristoteles in hac scientia procedit per actus et operationes que sunt effectus anime. effectus autem non faciunt demonstrationem propter quid Sed demonstrationem quia ergo non procedit in parte ista si tractetur. Aut ex mentis et inferius per demonstrationem propter quid Sed per demonstrationem

ne quia. ¶ Secunda ratio hec est. anima per hoc quod est perfectio
corporis organici facit corpus organicum suas operationes
participare que operationes sunt actus primi et secundi sicut
nutrire cum suis differentiis et alie operationes ergo dif-
finitio que dicit existentiam anime in corpore erit cau-
salis eius que dicit operationes anime in corpore. hec autem
est diffinitio superius data que scilicet anima est perfectio corporis
organici et cetera. que dicit existentiam anime in corpore
per quam superius processit illa vero per quam procedit secundo da-
tur de operationibus quas exercet anima in corpore. ergo predicta
diffinitio dedit istam secundam et non econverso. ergo non proce-
dit in secunda parte per diffinitionem quid sic premittit se pro-
cedere. quod predicta diffinitio istam demonstret et diffinitio di-
cens esse quid non demonstret. ¶ Ad oppositum dicit philosophus
quod prius determinavit diffinitionem ex hic determinat
C° diffinitionem quid. ¶ Ad hoc dicendum est quod duplex est diffinitio
quedam scilicet que datur per prima communia communibus in illo ge-
nere. que conveniunt cuilibet contento. et talis diffinitio cum sit
transcendens et non propria non proprie quid. sed quia et assi-
milatur diffinitionibus que sunt demonstrationis conclusiones
et talis est diffinitio anime superius data que nulli differentie
anime appropriatur. ¶ Est alia diffinitio data per propria princi-
pia secundum exigentiam cuiuslibet rei et hec est diffinitio
propria que datur de qualibet differentia anime prout est in propria
natura. et talis diffinitio assimilatur propriis principiis de-
monstrationis et ideo dicitur diffinitio quid et hanc determinat
postea et hec non est una sed multe et hoc modo exponit
commentator intentionem philosophi. non dicit autem diffinitionem pre-
dictam ipsius anime esse conclusionem demonstrationis ex vere
sit conclusio demonstrationis sed ex assimulatur diffinitioni que est
conclusio demonstrationis sicut visum est. alia autem que dicetur
que non est una sed multe assimilatur principiis. Item dicit
averrois. ex cum ad illas diffinitiones que dantur per propria
que assimilantur principiis scire non est demonstrare per
priora nature sed per priora quo ad nos et posteriora quo
ad naturam hec autem sunt actus et operationes et
obiecta. et potentie anime per quas cognoscitur quelibet differentia
anime prout est in propria natura et secundum hanc intentio-
nem predicta questio non habet locum. ¶ Aliter exponunt mo-
derni dicentes quod diffinitio prima datur per inherenti-
am anime ad corpus non dicit tamen causam inherentie ve-
lut autem quam requirit auctor datur per operationes et
actus priores que dicunt manifestationem inherentie ad
corpus. hec autem diffinitio est per posteriora in via natu-
re est. autem per priora in via cognitionis. ¶ Ad ratio-
nes autem solvendum est per hoc. dicendum enim est quod operatio-
nes sunt priores in via cognitionis ita quod per illa po-
test anima de corpore demonstrari. ¶ Ad secundam dicendum quod ex
diffinitio per effectum in rebus occultis potior est illa que est

per eam cum per illam devenimus in cognitionem illius
¶ Circa decimam questionem sic proceditur et queritur utrum debe-
do ymaginari existentiam anime in corpore. Modus autem iste Q° 3
hoc modo declaratur. anima enim habet tres differentias scilicet
animam vegetativam. animam sensibilem. animam rationalem. Sin-
gule autem iste anime cognoscuntur per operationes quas vi-
demus enim in quibusdam corporibus ex natura augmentum nu-
trimentum secundum omnem partem hoc autem non est a forma natu-
rali neque a natura ex natura non movet nisi in unam
partem ergo hoc est ab alio principio hoc autem est anima ve-
getativa ergo necesse est eam ponere in corpore et ymaginari. Item
videmus quedam corpora cognoscere vel [illegible]. hoc autem non
conveniunt formis corporibus naturalibus ergo hoc competit for-
me spirituali hec autem anima sensibilis. ergo hoc competit
anime sensibili ergo necesse est animam sensibilem ponere
in corpore et ita ymaginamur esse in corpore per operationes et
potentias hominis que ab anima exeunt hec autem
sunt cognitio verum per veras causas. et cognitio qui-
ditatis vel sui appendicis corporalibus supra que non pos-
sunt sensibiles virtutes nec est natura eius ergo ponamus
hanc [illegible] in nobis et hec est anima intellectiva necesse est
ergo animam intellectivam esse et ymaginari in nobis. In-
telligamus ¶ Alia est via avicenne per quam possimus
animam intellectivam ymaginari esse in nobis. Intelliga-
mus ex aliquis sit subito creatus et perfectus ultima per-
fectione huius [illegible] animam intellectivam et habeat omnia
exteriora velata et visum exteriorem velatum. Item non
tangat ipsum spissitudo aeris ut moveat membra eius
[illegible] aliquid extrinsecum moveat membra eius ut ipsum exci-
tet ad operationem nec etiam sentiat aliquod membrum moven-
[illegible] unum alterum moveat. ut non conveniant membra ad in-
vicem nec se tangant nec faciant motum tamen ille
in tali statu affirmabit se esse. Unde si sic interrogatur
interrogatione spirituali utrum sit respondebit responsione
spirituali intrinseca quod est. Si autem queratur utrum ipse
sit sua manus aut pes respondebit quod non et ex i-
gnorat. omnia illa esse partes suas cum illas non sentiat
nec se credat eas habere. Similiter si interrogetur utrum sit to-
tum corpus quo velatur respondebit quod non ex quo non
sentit corpus nec scit ipsum esse partem suam ergo aliquid a-
liud preter corpus et partes corporis est in ipso ex affirmat
se esse hoc autem non est nisi substantia cognoscitiva que est
anima intellectiva que est in corpore que confirmat se
ipsam et que non eget corpore ad hoc ut affirmet se
et sic necesse est eam ponere et ymaginari esse in cor-
pore humano. Modus vero existentie secundum quem anima
vegetativa et sensibilis existunt in corpore dictus est. et
iste modus secundum quem anima intellectiva est in cor-
pore et sic patet quod anima ymaginatur esse in

corpore per operationes suas et iste est modus ymaginandi eam qui dictus est. Quod hoc autem sic obiectio. Omnes iste cognitiones sunt per effectus et per posteriora. tales vero non sunt demonstrative ergo iste cognitiones non sunt ille quas querit aristoteles in parte ista ergo non est illa via quam querit aristoteles. Ad 2m dicendum est quod anima intellectiva cognoscitur quantum ad suam existentiam per operationes suas sicut ostensum est. Ad 3m dicendum est quod anima et precipue anima intellectiva respicit corpus ex parte illa qua est forma et ex parte ista cognoscitur sua existentia in corpore per proprietates et operationes quas corpori attribuit. ab alia parte vero sue libere cognitio eius reducitur ad causam superiorem a qua exit que ordinat omnes res et est dans diversas causas et fines omnibus secundum quod exigit genus cuiuslibet rei. Ratio autem solvitur per predicta. demonstratio enim per effectum est potissima in rebus que occulte sunt sensui que non possunt cognosci nisi per suos effectus.

Cs

## Distinctio secunda de operationibus anime ab eius potentiis emanantibus per quas eius existentia in corpore declaratur. Continuatio intensionis

Cto. 4

**Dicamus ergo principium accipientes intensionis et cetera.** Cum declaravit philosophus quod diffinitiones universales divinitate ostendunt essentiam cuiuslibet rei et assimilantur diffinitionibus que sunt conclusiones demonstrationis et diffinitiones que assimilantur principiis ipsius demonstrationis cum demonstrant per causas suas et ostendit secundum quem modum procedere intendit et necesse. In hac parte intendit determinare de anima secundum suas noticias diffinitivas ipsarum ipsius et via secundum quam procedit est a posterioribus quo ad nos que sunt opera et potencie anime per que manifestatur eius existencia in corpore ad priora secundum naturam que sunt libere diffinitionum ipsius. Divisio. Recipit autem hec pars divisionem in duas partes. In quarum prima determinat actus differentiarum anime per quos ostenditur existencia ipsarum in corpore quod perficiunt. Quia vero illi actus eliciuntur a potenciis ideo in hac parte **potenciarum anime autem que dicte sunt et cetera** determinat de potenciis anime comparando ipsas ad invicem et ad opera in quibus sunt. Prima autem pars recipit divisionem in duas partes. In quarum prima determinat noticiam differentiarum anime per actus ipsarum. Quia autem anima que est perfectio corporis cuius existencia in corpore per actus declaratur comparatur ad corpus in aliquo genere cause ideo in secunda parte scilicet in hac **Quoniam autem quo vivimus et sentimus dicitur et cetera** ostendit in quo genere cause anima ad corpus comparatur. Prima autem recipit divisionem in duas partes. In quarum prima dat noticiam anime per actus ipsius priores et quia fecit in primo mentionem de distinctione partium et potenciarum anime et ipsarum divisione ideo in secunda scilicet in hac **Utrum autem unumquodque horum est anima et cetera** movet questiones incidentes circa divisionem partium anime et potenciarum ipsius. Prima autem pars spectat ad presentem speculationem. Et patet ergo de quo est intensio in hac parte quia in ipsa intendit philosophus tradere noticiam de anima. Divisio. Recipit autem hec pars divisionem in duas. In quarum prima dat predictam noticiam de anima. Quia autem operationes diverse insunt anime per differentias diversas suarum potenciarum habentium ordinem ad invicem ideo in secunda parte scilicet in hac **Separari quidem hoc ab aliis possibile est et cetera** tangit naturalem ordinem virtutum anime a quibus exeunt manifeste operationes. Prima autem pars recipit divisionem in duas partes. In quarum prima ostendit actum per quem omne corpus participans animam a corpore inanimato distinguitur qui est actus vite et ipsum per suas differentias distinguit. Quia vero operationes vite minus sunt manifeste in viventibus vegetabilibus quam in aliis viventibus ideo in secunda parte scilicet in hac **Unde et vegetativa omnia videntur vivere et cetera** ostendit animam et vitam et operationes vite eis necessario esse. Secunda autem pars principalis recipit divisionem in duas. In quarum prima ostendit ordinem virtutis vegetabilis ad alias viventibus. In secunda scilicet in hac **Animalia autem per sensum primum et cetera** ostendit ordinem primi sensus qui est tactus ad alias differentias anime posteriores prout sunt in animalibus. Divisionis recollectio. Sunt ergo in toto presentis partes iiii. In quarum prima determinat actum primum anime per quem manifestationem habemus de ipsa et de sua existencia in corpore. In secunda ostendit animam et vitam existere in vegetabilibus. In tercia ostendit ordinem differentiarum vegetabilis ad alias. In quarta ostendit ordinem primi sensus ad differentias consequentes. Et hec est divisio huius partis.

## Sentencia prime partis in qua tangitur actus primus universalis anime qui est vivere per quem manifestatur eius existentia in corpore cuius est perfectio.

Circa primam partem procedit philosophus hoc modo. primo actum primum reiterum animatorum dicens ergo accipiamus principium intensionis nostre incipientes a prioribus quo ad nos. et dicamus ex

res animata distinguitur ab inanimata per actum vivendi. Secundo assignat distinctionem modorum vivendi qui sunt intellectus et primus est intelligere. Secundus est sentire. Tercius est motus secundum locum et quiescere. Quartus est vita alimenti et augmenti et decrementi.

**Sentencia secunde partis in qua manifestatur vita in plantis**

Quoniam inter quia vita et existencia anime non est manifesta in vegetabilibus ideo probat ipsa habere vitam et animam. Dicit ergo quod ex predictis patet quod vegetabilia omnia participant vitam. Racio autem ad hoc inducta talis est. Omnia corpora habencia in se ipsis potenciam et principium per quod augmentum et decrementum accipiunt secundum contrarios situs participant vitam et animam. Predicti motus secundum situs contrarios et eciam preter ab anima sunt non a natura. Sed plante sunt huiusmodi; ergo plante participant animam et vitam. Deinde probat quod plante augentur et diminuuntur secundum predictum modum cum dicit: **Non enim quidem sursum augere deorsum autem non.**

Et est racio talis. Omnia in quibus est augmentum et decrementum secundum sursum et deorsum augentur et decrescunt secundum oppositos situs. Sed plante sunt huiusmodi; ergo plante augentur et decrescunt secundum oppositos situs. Sed motus ad situs oppositos non conveniunt corporibus per naturam et virtutem corporalium formarum. Quia autem sunt corpora simplicia et tunc moventur ad situm determinatum sursum sicut levia aut ad situm determinatum deorsum sicut gravia aut sunt corpora mixta et sic sicut habetur in libro celi et mundi moventur secundum predominium elementi in ipsis moventis aut secundum dominium levis sursum aut secundum dominium gravis deorsum. Ergo illi motus sunt in plantis ab aliqua substancia que est preter formas elementares. Hec autem non est nisi anima et vita; ergo participant vitam et actus et motus predictos per existenciam anime in ipsis. Deinde dicit quod omnia viventia participant predictos motus unde dicit universaliter quod omnia viventia participant augmentum et nutrimentum usque in finem vite sue.

**Sentencia tercie partis de ordine naturali differencie vegetabilis ad alias differencias**

Consequenter tangit ordinem naturalem vegetabilis ad alias differencias prout sunt in viventibus. Dicit ergo quod differencia vegetabilis que est principium vite potest separari ab aliis differenciis ut sit sine ipsis. Alie autem non possunt esse sine ipsa in rebus mortalibus et hoc dicit propter vitam corporum superiorum. Deinde probat hoc dicens quod non declaratur in vegetabilibus que vivunt vita que est ab anima vegetabili et nullam aliam differenciam anime in potenciam participant. Et est racio sic formanda. Omnis differencia que est in aliquibus ubi non sunt alie et in quibus omnibus sunt alie ipsa necessario potest ab aliis separari et non econverso. Sed differencia vegetabilis se habet hoc modo respectu aliarum; ergo potest ab ipsis separari et non econverso. Deinde dicit quod anima vegetabilis se habet hoc modo respectu aliarum; ergo potest ab ipsis separari et non econverso. Deinde dicit quod anima vegetabilis que est omnibus viventibus communis est principium vite in omnibus.

**Sentencia quarte partis de ordine primi sensus scilicet tactus ad alios ad quos sic se habet sicut differencia vegetabilis ad alias differencias**

Consequenter determinat ordinem primi sensus quo vivunt omnia animalia ad alias anime differencias quia vivunt animalia et in illa parte multa proponit. Primum est quo omnia animalia vivunt per primum sensum scilicet per tactum. Secundum est de manifestacione huius. Dicit ergo quod hoc manifestum est in animalibus que non moventur motu locali sicut et conchilibus maris et consimilibus. Talia autem animalia non moventur secundum locum neque alios sensus apprehendentes a longe habent; cum ergo vivant per animam sensibilem cum sint animalia necesse est ipsa vivere per sensum primum qui sine omnibus aliis esse potest. Tercium est quis est iste sensus et dicit quod iste sensus est tactus qui omnibus vel animalibus inest. Quartum est de ordine naturali huius sensus ad alias differencias anime et hunc ordinem declarat hac racione. Sicut se habet vegetabilis differencia ad alias differencias que sunt cause motus vite et sensus sic se habet tactus ad alias differencias naturali ordine consequentes. Vegetativa potest esse et non econverso. Sed vegetabilis differencia a sensitiva aliis potest esse et non econverso; ergo tactus sine aliis differenciis naturali ordine consequentibus potest esse et non econverso. Quintum est de manifestacione differencie vegetabilis de qua dicit quod illa est pars anime qua vegetabilia participant et per quam vivunt. Sextum est quod sicut vegetabilia sola differencia vegetabili vivunt sic animalia solo sensu tactu vivunt qui est omnibus communis. Et deinde dicit quod causa horum postea determinabitur. Septimum est vel epilogus predictorum. Dicit ergo quod nunc sufficiat dicere quod anima principium omnium predictorum actuum et motuum et hoc per differenciam anime vegetabilem sensibilem et intellectivam. Et sic patet manifestacio huius partis.

Circa partem istam queruntur decem questiones. Questiones

Prima est utrum anima quantum ad omnem suam differenciam det vitam. Secunda est utrum intelligere sit vivere. Tercia est utrum moveri secundum locum sit vita rerum mobilium secundum locum. Quarta est utrum sentire sit vivere sensibilium. Quinta est utrum nutrire et augere sint differencie vite. Sexta

ta est in quibus corporibus competit vita. ¶ Septima est vita qua vegetata nutriuntur et augeantur. ¶ Octava est vita qua plante nutriantur secundum omnem partem. et vita huiusmodi motus secundum omnem partem sit ab anima. ¶ Nona est quoniam anima vegetativa sit prior aliis potenciis anime et utrum alie possint esse in corpore sine ipsa. ¶ Decima est utrum aliqua animalia solo tactu vivant. et quo modo tactus est prior aliis sensibus.

Ad .j. ¶ Ad primam sic proceditur et est utrum anima secundum omnem suam differentiam det vitam et videtur quod sic. anima dat actum primum. sed actus primus est vita. sicut habetur ex diffinitione anime primus autem actus procedit secundum se et primus est communis omni differentie anime sicut patet per diffinitionem et hoc est vita ergo vita convenit cuilibet differentie anime tamquam principio a quo fluit ergo quelibet differentie anime dat vitam. ¶ Secunda ratio hec est vivere est se ipso moveri ut habetur in libro de motu cordis sed quelibet differentia anime dat corpori ut se ipso moveatur et se ipso operetur ergo quelibet differentia anime dat vitam. ¶ Tertia ratio hec est. vivere viventibus est esse sed esse viventibus resultat ex unione forme cum materia ergo vivere in viventibus resultat. ex sua materia et sua forma sed anima secundum omnem suam differentiam est forma viventium ergo anima secundum omnem suam differentiam dat vitam et est principium vite. ¶ Ad oppositum anima vegetativa solum est principium vite per quam communicant. omnia viventia in esse vivo. et hec est communne principium omnibus speciebus vite ergo alie differentie anime differant a vegetativa anima alie differentie anime non dabunt vitam. ¶ Secunda ratio hec est in animalibus sunt duo scilicet esse et cognitio et differt esse et cognitio. vivere vero est viventibus esse et viventium cognitio autem est eorum operatio ergo animalia ab aliquo principio habent vitam et cognitionem sed a vegetativa habent vitam per quam alia cum plantis communicant. a sensibili et intellectiva habent cognitionem ergo cum ille differentie dent cognitionem non dabunt vitam

C ergo secundum omnem suam differentiam non dat vitam. ¶ Ad hoc dicendum est quod cuilibet differentie anime competit dare vitam. sed non dant eodem modo. nec eamdem et hoc est manifestum per operationes consequentes vitam datam ab illis. operationes enim consequentes vitam datam ab anima vegetativa nutrimentum et augmentum et generatio. operationes vero consequentes vitam datam ab anima sensibili sunt cognitiones formarum corporalium. et motus voluntarii. operationes vero consequentes vitam datam ab anima intellectiva sunt cognitiones verum et causarum verum et ordinatio in bonum vel malum. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod vita est duplex. est enim vita communis omni viventi et hec a sola anima vegetativa procedit. in qua omnia viventia communicant Est alia vita. que est propria cuilibet viventi a sua forma completiva a qua recipit esse et hec est in brutis ab anima sensibili. in hominibus ab anima intellectiva et ad hec duo genera vite est commune nomen vite secundum intentionem analogam. ¶ Ad secundam rationem dicendum est. quod vita differt a cognitione sed non quelibet vita. est enim quedam vita que est cognitio et quedam que non est cognitio. vita que non est cognitio procedit ab anima vegetativa. vita que est cognitio procedit ab anima intellectiva et sensitiva et una dicitur sentire alia dicitur intelligere et ad utramque est nomen vite commune secundum analogiam

Ad .ij. ¶ Ad secundam questionem sic proceditur. et queritur utrum intelligere sit in vivere et ostenditur quod sic. corpus humanum nobiliori modo vivit quam omnia alia corpora cum sit et complexionatum nobiliori complexione ergo nobilius principium dat ei vitam hoc autem inter differentias anime est anima intellectiva ergo anima intellectiva dat ei vitam sed anima intellectiva non dat ei nisi intelligere ergo intelligere est vivere. ¶ Secunda ratio hec est in homine sunt tres differentie anime. sed ab ultima recipit complementum scilicet ab intellectiva. ergo esse ultimum hominis est ab anima intellectiva. sed esse ultimum in homine est esse completum in sua specie sicut in aliis viventibus ergo vivere completur in homine per ultimam differentiam anime que est in ipso hec autem est intellectiva ergo per animam intellectivam completur et specificatur vivere in homine. sed non complet vitam nisi per actum intelligendi quem dat homini qui actus est intelligere. ergo intelligere est vivere. ¶ Tertia ratio hec est corpus humanum communicat cum substantiis spiritualibus in esse et communicat cum corporalibus et hoc dupliciter. communicat cum viventibus in vita et cum sentientibus in sensu. sed autem spirituales vivunt. et vivunt vita intellectiva. vel vita spiritualium est vita intellectiva ergo et homo communis est communicet in esse. quod est vita habebit vitam per intellectum. hoc autem non est nisi per complementum quod ab anima intellectiva recipit ergo complementum quod recipit homo ab anima intellectiva est vita illud autem complementum est intelligere ergo intelligere est vivere. ¶ Quarta ratio hec est. anima intellectiva consideratur a parte sue substantie et sic sua vita. est suum intelligere. alio modo consideratur per applicationem ad corpus sed per illud per quod anima separata vivit per illud coniuncta corpori dat corpori esse et vitam per intellectum autem separata vivit ergo per intellectum cum est coniuncta dat vitam corpori per ut in corpore est. ergo intelligere in homine est vivere. ¶ Ad oppositum in qualibet substantia creata differt sua actio et sua substantia et suum esse. et sua operatio sed operatio rei intelligentis est intelligere ergo differt. ab esse rei intelligentis sed esse rei intelligentis sicut hominis est vivere. ergo intelligere non est vivere. ¶ Secunda ratio hec est. sicut superius declaratur anima dat actum primum per suam substantiam dat autem actum secundum per suas po

-ionis

rentis. Sed nichil quod elicitur ab aliquo mediante sua potentia est
idem cum esse ipsius ex esse immediate egreditur a sua substantia. accidentia
autem mediantibus suis potentiis. ergo actus intelligendi
non est actus anime intellective vel hominis sed vivere. est enim
viventibus in quibus est. ergo intelligere non est vivere. ¶ Ad
hoc dicendum est. ¶ Tertia ratio hec est vivere est actus primus
sicut dictum est supra. Intelligere autem est actus secundus ex
intelligere est operatio. ergo intelligere non est vivere. ¶ Ad secundum
dicendum est. ex intelligere est vivere in intelligentiis. Intelligentiis
enim sunt entia et intelligentia in quantum sunt entia non
dicuntur esse in sua compositione specifica. Sed in quantum sunt
intelligentia et nulla compositione intelligere est esse in eis et
vita eorum unde intelligentia dicitur vivere vita intellectiva.
¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum quod in primo non differt
sua substantia et suum esse et sua operatio. Substantia tamen eius autem causa
talis differt per deum. Intelligere autem est esse intelligentie et
differt a substantia intelligente. Est enim actus primus ipsius
et sic est vita et non est operatio hoc modo. Quod autem intelligere
sit esse et operatio patebit per sequentia. ¶ Ad secundam
rationem dicendum quod sicut intellectus nomen potentie et substantie sic et
intelligere est actus substantie et actus qui elicitur a potentia. prout
intelligere est actus substantie sic est vivere illius immediate
existens in ipsa sicut actus primus ipsius et est
actus ipsius sicut habitus prout vero autem egreditur a potentia
sic est operatio et sic differt ab esse substantie intelligentis et est
actus secundus et est actus sicut operatio et sic non est vivere
¶ Ad tertiam rationem dicendum est. quod intelligere est duplex
est enim intelligere ut actus et est intelligere ut habitus
Intelligere autem ut habitus est. est actus primus qui resultat
ex unione anime cum corpore. Intelligere autem ut
actus est. operatio vel est. operari intellectu et sic hic
est secundus actus Et intelligere qui est ut habitus
qui est actus primus fundatur in substantia anime intellective
Et hoc intelligere est vivere Intelligere autem qui
est actus secundus et qui est operatio elicitur a potentia anime
Et talis non est vivere. Sed operatio quedam ipsius anime
vel intelligentis.

Cap. 3. ¶ Consequenter queritur sic procedendo et queritur utrum moveri secundum
locum sit vivere verum mobilium et loquimur de corporibus
celestibus et queritur utrum motus eorum secundum locum sit
vita Et esse eorum Et ostenditur quod non. Omnis operatio
in rebus causatis differt ab esse rerum quarum est operatio
Sed motus secundum locum est operatio corporis celestis ergo differt
ab esse corporis celestis Sed vita non est esse viventis ergo motus secundum
locum non est vita corporis celestis. ¶ Secunda ratio hec est nullus
actus qui existit in aliquo substantia completo in suo genere ab aliquo
principio extrinseco est primus actus illius nec esse illius
Sed motus est huiusmodi in corpore celesti ex illo superius
ipsum a principio extrinseco. sicut a suo creatore esse autem corporis
celestis est intra ipsum causatum a suis principiis que sunt materia
sua et forma sua ergo motus corporis celestis non est esse nec
vita ipsius. ¶ Tertia ratio hec est esse resultat ex unione
forme cum materia. Sed corpus celeste habet propriam materiam et propriam
formam et appellemus illam formam lucem ergo ex unione
forme eius cum sua materia resultat. primus actus ipsius primus
autem actus ipsius est vita ergo vita est in corpore celesti et
resultat per unionem sue forme cum sua materia ergo motus corporis
celestis non est esse per hec vita ipsius ¶ Item forma ipsius
corporis celestis est principium proprie operationis in ipso hec autem
operatio dicitur lucere. ergo necesse est quod habeat primum actum qui
est esse eius vel vita et secundum actum primum qui est lucere.
et secundum quod est moveri secundum locum est ultimus actus in
eo quam lucere. ergo moveri secundum locum est ultimus
actus in corpore celesti nullus autem actus ultimus est vita
cum vita sit actus primus ergo motus secundum locum non
est vita corporum celestium. ¶ Ad oppositum sicut vult
Aristoteles differentie vite sunt .iiii. et motus secundum locum
est quedam earum ergo motus secundum locum est vita in moventibus
secundum locum. ¶ Secunda ratio hec est. corpora que moventur
quedam moventur a principio insufficienti sicut
gravia et levia alia a principio sufficienti sicut animata
et omne quod movetur a principio insufficienti sicut gravia
et levia sufficienter movetur a substantia que est anima vel similis
anime. Sed illud quod influit anima supra corpus est
vita ergo cum motum influat in corporibus superioribus substantia
que est similis anime. motus eorum est vita. ¶ Tertia ratio
hec est. corpora superiora considerantur uno modo. a parte
sue substantie. et sic sunt ex materia et forma et sic habent esse in
genere corporis non participantis vitam alio modo consideratur
corpus celeste prout recipit influentiam motoris et
illud ex motor influit super est ipsum et per naturam ipsius
ex altero non dicitur. vivens ab altero nisi quia motor influit
supra ipsum. Sed influit motum localem supra ipsum ergo
motus secundum locum est vita corporis celestis. ¶ Ad hoc Contra
dicendum est, quod duobus modis est loqui de corpore celesti. Uno
modo a parte sue substantie. et sic esse in genere corporum et
sic motus non est vita ipsius nec esse ipsius. Immo esse eius
est actus primus resultans. ex unione sue forme
cum sua materia. Alio modo est loqui de corpore celesti secundum
quod perficitur ab influentia sui motoris continue ipsum
moventis. et hoc modo cum recipiat ab influentia
sui motoris motum continuum. ille motus dicitur esse vita continua
ipsius. Et sic dicitur vivere per motum et sic solvuntur
rationes probantes corpus celeste non vivere per
motum.
¶ Consequenter queritur sic procedendo et queritur utrum vivere Cap. 4.

sentire sit vivere. Et ostenditur quod sic. Animal est vivens quoniam cum omnibus viventibus. Item habet animam specificam in sua specie ergo habet suam a suo complemento. Complementum autem eius est anima sensibilis ergo habet vitam propriam ab anima sensibili. Sed illud quod habet ab anima sensibili est sentire ergo sentire est vivere. ¶ Secunda ratio hec est. Anima intellectiva duo dat corpori scilicet complementum in esse per unionem sive ubi et operationem per unionem sive potencie. Sed actus anime consideratur quem dat per unionem sive ubi est vita sicut patet per diffinitionem anime ergo actus primus qui resultat per unionem anime sensibilis cum corpore animalis est vita. Iste autem actus est sentire ergo sentire est vivere. ¶ Secunda ratio hec est. ¶ Ad hoc etiam possunt adduci rationes que probant quod intelligere est vivere. ¶ Ad oppositum sentire est actus qui est pati sicut vult Aristoteles et recipere ab obiecto. Sed omnis actus qui est per receptionem alterius est secundus. Primus autem actus non causatur a receptione alterius. Sed ab unione principiorum rei ergo sentire est actus secundus. Sed vivere est actus primus ergo sentire non est vivere. ¶ Secunda ratio hec est. Actus sentiendi elicitur ab anima sensibili mediantibus suis potenciis. Potencie vero sunt de genere accidentium et similiter actus potenciarum sunt de genere accidentium et actus illi sunt operationes ergo sentire est de genere accidentium ergo cum vivere sit actus primus substantialis sentire non est vivere. ¶ Tercia ratio hec est. Vivere est actus continuus non separatus ab animali sed sicut dicit Averrois quedam animalia vivunt non tamen sentiunt in quadam parte anni sicut animalia congelata et consimilia ergo sentire non est actus continuus ipsius animalis ergo sentire non est vivere. ¶ Ad hoc dicendum est quod sentire est vivere per quod tamen per actum primum et per quem est animal in genere animalis. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod sentire est duplex. Quoddam est quod est actus resultans ex unione anime sensibilis cum corpore secundum quod ipsum corpus perficit et tale sentire est vivere animalis. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum quod sentire est duplex. Quoddam est quod est actus resultans ex unione anime sensibilis cum corpore secundum quod ipsum corpus perficit. Et tale sentire est vivere animalis et tali sentire est actus absolutus. Et hoc modo sentire idem est quod anima sensibilis perficit. ¶ Est aliud sentire quod est operatio anime sensibilis elicita ab ipsa mediantibus suis potenciis. Et hoc est duplex. Quoddam est sicut habitus et hoc sentire est actus primus vel potenciarum anime sensibilis. Est aliud sentire quod est actus ut actus per receptionem ab exteriori sensibili et tale sentire est actus secundus et assimulatur in genere qui est actus secundus sicut dictum est supra. Actus vero simpliciter primus est sentire primo dictum. Tale est vita animalis specifica et propria actus vero ut habitus est primus actus potenciarum. Sentire est vita potenciarum et organorum in quantum nata sunt operari. Sentire autem tertio est actus ultimus scilicet qui est actus ut actus. Est sicut operatio et tale sentire non est vivere. Unde anima perficit corpus per unionem sive ubi ex qua unione resultat sentire qui est actus absolute primus. Et hoc sentire est vivere ipsius animalis. Item anima sensibilis perficit partes corporis per suas potencias et ex illa unione potenciarum resultat sentire qui est actus primus et organorum et potenciarum et vita eorum et hoc sentire est actus ut habitus et huic sentire respondet actus secundus qui est operatio qui est per representationem obiecti et hoc sentire est actus ut actus vel ut operatio et hoc sentire non est vivere animalis sed operatio. Et de hoc sentire procedit ratio. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod sentire primo modo dictum non est in genere accidentium sed est actus substantialis animalis. Sentire autem secundo modo dictum est accidentale animali et substantiale potenciis et organis. Sentire autem tercio modo dictum est omnino accidentale. ¶ Ad terciam rationem dicendum est. Ex animalia omnia semper habent sensum primo modo et similiter sensum secundo modo qui est actus ut habitus licet non semper habeant sensum tercio modo dictum qui est actus ut actus et hic est operatio et hic non est vita et de hoc intelligit Averroes. Sentire autem primo modo est vita animalis et hunc sensum semper habet animal. Sentire secundo modo est vita potenciarum eius et organorum et hunc semper habent et semper sunt nate ad operandum per sensum apte et sic patet solutio.

¶ Circa quartam questionem sic proceditur. Et queritur utrum nutrire et augere sint differentie vite et ostenditur quod sic sicut vult Aristoteles augere et nutrire sunt differentie vite computans eas inter alias differentias vite ergo patet per Aristotelem quod sunt differentie vite. ¶ Secunda ratio hec est. Illud per quod differt animatum ab inanimato in rebus animatis est vita. Sed per vitam differt animatum ab inanimato. Sed per motum augmenti et nutrimenti qui motus est ab anima et non a formis naturalibus sicut vult Aristoteles differt animatum ab inanimato ergo nutrire et augere sunt differentie vite. ¶ Tercia ratio hec est. Per illud per quod est vel conservatur in esse unumquodque idem est causa vite et conservationis vite. Sed animalia per animam et per actus eius conservantur ergo animalia per actus anime vivunt et hunc esse per illos ergo actus anime per quos conservantur viventia ergo augere et nutrire sunt sunt actus vivendi viventibus. Sed augmentum et nutrimentum sunt actus anime per quos conservantur viventia ergo augere et nutrire sunt actus vivendi ergo sunt differentie vite. ¶ Quarta ratio hec est. Vivere est perfici ab actu anime. Sed actus anime sunt mul-

Ca

Questio 4

triplices inter quos connumeravit augere et nutrire ergo corporis actus istos participantia per actus illos in genere illo vivunt ergo augere et nutrire sunt differentie vite. ¶ Ad oppositum nutrire et augere sunt motus et operationes et sic sunt actus secundi vita vero est actus primus ergo augere et nutrire non sunt differentie vite. ¶ Secunda ratio hec est vivere est actus continuus sine intercisione sed nutrire et augere sunt actus intercisi ergo augere et nutrire non sunt differentie vite. probo enim semper nutrimur. nec semper augemur quia non semper accipimus alimentum. ¶ Ad hoc dicendum est quod nutrire et augere sunt differentie vite. corpus enim dupliciter consideratur. aut in quantum habet esse. quod in ipso est vivere et hoc modo actus resultans ex unione anime cum corpore. et ipso est vita. alio modo consideratur corpus prout comparatur ad animam quantum ad operationes per quas conservatur corpus in esse. que sunt nutrimentum et augmentum et quia per illas operationes anima vivificat corpus et conservat ideo nutrire et augere dicuntur differentie vite. tamen vita non dicitur de hiis et de predictis nomine eodem. sed nomine analogo. ¶ Ad primam rationem in quantum dicendum quod augmentum et nutrimentum non sunt vita primo modo dicta sicut patet in questione istius communis. sed sunt vita que est actus secundo modo dicta unde sunt vita corporis in quantum est augmentabile et nutribile. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod duplex est nutrimentum scilicet interius et exterius. loquendo de nutrimento interiori semper nutriuntur animalia et viventia. non autem secundo modo. quia non semper recipiunt cibum vel alimentum augmentum vero cessat. non propter naturam illam qua est vita. sed cessat propter finem nature. scilicet propter complementum etatis. et sic augmentum potest dici vita. cum non sit intercalum dum debet esse in corpore. scilicet usque ad completionem corporis et etatis. ¶ Que vero illa questio querit. quibus corporibus debetur vita determinanda est post. et propter hoc ad plenus diminuitur alie autem questiones que remanent inferius in suis locis determinabuntur

**¶ Distinctio tercia de questionibus et actibus circa potencias anime et differentias anime ¶ Continuatio intentionis**

¶ N. b. c. **¶ Utrum autem horum unumquodque anima aut pars anime**

¶ quia in superiori parte fecit pluries mentionem de operationibus et actionibus anime. et de differentiis principalibus a quibus procedunt actus et operationes. et in fine dixit quod anima omnium predictarum operationum est principium mediante triplici differentia. scilicet vegetabili sensibili et intellectiva. Questiones autem oriuntur circa divisionem et diversitatem et distinctionem partium anime. ideo in hac parte questiones illas inquirit et hec pars spectat ad presentem speculationem. ¶ Divisio. ¶ Recipit autem hec pars divisionem in tres partes ¶ In quarum prima movet questiones circa divisionem partium anime. secundum dictionem partium ibi. ¶ In secunda scilicet in hac. **¶ De intellectu autem et perspectiva potencia et cetera.** ¶ tangit inquisitionem circa distinctionem differentiarum anime secundum quam una scilicet intellectiva ab aliis separatur ¶ In tertia scilicet in hac. **¶ Quod autem in quibusdam quidem animalium omnia insunt hec et cetera.** ¶ tangit separationem earum adinvicem. prout una in quibusdam viventibus reperitur et due sine tertia. et prout omnes in uno reperiuntur ¶ prima autem pars dividitur in duas in quarum prima movet questiones quasdam. ¶ In secunda scilicet in hac. **¶ De quibusdam autem horum non difficile est videre et cetera.** ¶ prosequitur de quadam questione que querit de divisione partium anime per partes corporis. de qua est difficultas. ¶ et sic sunt in parte secunda lectione partes iiii. Quarum similis intencio manifesta est. et est divisio huius partis. **¶ Sentencia prime partis de questionibus incidentibus circa distinctionem virtutum anime** ¶ circa primam partem procedit prius hoc modo dicens. primo movet questiones incidentes circa diversitatem partium anime dicens. quod dubium est utrum predicte differentie anime sint ipsa anima. ut dicamus singule eadem anima. an singule solum sint partes anime et hec est prima questio. ¶ Secunda est supposito quod sint partes. anime utrum singule. sint distincte adinvicem. diffinitione solum et non subiecto. an diffinitione et subiecto. Et hec questio duas involuit quarum prima est utrum partes anime. sint diverse an non. Secunda est supposito quod sint diverse utrum differant diffinitione solum. an diffinitione et subiecto. **¶ Sentencia secunde partis in qua exequitur quasdam predictarum questionum** ¶ Secundo autem ostendit quod in quibusdam anime differentiis. hoc est manifestum. Et in quibusdam est maxime dubitabile Dicit ergo quod in quibusdam non est difficultas cognoscere differentias sicut intellectiva ad alias differentias. cum ab illis separetur. et etiam animalibus in quibus partes decise non vivunt. Et hoc tangit cum dicit. **¶ De quibusdam autem horum et cetera.** ¶ Deinde tangit ea in quibus est hoc occultum et dubitabile dicens. **¶ Sed quedam habent dubitationem et cetera.** ¶ et intendit quod in quibusdam viventibus est dubium. de divisione partium

partium anime. Et diversitatem ipsarum ad invicem secundum diffinitionem et rationem: sicut in plantis in quibus quedam partes decise vivunt et quelibet habet animam. Et hoc est quia anima videtur existere una actu in una planta que quidem sit et potentia plures et actu efficiuntur plures per divisionem partium ut quot sunt partes actu tot videantur anime partes actu distincte. Post hoc autem tangit hanc eandem naturam esse talibus viventibus sicut in animalibus anulosis dicens quod hoc etiam accidit in aliis differentiis anime scilicet sensibili et appetitiva et motiva secundum locum. Animalia enim quedam decisa videntur vivere sicut anguille colubri et similia quia similitudinem habent in partibus et in toto. Et ostendit quod in illis est anima sensibilis per quam vivunt dicens quia partes illorum animalium singule habent sensum et motum secundum locum habent phantasiam et appetitum. Et causa huius est quia in eis in quibus est sensus in eis est tristicia et delectatio. Et in quibus hec sunt talis est appetitus quia appetitus est rei delectabilis. Sed in illis animalibus est sensus et motus et in partibus decisis. Ergo in ipsis et in partibus decisis est phantasia et appetitus et sic patet quod in ipsis sunt omnes virtutes anime sensibilis.

## Sententia tertie partis de separatione differentiarum anime inquirenda secundum quam intellectiva ab aliis separatur.

Consequenter aggreditur partem illam in qua inquirit distinctionem differentiarum anime secundum quam una scilicet intellectiva ab aliis separatur. Et hec est illa que non videtur habere naturam anime sicut alie et in qua manifesta est distinctio ab aliis. Dicit ergo quod de intellectiva differentia que est incorporalis nondum est manifestum nec de distinctione nec de natura eius nec quomodo comparatur ad corpus. Et ad alias anime differentias sed videtur esse anima alterius generis ab aliis anime duabus differentiis et tangit quomodo est aliud genus dicens quia contingit ipsum separari ab aliis ipsis in corporibus viventibus(?) sicut perpetuum a corruptibili separatur et non solum hanc habet separationem immo et distinctionem substantie(?) ab ipsis. Sed alie partes anime non sunt separabiles sicut quibusdam placet nec distincte secundum substantiam sed sunt alie secundum diffinitionem. Et hec diversitas convenit eis ex parte suorum obiectorum et actuum quod patet eo videlicet quod obiectum sensibile est diversum ab obiecto opinabili. Et actus sentiendi est diversus ab actu opinandi. Et quia hec sunt diversa opinativa virtus est diversa a virtute sensibili. Et eodem modo est intelligendum de diversitate aliarum virtutum.

## Sententia quarte partis de separatione differentiarum anime ad invicem secundum quod in quibusdam viventibus omnes et in quibusdam non reperiuntur.

Consequenter accedit ad illam partem in qua ostendit separationem differentiarum anime ad invicem eo quod omnes differentie sunt in quibusdam viventibus et in quibusdam non dicens quod in quibusdam viventibus sunt omnes differentie anime sicut in hominibus. Et in quibusdam due sicut in brutis et in quibusdam una sicut in plantis. Et hoc facit differentiam in viventibus. Set huius causa postea determinabitur. Sed quia hec eadem diversitas reperitur in virtutibus anime sensibilis ideo tangit eam in ipsis dicens quod hec eadem differentia est in virtutibus sensibilibus quia in quibusdam animalibus sunt sensus omnes sicut in homine. Et in animalibus imperfectis in quibusdam quidam sicut in talpa que visu caret et in multis que quibusdam carent sensibus et in quibusdam est unus solus sensus scilicet tactus. Et hoc secundum in animalibus facit differentiam. Et sic declaratur intentio huius partis.

Circa partem istam queruntur incidunt questiones. Prima est utrum anima vegetabilis sensibilis et intellectiva secundum quod sunt in homine sint una substantia differentes solum potentialiter an sint tres substantie differentes et potentialiter. Secunda est utrum vegetabilis et sensibilis in eodem sint […] una substantia an diverse intellectiva differente ab hiis sicut quidam dicunt. Tertia est utrum anima intellectiva sit alicuius partis corporis actus. Quarta est utrum sit separabilis a corpore. Quinta est utrum comparetur ad corpus sicut nauta ad navem. Questiones autem de divisione et unitate anime per divisionem partium corporis in fine primi tractatus sunt discusse.

Circa primam […] questionem sic proceditur et queritur utrum anima vegetabilis et sensibilis et intellectiva in homine sint una substantia vel differant secundum substantiam et ostenditur quod differant secundum substantiam quia sicut vult Avicenna si quis homo esset subito creatus vel factus et non cognosceret corpus suum nec manum suam nec pedem si aliquis quereret ab eo interrogatione spirituali utrum ipse esset responderet responsione spirituali. Et diceret quod ego sum. Et si interrogaretur es tu tua manus vel tuum corpus vel tuus sensus vel tua vita statim diceret quod nichil sciret de talibus immo omnia talia ignoraret ut nichil esset illorum. Virtus autem […] que hoc diceret in eo est anima intellectiva quia anima intellectiva non habet aspectum de sui natura ad corpus nec ad sensum nec ad vitam datam per animam vegetabilem immo hec omnia ignorat. Hoc autem non esset nisi ab illis differret per essentiam. Ergo anima intellectiva differt ab illis duabus animabus per essentiam. Non sunt ergo eedem secundum substantiam. Hec autem ratio prima probat quod anima intellectiva secundum substantiam differt ab aliis. Et secunda ratio probabit quod alie due similiter differunt ad invicem per substantiam

¶ Secunda ratio hec est. sicut ponit aristoteles anima vegetativa et sensibilis sunt disponentes ad receptionem anime intellective que est ultima forma completiva hominis. Omnes autem dispositiones differunt per essentiam ab ultima forma ad quam disponunt ergo anima vegetabilis et sensibilis differunt per essentiam ab anima intellectiva ¶ Tercia ratio hec est. sicut dicit commentator super undecimum methaphisice triplex fuit opinio de exitu formarum. Quidam enim posuerunt latitationem formarum in materia et per agens non dat formam. sed quod latet in materia detegit. ¶ Alii posuerunt formas extrinseco dari. Alii posuerunt medio modo. sicut aristoteles ponens. quod nec omnino exierunt forme a materia. nec omnino ab agente. agens enim transmutans materiam illud quod est in materia ducit ad effectum. anima vero vegetabilis et sensibilis producuntur per operationes nature ex materia sicut dicit aristoteles in libro de animalibus ergo educuntur de potentia materie ad actum per transmutationem materie. Sed omnes tales exeuntes forme a principiis materie per transmutationem ipsius ergo anima vegetabilis et sensibilis exierunt sic intellige ut in semine sit anima vegetativa et sensibilis potentia et per virtutem agentem Et per calorem naturalem ducitur ad actum anima vero intellectiva omnino est ab extrinseco ergo anima intellectiva omnino differt ab illis per substantiam et non est eadem cum illis per substantiam. ¶ hoc autem confirmatur hoc modo. per aristotelem dicentem quod anima vegetabilis et sensibilis sunt in embrione. Et intellectiva ab extrinseco solum et divinitus est datus. ¶ Quarta ratio hec est. omnis substantia que nullius partis corporis est actus et que est incorruptibilis et separabilis ab aliis sicut perpetuum a corruptibili substantia et virtute differt. ab aliis substantiis habentibus oppositas conditiones Sed anima intellectiva habet tales conditiones. alie autem anime sicut anima vegetabilis et sensibilis omnino carent illis conditionibus ergo anima intellectiva secundum substantiam differt ab aliis in eodem. ¶ Quinta ratio hec est. sicut dictum est supra anima dat duo corpori dat enim esse corpori et hoc per unionem sue substantie. Item dat operationem corpori et hoc per unionem suarum potentiarum. Sed anima vegetativa et sensibilis per suam existentiam in qualibet parte. per indifferentiam dant esse et denominationem toti et partibus ab actu primo. locus sicut diximus. potencie vero ipsarum ad diversas partes corporis coartantur anima vero intellectiva non est in aliqua parte corporis per substantiam et ita in toto quod non in aliqua parte. nec denominat aliquam partem. quantum ad esse cum in nulla sit per substantiam nec quantum ad operationem cum in nulla sit per potenciam ergo anima intellectiva per substantiam differt. ab anima vegetabili et sensibili in eodem hec autem ratio dependet ab eis que diximus supra et per ea que diximus supra veri-

ficatur ¶ Sexta ratio. hec est. Sicut dicit avicenna anima intellectiva est unita corpori non sicut forma materie et nec habet impressionem aliquam in corpore nec essentia in virtute. anima autem vegetabilis et sensibilis sunt unite corpori sicut forma materie et habent impressionem in materia ergo anima intellectiva differt ab illis in homine per substantiam etsi omnia tenent in eodem. ¶ Septima ratio hec est potencie sunt ingenite substantie. et maxime in anima unde secundum auctoritatem multorum. anima non differt a suis potenciis. Sed potencie anime intellective omnino sunt alterius nature. a potenciis anime vegetabilis et sensibilis ergo anima intellectiva differt. per substantiam ab aliis differentiis anime cum potencie sequuntur naturam substantie cuius sunt ¶ Octava ratio hec est. substantiarum quedam in se ipsa et in suis potenciis et operationibus coartatur ad aliquid in genere. ut in specie. ut anima vegetabilis et sensibilis anima enim vegetabilis coartatur ad nutrimentum generationem et augmentum. sensibilis autem coartatur ab obiecta. intellectiva autem non coartatur ad obiecta. unde quiditates quam apprehendit anima intellectiva communis est omnibus rebus. quia quiditates et essentias omnium rerum cognoscit. causa vero huiusmodi coartationis est applicatio maior et minor in substantia et virtute ad materiam et in opere. vegetabilis enim et sensibilis. omnino habent esse in corpore. intellectiva autem ad nichil coartatur non ad partem corporis nec ad aliquid quantum est de sua substantia et virtute. et operatione. Et hoc in eodem et sic in homine ergo in eodem differt anima intellectiva ab anima vegetabili et sensibili per substantiam et non solum per potentiam ¶ Nona ratio hec est. duplex est status anime intellective. unus per quem regit corpus. alius autem est sibi proprius per quem ipse operatur contemplando superiora et utrumque statum habet anima intellectiva in corpore. non tamen utrumque habet per aspectum ad corpus Sed quanto plus debilitatur substantia corporis et anime vegetabilis et sensibilis tanto plus debilitatur anima intellectiva quantum ad illum statum per quem habet respectum ad corpus regendo ipsum qui status non est sibi proprius et debilitatur in suis potenciis inferioribus per quas in virtutibus sensibilibus et vegetabilibus applicatur quanto autem plus debilitatur corpus tanto plus fortificatur anima intellectiva in suo proprio statu ex quo anima intellectiva liberior est a virtutibus inferioribus et a statu corporali et iste status est proprius sue essentie aliis suis potenciis inferioribus. Sed quemadmodum ita se habent quod unum differt ab altero. secundum substantiam et non solum secundum potenciam ex si essent idem per substantiam tunc

ad fortificationem status unius fortificetur status alterius. ergo cum
hoc certum sit propter ut ille anime sint in eodem, patet quod anima in
tellectiva differt ab illis secundum substantiam et non solum sed po
tentias. ¶ Ad oppositum sicut dicit Avicenna, una virtus a
nime retrahit aliam et impedit in sua operatione, ut cum
aliquis homo videt studiose et fortiter non audit, vel nec vi
det. hoc autem non potest esse nisi reducantur virtutes anime
ad unam substantiam. quia cum intendit uni non intendit alii. ergo
si virtus intelligendi operans impedit virtutem opera
tionem virtutis sensitive et etiam virtutis vegetabilis, ex
tunc cum homo studet et intelligit non bene nutritur, sed
bene digeritur cibus. ergo virtus vegetabilis et sensibilis et in
tellectiva habent colligari in una substantia. ergo non differunt per
substantiam sed solum per potentias. ¶ Secunda ratio hec est. omnia
que differunt aliquo unum constituentia ad unitatem redu
cuntur. cum ergo potentie anime sint diverse propter ut constituunt
unum necesse est ut ad unitatem reducantur. quod est ergo
illud? si dicatur quod hoc est corpus, hoc non est verum
quia corpus non unit differentias anime. et ita in homine
differentie anime reducuntur ad unitatem substantie. ergo non
differunt per substantiam sed solum per potentias. ¶ Tertia ratio hec est:
homo generat hominem et animal generat animal et planta
plantam. ergo ab eo a quo homo est homo, vel per reduc
tionem ad illud a quo homo est homo, generat homo ho
minem, quia si per aliud non generaret homo hominem sed bru
tum. et similiter de bruto generando brutum et de planta
generando plantam. sed homo est homo per differentiam anime
intellective et brutum per sensibilem et vegetabile per
vegetabilem. ergo per reductionem aliarum differentiarum a
nime ad intellectivam generat homo hominem. et simi
liter per reductionem aliarum virtutum in bruto anime
ad animam sensitivam generat brutum brutum. ergo in
homine uniuntur iste differentie anime in aliquo principio
uno a quo fit unitas in generatione hominis et similitudo
generantis ad generatum. hoc autem non est nisi substantia anime
differens istas potentias et ordinans. ergo necesse est ponere
substantiam anime esse unam in homine que istas potentias
et differat et ordinet. habent ergo unitatem substantie et re
ductionem ad unitatem substantie. ¶ Quarta ratio hec
est. sicut habetur in libro Ethicorum (?) sicut se habet concavum
et convexum in circumferentia ita se habent ille [illegible] tres
differentie in anima. sed concavum et convexum [illegible] sunt
idem in substantia differentia solum secundum [illegible] esse et ra
tionem. ergo tres differentie a[illegible]nime in homine
sunt eedem in substantia differentes solum secundum rationem.
¶ Quinta ratio hec est. sicut est ordo in diffinitionibus ita est
ordo in formis in quibus fundantur differentie, cum est

principia illarum diffinitionum. sed in diffinitione ex omnibus partibus
resultat una essentia ut ex priori quod est potentia ad poste
rius quodlibet. Et ex posteriori fit una substantia. sicut ex triangulo
prout est in quadrangulo. Et ex quadrangulo fit una substantia
cum unum sit sicut prius et posterius alterius. ergo ex istis differenti
is anime prout sic ordinantur scilicet in homine fit una substantia.
ergo non differunt per substantiam sed solum per potentias. ¶ Sexta ratio
hec est. si differrent in substantia tunc esset ipsarum coniunctio in cor
pore et constitutio ipsarum in corpore per aggregationem. ergo esset
homo quoddam aggregatum ex pluribus principiis non unitis
in unitate substantie. quod est inconveniens quia sicut homo est
unus ita oportet quod illa principia in ipso unum constituant. ergo
necesse est ponere illas tres differentias in homine anime
esse unum secundum substantiam differentes autem solum per potentias. Cs°
¶ Ad hoc dicendum est quod multiplex
est intencio circa istam questionem. prima est quam ponunt quidam
quod iste tres differentie anime sunt una substantia in homine
et hec substantia est in homine a qua egrediuntur ille tres
potencie et in quibus differunt, et solum ut dicunt diffe
runt in potentiis et conveniunt in substantia. Alii ponunt quod iste
tres differentie anime in homine differunt secundum substantias et
suas potentias. que autem istarum opinionum videatur esse eligentior
eligatur a sapiente. ¶ Et nos in principio sustinuimus primam
opinionem gratia disputationis. Una vero Aristotelis et aliorum
philosophorum videtur ostendere illas differentias anime differre per
substantiam et non solum sed potentias et ideo illam magis susti
nemus et ponimus quod ille tres differentie anime in substantiis
et potenciis differunt in eisdem et in diversis. ego autem ista
querit de diversitate intellective ad alias duas et dicimus
quod differt ab illis secundum substantiam et secundum potentias
in eodem et in diversis. quam autem opinionem dicentium
magis eligendam volumus diiudicare
¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum quod retractio in virtu
tibus anime est duplex. Una est secundum quam una
virtus vel retrahit aliam per reductionem quam habent ad
unum principium in quo sunt idem in substantia et in esse substantie radicantur
et hoc modo virtutes eiusdem differentie anime retrahunt
se sicut virtutes sensibiles scilicet propter colligantiam quam habent in uno principio
quod est substantia anime. ¶ Alia est retractio in illis propter ordina
tionem earum et non propter unionem earum in una substantia et hoc modo
tres differentie anime in homine se retrahunt non quia
habeant identitatem in substantia sed quia ordinate sunt ad
intellectivam ut secundum intellectivam vel secundum exigentiam
illius operentur. et propter hoc quod contra exigentiam ipsius intellective
operantur tunc operationes ipsius intellective depravan
tur et retrahuntur. unde cum homo multum inten
dit ad cibandum se vel ad videndum aliquid vel audiendum

non potest unum studere [illegible] unum studium oportet quod essent alie operationes. Ad secundam rationem dicendum est quod unitas in differentiis anime est triplex. Quedam est unitas earum in substantia et hanc habent a corpore et hec est unitas materialis ut que hanc habent a composito in quo sunt. Est alia unitas specialis que est in substantia anime. Et hanc unitatem non habent differentie anime in homine sed solum virtutes que sunt eiusdem differentie habent hanc unitatem sicut virtutes sensibiles inter se habent hanc unitatem intellectuales non autem differentie anime. Tertia unitas que est in ordine et hanc habent invicem differentie anime prout sunt in eodem sicut in homine et ordo tenet eas et unit eas secundum quem ordinem in ordine nate sunt se habere. Unde sicut in maiori mundo ordo tenet et conservat res et formas rerum, sic ordo tenet et conservat istas differentias anime in ordine. Ad tertiam rationem dicendum est ex hoc generat homo hominem et animal generat animal sed in homine est principium generationis duplex. Unum ex parte cuius operatur ad operationem et hec est anima vegetabilis. Aliud est quod est regulans et secundum cuius exigentiam et regulationem anima vegetabilis operatur ad generationem et hoc principium regulans est anima intellectiva. In homine et anima sensibilis in bruto secundum cuius exigentiam tota generatio fit in istis. Et illud quod agit dispositive prior agit quam complementum ultimum et regulans ab eo. Et ideo ex homo generet hominem hoc non est propter unitatem ipsarum differentiarum anime in substantia sed quia operantur secundum conditionem et exigentiam anime intellective. Et ita anima intellectiva differt ab illis in substantia et potentia. Ad quartum dicendum est ex contrariorum et convenientium differunt secundum substantiam et rationem in existentia et sunt idem solum in substantia, et sic differentie anime in homine differunt secundum substantiam et rationem in existentia. Et sunt idem solum in substantia et sic differentie anime in homine differunt secundum substantiam et sunt idem in subiecto. Et ita intellectiva differt ab illis. Ad quintam rationem dicendum est quod ex sicut ex differentiis resultat unum secundum ordinem non tamen differentie sunt una essentia sed una differt ab alia secundum essentiam et rationem, similiter in existentibus naturalibus in eodem natura differunt tres differentie anime secundum substantiam et ex illis resultat totum secundum ordinem quod est complementum et differentie illarum scilicet vegetabilis et sensibilis sunt sicut dispositiones, intellectiva autem sicut complementum. Ad sextam rationem dicendum est ex non est inconveniens hominem compositum tamen ex multis principiis constitutum habere in se aggregationem diversarum substantiarum ordinatarum ad invicem sicut patet in membris eius a parte corporis et in elementis et in omnibus principiis eius. Ymaginatio autem secundum quam est unio materialis substantiarum est per similitudinem indivisibilis luminibus que ad invicem coniunguntur, que licet essentia differunt non tamen faciunt maiorem acervum secundum quantitatem sed solum maiorem intensionem claritatis. Similiter est de illis tribus substantiis in corpore hominis constitutis spiritualibus secundum magis et minus non facientes maiorem acervum in corpore secundum quantitatem.

Tertio secundum sic proceditur et queritur utrum quod anima intellectiva differt secundum substantiam ab anima vegetabili et sensibili prout sunt in eodem. Questio ii. Queritur de opinione quorundam qui ponunt quod anima vegetabilis et sensibilis prout sunt in eodem non differunt secundum substantiam et queritur utrum anima vegetabilis et sensibilis prout sunt in eodem differunt secundum substantiam et ostenditur quod sic. Anime sensibili debetur cognitio. Unde vita eius est cognitio et actus eius est cognitio et perficit corpus in cognoscendo formas materiales. Anime vero vegetabili non debetur hec natura sed solum perficit corpus constitutum ad esse et vitam. Ergo anima vegetabilis et sensibilis in eo differunt secundum substantiam ex si eedem essent secundum substantiam haberent proprietatem in naturis illis. Secunda ratio hec est. Generatio et differentie fundantur in formis naturalibus. Sed hec differentia que est viventis fundatur primo in anima vegetabili que est primum principium vite. Hec autem differentia que est sensibile fundatur in anima sensibili. Et non fundantur differentie in istis a parte potentiarum sed a parte substantiarum que differentie sunt in genere sive potentie vero non. Sed iste differentie non sunt eedem per essentiam ergo radices earum non sunt eedem per essentiam ergo anima vegetabilis et sensibilis que sunt radices earum differunt per essentiam prout sunt in eodem. Tertia ratio hec est. Maior simplicitas et minor in substantiis et potentiis a parte obiectorum et operationum diversificat essentias, per hoc non debetur substantiis diversis quod quidam cognoscunt et quidam [illegible] sed anima vegetabilis et sensibilis differunt secundum maiorem simplicitatem et minorem in substantiis et potentiis et operationibus in eodem ergo differunt secundum substantiam prout sunt in eodem. Ad hoc idem in[illegible] ducuntur rationes predicte que probant quod a[illegible] intellectiva differt secundum substantiam ab anima ve[illegible]getabili et sensibili et hoc patet per auctoritatem Aristotelis in libro de animalibus dicentis quod anima vegetabilis precedit sensitivam tempore et natura. Ad oppositum causa quia

ponunt animam intellectivam differre ab aliis secundum substantiam, est enim intellectiva nullius partis corporis est actus et ideo est separabilis. Alie autem sunt actus partium corporis et sunt separabiles. Item alie a natura producuntur et sunt impresse materie, intellectiva vero non. Sed anima vegetabilis et sensibilis participant easdem conditiones, ergo non facit eas differre per essentiam sed solum per potentias.

¶ Secunda ratio huius est: sicut vult Aristoteles in libro De anima, potentia intellectiva est alterum genus ab anima vegetabili et sensibili et separatur ab illis sicut perpetuum a corruptibili. Sed alie non sunt separabiles ad invicem secundum Aristotelem, et loquitur de separatione substantie et de distinctione ad invicem, et dicit quod solum differunt ratione. Et ideo non differunt anima vegetabilis et sensibilis nisi per [illegible] sicut differt sensitiva ab opinativa per diversitatem obiectorum. Ergo per auctoritatem Aristotelis anima vegetabilis et sensibilis non differunt in eodem secundum substantiam sed solum secundum potentias et rationem. ¶ Tertia ratio huius est: anima vegetabilis et sensibilis educuntur de potentia anime ad actum per operationem nature ex principiis nature. Sed fiunt secundum maiorem et minorem puritatem complexionis et subtilitatem. Sed idem est principium in natura ex quo fit res magis subtilis et minus subtilis, et eadem res fit differens secundum maiorem subtilitatem et minorem, sicut spiritus naturalis et sensibilis est in substantia idem, differentes solum secundum maiorem subtilitatem et minorem, quia spiritus sensibilis subtilior est quam spiritus naturalis. Ergo eodem modo eadem erit substantia anime vegetabilis et sensibilis, differens secundum maiorem subtilitatem et minorem, et ita anima vegetabilis et sensibilis in eodem sunt eedem secundum substantiam et differunt solum secundum potentias differentes secundum maiorem subtilitatem et minorem. Intellectiva vero differt ab illis.

¶ Isto ad hoc dicendum est quod quidam ponunt quod anima vegetabilis et sensibilis sunt eedem secundum substantiam et differunt solum secundum potencias differentes secundum maiorem subtilitatem et minorem. Intellectiva vero differt ab illis per essentiam et potencias et operationes. Unde ponunt quod in homine sunt due anime differentes secundum substantiam, quia vegetabilis et sensibilis non differunt secundum substantiam sed solum secundum potentias. ¶ Dicendum est autem quod anima vegetabilis et sensibilis in eodem individuo differunt secundum substantiam et virtutes et operationes, tamen maior diversitas est inter animam intellectivam et ipsas quam inter ipsas ad invicem. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod per has conditiones non facit differre animam intellectivam ab anima sensibili et vegetabili, sed sequitur ad differentiam ipsius ad illas. Differentiam autem ipsarum [?] aptitudo ordinis nature ordinantis res et distinguentis essentias et potentias et operationes earum. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod separatio est duplex: quedam que est anime a corpore, et secundum istam anima intellectiva dicitur separabilis, alie dicuntur inseparabiles, et de hac non loquitur Aristoteles. Alia est separabilitas substantie secundum diversitatem essentie, et hec est duplex: quedam que attenditur in naturalibus dispositionibus eiusdem differentie, et talis separatio facit separationem solum in potenciis et obiectis et operationibus et non in substantia anime. Alia est in diversis differentiis, sicut in vegetabili et sensibili, et hec est duplex: quedam in substantia, quedam in essentia. Sunt ergo separabiles anima sensibilis et anima vegetabilis non in subiectis sed in essentiis. Unde sunt unum in subiecto et differunt per essentias.

¶ Ut autem breviter dicamus, dicendum est quod ille due differentie anime habent duplicem rationem: unam per quam perficiunt corpus, et sic reducuntur ad unitatem substantie; aliam habent rationem que est secundum intensionem essentie sue, et sic non reducuntur ad unitatem substantie. Aristoteles autem exemplificat in potenciis eiusdem differentie, sicut in opinativa et sensitiva. ¶ Ad tertiam rationem dicendum: ex forme corporales reducuntur de potentia materie ad actum, et similiter iste due anime differentie, non tamen fit reductio istarum differentiarum anime secundum maiorem subtilitatem et minorem. Unde non est simile de istis et de spiritu, quia spiritus est corpus natum subtiliari et ingrossari, et ideo potest secundum hoc diversas habere naturas et diversis virtutibus adaptari. Sed differentie non possunt habere diversas naturas secundum maiorem subtilitatem et minorem, cum non sint corpus, et ita non sunt possibiles ad maiorem subtilitatem et minorem. Sed sunt forme spirituales quamvis a corpore dependeant. Reducuntur autem de potentia materie ad actum non per hanc subtilitatem sed per virtutem agentium ipsas ad actum producentes. Subtiliatio autem maior et minor si sit in productione istarum est aptare corpus, et per illam maiorem et minorem subtilitatem habile est corpus ad hoc ut nobiliori differentia anime perficiatur, non tamen fit subtiliatio apte substantie anime.

¶ Secundum sic procedimus et queritur utrum anima intellectiva sit actus alicuius partis corporis. Et ostenditur quod sic. ¶ Omnis forma perficiens materiam totam perficit ipsam secundum quamlibet partem suam. Sed anima est huiusmodi respectu corporis, ergo anima intellectiva perficit ipsum corpus secundum quamlibet [illegible]

Sed anima est huiusmodi forma corporis. ergo anima intellectiva perficit
ipsum corpus secundum quamlibet sui partem et ita saltem secundum
se totam erit alicuius corporis actus. Secunda ratio hec est
sicut se habet tota anima ad totum corpus ita se habent par-
tes anime ad partes corporis. Sed tota anima est actus totius
corporis. ergo partes anime erunt actus partium corporis et ita
anima rationalis secundum suas partes partium corporis erit actus
Tercia ratio hec est. omne organum deputatum ad aliqua ar-
tificialia movetur a potentia anime. que est principium artis. sed
manus et consimile membrum si aliquod sit tale deputatum
est ad artificialia. ergo movetur a potentia anime que est princi-
pium artis. Sed talis est potentia intellectiva. ergo huiusmodi membrum
movetur a potentia intellectiva ut dicit aristoteles in metaphysica quia
ideo est ars et voluntas et si verum est ista duo esse in ho-
mine in potentia intellectiva sunt. Quarta ratio hec est
omnis potentia que movetur a bono actuali et motum progressi-
vum ad acquirendo movens organa procedendi contradicente a-
nima sensibili per se non operante. anima sensibili movet
organa procedendi. Sed virtus sive potentia intellectiva sic se habet
ergo per se non operante anima sensibili movet organa pro-
cedendi. maior patet per se. minor patet in incontinentis ut dicit aristoteles ubi incontinens
multociens sensus contradicit intellectui sicut habetur in tercio
de anima. et anima intellectiva ab appetibili extra mo-
vetur ad quod conandum dirigit corpus. Sed anima intellectiva
est actus eius quod movet ergo anima intellectiva est
actus partium corporis. Ad oppositum omnis potencia ani-
me que alicuius partis corporis est actus contrahitur secundum suam
operationem ratione illius ad quandam obiecta et aliorum non est
apprehensiva Sed anima intellectiva non ita se habet ergo anima in-
tellectiva non est alicuius partis corporis actus. maior patet in visu
et in aliis sensibus que secundum naturam organi ad obiecta
propria determinantur propter proportionem organi ad obiecta. ut dicit
aristoteles eadem est natura medii organi et obiecti. mi-
nor patet in tercio de anima. ut dicit aristoteles quod anima in-
tellectiva quodam modo est omnia et hoc per cognitionem
Ad hoc dicendum est quod anima intellectiva sicut distinc-
tum est superius non est actus alicuius partis corporis verum di-
cendum est. quod anima rationalis ita est perfectio totius quod
non partis quod nullo modo habeat contractionem a situ in corpore
nec in partibus eius. Ad primam rationem in contrarium dicendum
est. quod anima intellectiva est perfectio totius corporis
Sed ita perficit totum corpus quod nullam eius partem tam-
en est actus partium. Sed totius. Ad secundam rationem dicendum est
quod predicta proportio est solum intelligenda per se de anima
sensibili et vegetabili de intellectiva per accidens
que non se habet ad corpus ut partes corporis nisi secundum
vegetabilem et sensibilem que per eius imperium mo-
vetur et corpus et partes corporis movent et hoc planum

est. supposito quod iste tres sint una substantia in homine et
tunc secundum predictas potentias perficit corporis partes. Ad ter-
ciam dicendum est. quod principium artis secundum se est poten-
cia intellectiva et artis mechanice de qua obiicit prin-
cipium est potentia practica sed est primum principium secundum
se. primo dirigens et regulans regulata prius a spe-
culativa et non tamen movet organum immediate
Sed mediate. potentia sensibili que per eius imperium
movetur et movet organum vel speculativa cog-
noscit opus. ars est exemplar quo dirigitur prac-
tica extra in opus que eadem est cum speculativa
et movet sensibilem que mota movet organum
et operatur movendo forte organum extra sicut
securim vel aliquid tale. Finis autem primo movet
qui perficit. ea que ad ipsum sunt necessitatem. Ad
quartam rationem dicendum est quod anima intellectiva move-
tur ab actuali bono. sensibili et movet organa
procedendi ad illud acquirendum non tamen sine sensibili
virtute. Et si obiciat aliquis quod illa contradicit sibi
virtus sensitiva dicendum quod verum est. tamen non ita sensibi-
lis movet organa ad illud bonum Sed cum prevalet
licet ita sit contra inclinationem sensibilis tamen ipsa sen-
sus imperio cum obedire tenetur. nobilitatis et excel-
lentie. sensitiva movet organa et est simile de servo
cum contra voluntatem suam domini sui imperio cogitur
obedire.

Tercium sic proceditur. et est utrum anima in- Q° .x.
tellectiva sit separabilis a corpore Et ostenditur quod
sic. Omnis substantia quod nullius partis corporis est actus est
separabilis a corpore. quia est independens ab eo et
non coartata Sed anima intellectiva est huiusmodi per
aristotelem ergo est separabilis a corpore. Secunda ratio hec est
Omnis substantia que habet propriam operationem non dependentem
ab alio est separabilis quia operatio sequitur substantiam cuius est. ergo
si operatio est independens et separabilis et substantia cuius est
operatio erit independens et separabilis. Sed anima
intellectiva est huiusmodi respectu corporis ergo anima intelle-
ctiva a corpore est separabilis minor patet per aristotelem in primo
Tercia ratio hec est. omnis substantia que non habet radicati-
onem nec principia sue essentie in materia Sed tota est
ab extrinseco est separabilis. Sed anima intellecti-
va est huiusmodi quia data est divinitus. ergo anima in-
tellectiva est separabilis. Ad oppositum nulla
forma separatur a materia quia forma non est sine materia
simplex exemplo. Sed anima intellectiva est forma cor-
poris. ergo non est separabilis a corpore. Secunda rati-
o hec est. anima intellectiva habet ortum in corpore
et appetitum existentie in corpore et operatur et reci-

pit

a virtutibus corporalibus que exercentur in corpore. Sed nulla talis forma est separabilis que est dependens. ergo anima intellectiva non est separabilis a corpore. ¶ Ad hoc dicendum est. quod anima intellectiva est separabilis a corpore quia non habet dependentiam a corpore. nisi quantum ad exitum solum et ad nullam partem corporis coartatur quia nullam habet radicem in corpore. Sed solum est collata corpori ab extrinseco ad regendum et perficiendum corpus et ad conservandum corpus corpori accommodata. Alie vero anime habent dependentiam a corpore et habent radicem in corpore quantum ad exitum et continuationem sui esse. Isto sunt eius ab extrinseco date et ideo non sunt separabiles sicut anima intellectiva. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod anima duobus modis consideratur. Uno modo a parte illa qua est substantia. et sic est separabilis a corpore quia independens est. aut a parte illa qua est forma et sic est inseparabilis et inherentia eius cum corpore inseparabilis. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod in anima sunt multa. primum est suus exitus in esse et quantum ad hoc dependet a corpore secundum est continuatio sui esse et quantum ad hoc non dependet a corpore. Tertium est natura suarum operationum et hec sunt duplices. quia quedam sunt communes anime et corpori. in quibus anima operatur mediantibus virtutibus sensibilibus et quantum ad has a corpore dependet et est inseparabilis. Alie sunt eius operationes proprie et quantum ad illas anima intellectiva non dependet a corpore. sed quantum ad illas separatur. Alie autem anime quantum ad hec omnia a corpore dependent. et ideo a corpore non separantur.

¶ Sed contra sic proceditur et ostenditur quod non anima comparetur ad corpus sicut nauta ad navem. et ostenditur quia non. nullum ex quo cum alio fit unum per substantiam comparatur ad illud aliud sicut nauta ad navem. quia cum ex nauta et navi non fiat unum per substantiam. Sed anima et corpus sic se habent. ergo anima non comparatur ad corpus. sicut nauta ad navem. maior et minor per se patent. ¶ Secunda ratio hec est nichil quod comparatur ad alterum. sicut figura cere ad ceram. comparatur ad ipsum sicut nauta ad navem. Sed anima huiusmodi comparatur ad corpus. ergo non comparatur anima ad corpus sicut nauta ad navem. maior patet cum inde non fiat secundum substantiam ex nauta et navi. ex cera autem et figura fit unum secundum substantiam. minor patet per textum in secundo. ¶ Tertia ratio hec est sicut se habet nauta ad navem ita se habet anima ad corpus. Sed nauta non est in tota navi per essentiam sed virtute solum. ergo anima non est in toto corpore essentia sed virtute solum et hoc est contra predicta. et contra Augustinum dicentem ipsam esse in corpore ubique nec in maioribus partibus maximam nec in minoribus minimam sed in omnibus totam simul. Et ipse etiam dicit

quod sicut deus est in suo maiori mundo. ita anima est in suo minori mundo. scilicet in homine vel in animali. Sed deus est ubique totus. in qualibet parte mundi. ergo anima erit simul tota in qualibet parte mundi corporis. ¶ Ad oppositum omnis motor movens secundum locum distinctus a mobili essentia potens a mobili separari ad mobile comparatur sicut nauta ad navem Sed anima est huiusmodi respectu corporis ergo anima comparatur ad corpus sicut nauta ad navem. ¶ Ad hoc dicendum est quod nauta comparatur ad navem sicut motor ad mobile in quo est. et quia movetur ipso per se in mobili existente. sed motu ipsius navis ipse per accidens movetur. et hoc modo omnis anima et vegetativa et sensitiva et intellectiva comparatur ad corpus. sicut nauta ad navem et hoc modo intelligit Aristoteles hanc comparationem in primo libro in illo capitulo Considerandum est autem et cetera. ¶ Alio modo comparatur nauta ad navem sicut motor ad mobile. a quo non dependet secundum actum existendi. et ideo separari potest ab ipso et sine ipso conservari in esse. et hoc modo sola intellectiva comparatur ad corpus sicut nauta ad navem. et sic intelligit Aristoteles alibi in secundo de anima. Item est alia similitudo anime ad corpus. et naute ad navem. quia sicut nauta per suam presentiam est causa salutis navis et per suam absentiam est causa submersionis eius sic anima corporis quia egrediente anima a corpore expirat corpus et marcessit et de tali similitudine intelligit postea. ¶ Omnes autem similitudines que possunt adaptari in anima respectu corporis et naute respectu navis ad predictas reducuntur ¶ Ad omnia obiecta patet solutio. cum ipsis sint dissimilitudines in una via et in alia intelliguntur similitudines sicut visum est ad presens

¶ Paragraphus quartus de ostensione generis cause secundum quam anima ad corpus comparatur ¶ Continuatio intentionis

¶ Quoniam autem quo vivimus et sentimus et cetera.

¶ Ex quo tetigit differentias vivendi per quas manifestatur existentia anime in corpore et movit questiones incidentes circa distinctionem partium anime. ¶ In hac parte quia anima habet comparationem ad corpus. quod perficit ideo redit ad ostendendum secundum quod genus cause anima comparatur ad corpus ut ostendat secundum quod genus cause. anima dat vitam et vite differentias. quas superius assignavit corpori et toti et spectat ad presentem rationem hec pars sive ad presentem speculationem. ¶ Divisio. ¶ Et recipit autem hec pars divisionem in tres partes in quarum prima per quedam

similitudines manifestat secundum quem modum anima est causa vite et esse corporis et secundum quod genus cause ad ipsum comparatur. In secunda scilicet in hac: **Animam autem dicimus hoc quo vivimus primum et cetera.** Ex similitudinibus preassignatis accipit propositum quod intendit. In tercia scilicet in hac: **Quod quidem igitur actus quidam est et cetera.** Concludit intensionem suam. Prima pars dividitur in partes duas. In prima ponit similitudines quasdam. In secunda scilicet in hac: **Actus enim activorum et cetera.** Ostendit proportionem perfectionis ad perfectibile ut ex hoc accipiat comparationem anime ad corpus. Secunda pars principalis recipit divisionem in duas in quarum prima ostendit secundum quod genus cause anima ad corpus comparatur exhibendo ei vitam et vite differencias. In secunda scilicet in hac: **Et propter hoc bene opinantur quibus videtur neque sine corpore esse.** Confirmat opinionem suam per opinionem aliorum. Divisionis recollectio. Sunt igitur in presenti lectione partes quatuor. In quarum prima inducit quasdam similitudines ad ostendendum comparationem anime ad corpus secundum certum genus cause. In secunda ad hanc comparationem ostendendam tangit proportionem perfectionis per se ad proprium perfectibile. In tercia assignat ex predictis comparationem anime ad corpus secundum certum genus cause. In quarta confirmat intensionem suam per opinionem aliorum. In quinta concludit ex omnibus predictis intensionem suam. Hec est divisio huius partis. **Sentencia prime partis in qua ostendit per similitudines secundum quod genus cause comparatur ad corpus anima.** Circa primam partem procedit philosophus hoc modo dicit quod sicut se habet illud quo scimus ad scientem et illud quo sanamus ad rem sanatam. Similiter se habet illud quo vivimus ad rem viventem et quo sentimus ad rem sentientem et quo movemur ad rem motam. Et ut sic se habet illud quo participamus omnes vite differencias ad rem participantem. Sed sic est in predictis similibus quod dicimus rem scientem scire per animam sicut per partem sui que est ipsum universale scire et per scientiam sicut per principium formale et dicimus rem sanatam sanari per totum corpus aut per eius partem sicut per principium universale et per sanitatem sicut per principium formale. Unde scientia est forma scientis et sanitas est forma rei sane et utrumque est perfectio sui vel in suo genere. Ex hiis concluditur quod similiter corpus est illud quo vivimus sentimus movemur sicut per principium universale et anima est illud principium quo participamus sicut per principium formale. **Sentencia secunde partis de proportione perfectionis ad proprium perfectibile que est inter animam et corpus.** Consequenter tangit comparationem perfectionis ad suum perfectibile dicens quod predicte similitudines procedunt modo predicto. Et sanitas est perfectio rei sane et scientia rei scientis et causa huius est quia actus et perfectiones tamen primi quam secunde sunt in patiente ipso receptive et proprio disposito ad ipsas et eodem modo debet proportionem habere anima ad corpus cum eius propria existit perfectio. **Sentencia tercie partis in qua ex predictis dat intelligi secundum quod genus cause anima ad corpus comparatur.** Consequenter ex predictis habita manifestatione suum propositum ostendit secundum quod genus cause anima ad corpus comparata corpori composite exhibet vitam. Et in illa parte tria intendit. Primo enim tangit predictam comparationem dicens quod anima est principium quo vivimus et sentimus movemur et intelligimus; tale autem principium est forma et perfectio vel viventis. Anima igitur est corporis viventis forma secundum idem que est perfectio secundum speciem et non est neque ipsum universale iuxta similitudinem corporis viventis. Secundo cum dicit: **Tripliciter enim dicta substantia sicut superius et cetera.** Tangit divisionem substantie superius assignatam ut ex ipsa animam comparari ad corpus iuncione forme dicit igitur quod substantia dividitur in materiam formam et compositum. Ex hiis et declarat membra divisionis dicens quod modo est illud quod est potencia. Sed forma est actus compositum autem est ex utroque quia sic vel perfectum ex potencia et actu sic animatum ex quo componitur ex corpore quod est potencia et anima que est actus. Tercio cum dicit: **Non enim corpus anime actus et cetera.** Ostendit quod anima comparatur ad corpus sicut forma dicens quod corpus non est perfectio anime neque forma eius sed anima est perfectio corporis et forma specifica ipsius. Et corpus comparatur ad ipsam sicut perfectibile ad suam perfectionem. **Sentencia quarte partis de confirmatione intensionis per aliorum opinionem.** Consequenter aggreditur partem illam in qua confirmat intensionem suam per opinionem aliorum. Et in illa parte sunt due partes in quarum prima confirmat intensionem suam per aliorum opinionem. In secunda scilicet in hac: **Et non sicut priores aptabant ipsam et cetera.** Tangit erroneam opinionem quorundam errantium circa comparationem anime ad corpus. Dicit igitur quod secundum predictam intensionem bene posuerunt illi secundum quorum estimati-

omne anima videtur non esse aliquid sit corporis cum sit corporis forma neque ista sunt esse corpus. Sed anima cum non sit corpus est aliquid corporis quia est ipsius perfectio. et propter ea quid in corpore existens in corpore. sicut ipsius perfectio. ¶ Deinde tangit aliorum errorem dicens quod predicti bene opinantes non dixerunt. sicut alii errantes qui animam corpori aptabant et nichil determinabant in quo corpore nata sit esse et cuius et qualis corporis sit perfectio. ¶ Et deinde eorum destruit eorum errorem dicens quia erraverunt in sua positione eo quod non quodlibet corpus anime adaptatur immo necesse est. ut quodlibet corpus cuius anima perfectio est. habeat proportionem ad animam et equalis et hoc probat hac ratione. unusquisque actus et perfectio. natus est fieri in propria potentia et propria materia ad ipsam ordinata. Sed anima est sicut actus et corpus sicut potentia. ergo non in quolibet anima in quolibet corpore nata est esse. Sed anima de debito corpori respondet et congruo.

## ¶ Sentencia quinte partis de conclusione intensionis.

¶ Consequenter ultimo concludit intensionem suam dicens quia manifestum est ex hiis que dicta sunt quia anima est actus et perfectio. et species secundum rationem corporis que est perfectio ad ipsam secundum quod huiusmodi est. et sic habetur quod est perfectio prima corporis physici organici potentia vitam habentis secundum quod huiusmodi est et sic terminatur intensio huius partis

¶ Questiones

Circa partem istam undecim incidunt questiones. ¶ prima est cuiusmodi corporibus debetur vita et per quam naturam. ¶ Secunda est que res sit dare vitam utrum substantia an accidens. ¶ Tercia est utrum hoc sit materie an forme an compositi. ¶ Quarta est forme utrum eius que est forma tantum. an eius que est forma et substantia ut hoc aliquid. ¶ Quinta est utrum hoc sit substantie spiritualis an corporalis. ¶ Sexta est per quam naturam ei conveniat. ¶ Septima est ¶ Octava est. utrum anima sit vivens et quo compositum vivit an alterum solum. ¶ Nona quomodo dicitur vivens vivere per animam et per vitam. ¶ Decima in quo genere cause anima ad corpus comparetur. ¶ Undecima quomodo actus activorum sit in patiente et disposito

¶ Questio I.

.186.

Circa primam questionem dicendum. videmus enim quedam corpora esse habilia ad vitam recipiendam et ad receptionem anime. quedam autem non. sicut elementa et lapides et metalla. dicendum ergo que sit causa huius. et ostenditur quod causa quare corpora sint habilia ad vitam et ad animam est equalitas complexionis et recessus a contrarietate. et natura organizationis et diversitatis partium. et ostenditur hoc primo. de equalitate complexionis et de recessu a contrarietate. Anima enim est principium vite. vita vero est in corporibus habentibus complexiones equales in quibus contrarietas frangitur et complexio venit ad medium. tale enim complexionatum est habile ad hoc ut recipiat vitam et animam sicut vult Aristoteles. unde vult Aristoteles quod plante non sentiunt quia equalem non habent complexionem in medio. et propter carentiam organorum aptorum. Sed quedam sunt corpora sicut elementa in quibus est maxima contrarietas. sicut elementa habent complexionem. Item quedam sunt corpora mixta que non habent complexionem equalem sicut lapides et metalla. ergo talia non debent habere vitam. vita enim et anima debent in tali complexione esse in qua conservari possunt. non possent autem conservari ubi est maxima contrarietas et inequalitas complexionis. ergo causa propter quam quedam corpora habent animam est recessus a contrarietate. et equalitas in complexione. Et causa propter quam quedam corpora non habent animam est recessus ad contrarietatem. et inequalitas complexionis.

¶ Secunda ratio huius est. illud est causa a parte corporis quare corpus vitam recipit. per quod secundum maiorem et minorem participationem in illo genere. magis vel participant vitam et secundum plures differentias et nobiliores. Sed equalitas complexionis est huiusmodi. sicut vult Avicenna ergo equalitas complexionis a parte corporis est causa receptionis vite et anime. Maior per se patet. minor scripta est ab Avicenna in libro de anima. ad equalitatem enim complexionis sequitur subtilitas spiritus maior et minor que est medium unionis anime cum corpore. hoc autem probatur hoc modo. plante enim quia habent equaliorem complexionem quam metalla habent vitam. illa autem non. Sed animalia habent complexionem magis equalem quam plante. et ideo nobiliorem habent vitam. et humanum corpus nobiliorem habet vitam que est ab anima rationali quia corpus humanum equalioris est complexionis quam aliquod aliud corpus et spiritus eius est subtilior qui spiritus ut dicit Avicenna effigiat sibi vultus ad similitudinem corporum celestium unde philosophi indicaverunt de eo dicentes quod sit substantia lucida. et ideo [illegible] spiritus visibilis vocatur radius et propter hoc propter maio[illegible]rem et minorem claritatem spirituum anima tristatur et gaudet. sicut enim anima in tenebris et obscuritate tristatur et in luce gaudet. ita in obscuritate et luce spirituum tristatur et gaudet. ergo equalitas complexionis est causa et dispositio per quam corpus aptum est ad vitam ergo cum elementa et alia corpora mixta grossa et congelata sicut lapides. et metalla deficiant ab huiusmodi subtilitate et equalitate complexionis necesse est quod deficiant a natura vite et receptione anime. causa ergo propter quam in est vita quibusdam corporibus

[cor]poribus est equalitas complexionis et recessus a contrarietate. Tertia ratio hec est. Sicut supra diximus anima est una spiritualis et propter hoc est principium plurium operationum. Illas autem exercet per corpus et per partes eius quibus utitur sicut ars instrumentis. Ergo necesse est in corpore esse dispositiones partium per quas anima diversas operationes exerceat. Ergo necesse est ut corpus animatum habeat dispositiones partium. Item operatur anima supra diversa obiecta per diversitatem partium corporis secundum proportionem organi ad obiectum et ad virtutem. Ergo necesse est ut corpus perfectibile ab anima habeat naturam elementorum et predominium alicuius elementi in quolibet membro. Tale vero est corpus mixtum. Ergo oportet quod corpus recipiens animam sit corpus mixtum et non quolibet modo mixtum sed mixtum equale sicut visum est. Sed nullum elementorum est huiusmodi. Ergo nullum elementorum possibile est ad receptionem anime. Item ostenditur quod necesse sit illud corpus esse organicum. Cum enim anima sit principium plurium operationum differentium secundum speciem sicut dictum est exigit et requirit diversas partes in corpore per quas operetur diversa ratione proportionum complexionis. Corpora vero mineralia et consimilia non habent tales partes. Ergo non sunt apta nata ad receptionem anime vite et differentiarum anime neque merentur ab anima et eius speciebus perfici. Et ita patet per hanc rationem quod organizatio et diversitas partium in corpore est causa et dispositio ad receptionem ipsius anime et vite. Ad oppositum ostenditur autem quod corpora simplicia et alia que deficiunt a predictis conditionibus debeant animam habere. Et ita predicta causa non est causa. Contrarium equalitas et recessus a contrarietate esset causa receptionis anime et vite. Ergo cum corpora celestia inter omnia alia corpora magis sint extra contrarietatem et magis distant a contrarietate ergo magis debuit habere animam. Cum non hoc sit falsum patet quod predicta causa non est causa. Secunda causa est simplicior perfectibili debetur subtilior … perfectio. Sed elementa sunt simpliciora aliis corporibus … inferioribus. Ergo eis debetur simplicior perfectio … Simplicior autem … forma et perfectio inter omnes formas inferiores est anima que est forma spiritualis. Ergo anima debet esse perfectio corporum [celestium et] elementorum. Corpus autem elementa deficiunt a predictis conditionibus. Ergo predicte conditiones non sunt cause habendi animam et recipiendi.

Co. Ad hoc dicendum est quod secundum Avicennam anima dupliciter comparatur ad corpus. Primo modo sicut actus dans esse quod est vivere. Secundo sicut motor in ipso diversas operationes exercens. Cum ergo requiratur dispositio materie apte ad forme exigentiam, comparatur ad actum primum qui est vita per recessum a contrarietate; ordinatur per organizationem in qua est partium diversitas vel differentia ad diversas operationes ordinatarum; attenditur ad motus operationes anime. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod sic dicit Avicenna: corpora contrariorum naturarum que remotissima sunt a corporibus celestibus carent vita et corpora celestia sunt apta nobiliori modo vite corporalis. Cum ergo elementa ab ipsis maxime distent, maxime carent vita. Et corpora celestia cum maxime recedant a contrarietate primo vitam participant. Et corpora animata que accedunt ad naturam ipsorum per recessum a contrarietate ideo vitam participant. Et ita secundum Avicennam non concludit ista ratio, scilicet quod corpora celestia vivant. Ut sed differt vita in ipsis et in animatis, quia in corporibus celestibus est vita per influentiam motoris supra ipsa qui operatur per ipsa et per suas partes diversas operationes, qui motor non est forma ipsorum licet dependens ab eis nec habens radicem in eis. In corporibus vero animatis est per unionem anime cum corpore que dependet a corpore et habet radicem in ipso et est eius forma. Ad secundam rationem dicendum est quod forma duplex est. Quedam comparatur ad materiam ut forma solum. Alia autem ut forma et motor utens instrumentis. Primo modo comparatur forma ignis ad materiam ignis et de illa non concludit ratio. Secundo modo comparatur anima ad corpus sicut operans per corpus; cum ipsa operetur diversas operationes specie differentes, necesse est in corpore diversas esse partes differentes specie per quas anima operetur. Et ideo talis forma non debet habere simplicem materiam sed diversificatam in partibus. Et ita elementa non potuerunt animam recipere nec vite influentiam.

Secundam conclusionem sic procedimus et querimus cui rei competit dare vitam. Et ostenditur quod substantie competit dare vitam. Quod proprium est accidentis ut ab aliqua substantia egrediatur et sit illud quo mediante substantia aliqua operetur, ut calidum egreditur ab igne et per calidum operatur ignis in aliam substantiam. Si ergo illud quod dat vitam est accidens egreditur ab aliqua substantia que est intrinseca vel extrinseca. Et sic non operaretur nisi daret vitam se ipso. Sed res que dat vitam se ipsa vitam dat. Ergo res que dat vitam est substantia. Ergo dare vitam competit substantie et non accidenti. Ad oppositum calor in corpore dicitur esse calor vivificus. Omnis vero talis dispositio dat vitam. Ergo calor naturalis dat vitam. Sed calor naturalis est accidens. Ergo accidens dat vitam. Con. ij. 18

Ad hoc dicendum est quod illud quod dat vitam est substantia et illud quod dat vitam complet illud cui dat vitam Co.

in esse specifico et ei exhibet operationes sue speciei convenien-
tes hoc autem non potest facere accidens sed solum
substantia et propter hoc illud quod dat vitam est substantia et non
accidens. Ad rationem in contrarium dicendum est quod aliquid
est principium vite dupliciter. Uno modo sicut dans vi-
tam. Alio modo sicut dispositio ad vitam. Primo modo est
anima principium vite. Principium autem vite sicut
dispositio est dupliciter quia vel est sicut illud quo influit vita
toti corpori et hoc modo calor est principium vite et non
est dans vitam. Vel est sicut illud quod est dispositio
apte corporis ad hoc ut ipsum sit habile ad vitam re-
cipiendam et mereatur vitam suscipere et hoc modo
equalitas complexionis est principium vite et ita non
est dans vitam.

88 Co. 3 Tertiam questionem sic procedebatur supposito ex vitam con-
petat dare substantie tamen queritur cui substantie competit utrum ma-
terie vel forme et quod forme competat hoc sic osten-
ditur. Proprium est forme ut influat supra materiam
esse et conservationem et perfectionem et non econverso. Sed
illud quod dat vitam confert ista viventibus ergo dare
vitam competit substantie que est forma. Ad oppositum
vita est actus resultans ex unione forme cum materia ergo
vita est actus compositi. Sed actus compositi non magis debetur
forme quam materie ergo dare vitam non magis competit for-
me quam materie. Co. Ad hoc dicendum est quod dare vitam
non competit materie sed forme. ex forma dat esse rei
et perficit ipsam et conservat. et quia vivere vi-
ventis est esse et perfectio ideo forme est dare vitam
et non materie. Ad rationem in contrarium dicendum est quod
vita competit materie et forme. Sed competit forme
tamquam ei a quo fluit. materie autem competit tamquam
recipienti et exhibitione forme et receptione materie
causatur vita que est actus compositi et sic patet quod
forme est dare et exhibere vitam.

89 Co. 8 Quartam questionem sic procedebatur supposito quod forme
competat dare vitam. Queritur cui forme hoc competat
scilicet utrum forme que est forma tantum vel forme que est
forma et substantia et hoc aliquid completum et ostenditur
quod dare vitam competat forme que est hoc aliquid
et substantia vivere est seipso moveri sicut habetur libro
de motu cordis ergo dare vitam est seipso movere
per suam existentiam in altero. Sed nichil movet se
ipso illud in quo est nisi substantia que est hoc aliquid et
completa ergo dare vitam competit substantie que est hoc aliquid
et completa. Ad oppositum substantia composita substantialior est
tanto est habilior ad vitam dandam sed substantia que est
hoc aliquid est composita ergo non dat vitam ergo for-
va
que est substantia et hoc aliquid et completa et non est forma tantum substan-
cius enim que sunt forme dat non dat vitam. Co. Ad hoc dicendum est
ex forma illa que dat vitam est substantia et hoc aliquid et com-
pleta et non est forma tantum. Substanciis enim que sunt
forme tantum non debetur motus sufficiens ut ipsum tribu-
ant materie in qua sunt nec ut ipsi tribuant operationem
nec conservationem que vite competit. Sed solum sub-
stanciis completis que sunt hoc aliquid. Ad rati-
onem in contrarium dicendum est quod hoc aliquid dicitur duobus modis
Uno modo dicitur hoc aliquid quod est completum et hoc
modo vero quod est hoc aliquid competit dare vitam et illud
quod hoc modo est hoc aliquid non est necessario compositum
alio modo dicitur hoc aliquid illud quod est compositum ex
materia et forma et tali hoc aliquid non competit dare vi-
tam et de tali procedit ratio

Quintam questionem sic procedebatur et supposito quod Co. c. 200.
dare vitam competat forme que est substantia et non forme
que est forma tantum. Queritur ergo cui substantie conveniat hoc utrum scilicet
substantie corporali an spirituali et ostenditur quod dare vitam
competit substantie spirituali et non substantie corporali. Si hoc aliquid
convenit aliquibus convenit eis per aliquod commune. Sed
substantie spirituales vivunt et dant vitam sicut et intelligen-
tie vivunt et dant vitam et anima vivit et dat
vitam et hoc secundum omnem suam diffinitionem ergo convenit
eis per aliquod commune existens in eis. commune autem existens
in eis est natura spiritualitatis ergo dare vitam compe-
tit eis per naturam spiritualitatis et aliarum rerum non
est dare vitam quia istarum ergo dare vitam competit
cuilibet substantie secundum naturam spiritualitatis. natura autem
spiritualitatis non est nisi in substantia spirituali ergo dare vitam
solum competit substantie spirituali et non substantie corporali.
Secunda ratio hec est. Motus sufficiens debetur rebus
per maiorem et minorem distantiam a materia. Sed in
vita est motus sufficiens et ab aliquo principio
sufficienti ergo necesse est quod substantia dans vitam re-
cedat per distantiam a materia corporali. talis autem
est substantia spiritualis et non corporalis ergo substantie spirituali con-
petit dare vitam et non corporali. Ad oppositum.
eiusdem generis est materia et forma et actus et potentia
Sed substantia cuius vita est actus est substantia corporalis ergo et
substantia que est forma ipsius que exhibet vitam est
substantia corporalis et non spiritualis. Ad hoc dicendum est Co.
quod substantie spirituali est dare vitam. substantia enim spiritualis est
recedens a materia corporali et a contrarietate ipsius et
ei debetur motus sufficiens et regimen secundum quod
regit corpus et conservat. In hiis autem conditionibus
consistit exhibitio vite et ab istis conditionibus prima

tur substantia corporalis et ideo substantie spirituali debetur exhibitio vite et non substantie corporali. Ad rationem in contrarium dicendum est quod aliquid dicitur corporale duobus modis. Uno modo quia est ex principiis corporalibus, scilicet ex materia corporali et forma corporali et hoc modo substantia dans vitam non est corporalis. Alio modo dicitur aliquid esse corporale quod est unitum corpori substantialiter vel virtute. et hoc modo substantia dans vitam dicitur esse corporalis. hoc autem modo substantia spiritualis potest appellari corporalis.

201 Cont. 6.

Contra sextam conclusionem sic proceditur. supponitur enim quod dare vitam competit substantie spirituali per quam naturam ei competat. queritur utrum hoc ei competat per naturam spiritualitatis aut per aliam, scilicet per distanciam a contrarietate. Et ostenditur quod ei competit dare vitam per distanciam a contrarietate. et non per naturam spiritualitatis. Natura per quam corpus recipit vitam proportionaliter debet esse nature per quam substantia exhibet vitam. sed sicut dicit Avicenna natura et causa propter quam corpora recipiunt vitam et sunt habilia ad vitam est recessus a contrarietate et accessus ad medium quod nullum extremorum est contrariorum in mixtis. ergo substantia que dat vitam et que est forma complens competit dare vitam per recessum a contrarietate formarum. substantie ergo danti vitam competit dare vitam per distantiam a contrarietate et non per naturam simplicitatis. Secunda ratio hec est. illud quod dat vitam conservat scilicet substantiam viventem et tenet partes eius et ligat quo recedente partes corporis per contrarietatem dissolvuntur. substantia ergo que dat vitam non est aliquid contrariorum et ideo omnia contraria regit et tenet. omne enim quod regit aliquid est supra illa que regit et distat ab eis. nec recipit aliquid ab eis. ergo cum substantia dans vitam regat contraria et hoc per illud quod est distans a contrariis et super contraria potens illa regit. sed per naturam illam dat vitam per quam corpus et partes corporis regit quo per naturam distantie a contrarietate exhibet. hec substantia vitam. Tercia ratio hec est. substantia dans vitam dat actum continuum. actus vero discontinuatur propter impedimentum. impedimentum vero in corporalibus provenit a contrarietate. unum enim contrarium impedit alterum. ergo recessus a contrarietate dat actum continuum. ergo substantia que dat vitam cum vita sit actus continuus per distantiam a contrarietate dat actum continuum. ergo substantia que dat vitam cum vita sit actus continuus per distantiam a contrarietate dat actum continuum. ergo causa propter quam substantia spiritualis dat vitam est distantia eius a contrarietate et non natura spiritualitatis. Ad oppositum si distantia a contrarietate est causa vite ergo cum nexus equalis contrariorum in corpore mixto faciat distantiam a contrarietate. nexus ille erit causa vite et dans vitam hoc autem falsum est quia sic omnia corpora temperata in complexione haberent vitam. Item si distancia a contrarietate esset causa dandi vitam corpora superiora cum distent a contrarietate darent vitam. hoc autem est falsum quia nullum corpus dat vitam. ergo substantia non dat vitam propter recessum a contrarietate. Ad hoc dicendum est quod solus substancia debetur dare vitam et non quibuslibet substanciis. immo substanciis completis spiritualibus et eis debetur hoc scilicet dare vitam per distantiam a contrarietate. Ad primam rationem in contrarium dicendum quod vita debetur alicui principio dupliciter. Uno modo tamquam disponenti et hoc modo debetur equali nexui contrariorum in mixto. alio modo debetur vita alicui principio tamquam principaliter influenti et sic dare vitam competit substantie habenti predictas conditiones. Ad illud vero quod obicitur de corpore superiori dicendum est quod corpus superius est causa vite sed non est causa vite tamquam dans vitam sed tamquam disponens ad vitam et quo mediante influit vita.

Co.

Contra septimam conclusionem sic proceditur et queritur utrum anima vivat. et ostenditur quod sic. omnis forma et substantia habet aliquid de actu quod non habet materia. forma vero que est forma tantum habet solum de actu illud quod habet simul cum materia. sed anima secundum omnem sui differentiam est forma et substantia. ergo anima secundum omnem sui differentiam habet proprium actum quem non habet a corpore. ille vero actus est eius actus. actus autem ipsius anime est vita. ergo anima habet propriam vitam sibi. ergo anima secundum omnem sui differentiam vivit. Nam actus ipsius anime et precipue substantiarum spiritualium est vita. aliter enim non cognoscerent. Secunda ratio hec est. anima differt a ceteris formis et anime forme ad materiam ab aliis formis ad materiam. ceterae forme sic forme tantum non influunt supra materiam in qua sunt. sed compositum influit supra aliud compositum. anima autem influit super corpus vitam. omnis ergo forma influens super materiam habet illud quod influit super se ipsam. sed illa influentia habet causam ab illa. sed anima influit vitam supra corpus quia vita habet causam talem. ergo anima participat vitam. Item ergo anima est dans vitam et vivit.

Co. X. 20[2]

Ad oppositum vivere in viventibus est esse. sed esse resultat in entibus ex unione forme cum materia nec debetur nisi composito. ergo vita resultat ex unione anime cum corpore. nec debetur anime sed composito soli. ergo anima non vivit. Ad hoc dicendum est quod anima vivit et habet vitam sibi propriam. unde anima non solum est illud quo corpus vivit. sed et vitam participat. differt tamen in diversis suis substantiis differentiis. anima enim intellectiva habet propriam vitam

propter quam vivit separata. aliae autem animae vivunt
vita propria in corpore. sicut propter illa possunt vivere separatae quia
radicem habent in corpore et tamen illa vivunt et illa corpori
influunt. Ad primam rationem in contrarium dicendum quod duplex
est forma. quaedam est forma quae est forma tantum. et quaedam quae est
forma et substantia. forma enim quae est forma tantum habet communem ac
tum et esse cum materia. forma vero quae est forma et substantia habet du
plicem actum unum scilicet proprium quem tamen habet in materia. et a
lium communem quem habet ex unione sui cum materia

203 Q. 8. Quaestio octava quaestionis sic proceditur. et quaeritur quo modo differunt
anima et illud quo vivimus et similiter vita. et quaeritur utrum
vita sit illud quo vivimus. et ostenditur quod sic.
sicut se habet scientia ad sciententem ita se habet vita ad vi
ventem formaliter. sed scientia est illud quo sciens scit for
maliter. ergo vita est illud quo vivens vivit forma
liter. unde sicut album formaliter est album per albedinem. ita
vita vivens est illud quo vivens est. anima ergo non est
illud quo vivimus. solutio solvitur autem hoc per hoc quod
dicitur quod anima est illud quo vivimus effective. vita vero
est illud formaliter quia anima comparatur ad corpus

Q. X. 20[1] ut forma dans ei vitam. Contrarium autem huius dicit
aristoteles dicendo quod anima est illud quo vivimus. et vita
similiter est illud quo vivimus. sed differt quia anima est
illud quo vivimus sicut causa vitae efficiens et formalis.
efficiens quia vitam influit. formalis quia perficit et da
do vitam. vita autem est illud quo vivimus sicut actus
formalis denominans compositum et resultans ex uni
one animae cum corpore. Et per hoc solvitur ratio quia non con
cludit. solutio enim sequitur quod si vita sit illud quo vivi
mus quod anima non sit illud quo vivimus quia sic differ
unt vita illud quo vivimus et similiter anima

202 Q. 9. Quaestio nonam quaestionem sic proceditur.
et quaeritur in quo genere causae comparetur anima ad corpus et
ostenditur primo quod comparatur ad corpus in genere cau
sae efficientis omne enim illud quod est artifex corporis mo
vens ad eius productionem et generationem est causa
efficiens ipsius. sed anima est huiusmodi respectu corporis sicut
patet in spermate. in quo anima movet ad formationem cor
poris sicut artifex. ergo anima comparatur ad corpus in
ratione causae efficientis. Secunda ratio haec est. omne
illud quod influit motum et regimen corpori est
causa efficiens illius. quia causa efficiens est unde motus
sed anima est huiusmodi respectu corporis. ergo anima comparatur ad
corpus in ratione causae efficientis. Quod autem anima
comparetur ad corpus sicut causa finalis sic ostenditur.
omnia instrumenta sunt propter finem. quia finis est propter
necessitatem. et omnibus quae sunt ad finem sed partes

corporis sunt instrumenta animae et totum corpus est sicut in
strumentum animae. quia sicut habetur ab aristotele anima comparatur
ad corpus et partes eius tamquam ad instrumenta. ergo anima est
causa finalis ipsius corporis. Quod autem anima sit
causa formalis corporis sic ostenditur. dicit enim aristoteles in
capitulo de vegetabili quod anima est causa formalis corporis
quia dat ei esse. scilicet vivere. item est causa efficiens quia
est principium unde motus in corpore. item est causa finalis
ipsius quia omnia corpora et partes eorum sunt instrumenta a

Q. nimae et fiunt propter ipsam. Ad oppositum dicit aristoteles in
loco illo in quo determinat in quo genere causae anima
comparetur ad corpus quod anima comparatur ad corpus sicut
causa formalis ipsius corporis et non dicit quod comparetur
ad ipsum in alio genere causae. Ad hoc dicendum est quod a
nima comparatur ad corpus secundum triplex genus causae. com
paratur enim ad ipsum sicut efficiens causa. secundum quod
est principium in corpore unde motus. Et secundum quod est
principium ortus corporis. item comparatur ad ipsum sicut
causa finalis secundum quod corpus et partes eius sunt
propter animam. item comparatur ad ipsum sicut causa formalis
secundum quod perficit corpus et dat esse ipsi corpori.
Ad rationem in contrarium dicendum est. quod aristoteles in illo loco de
terminat unam solam comparationem animae ad corpus in
capitulo scilicet de vegetabili ubi docet quod anima in triplici ge
nere comparatur ad corpus.

Quaestio decimam quaestionem sic proceditur. et quaeritur quo actus 204. Q. 10.
activorum sunt in patiente et disposito propter hoc ergo vult
aristoteles quod actus sit in patiente. sicut in subiecto disposito
propter ipsum sed cum sit duplex actus. scilicet primus et hic est
forma. et secundus et hic est operatio quaeritur enim de quo
actu hoc intelligendum est et intelligimus hoc
de actu secundo. qui est operatio et quaeritur de illo. actu in
quo sit ut in subiecto. utrum scilicet in agente vel in pa
tiente. et ostenditur quod sit in agente tamquam in
subiecto et non in patiente. sic dicitur in libro philosophorum
actio et passio idem sunt sed dicitur actio in comparatione ad
agentem. dicitur passio in comparatione ad patientem ergo
actio debet esse in agente ut in subiecto. et non in patiente
sic habetur in libro de generatione. proprium est formae a
gere. et materiae pati sed in illo est actio ut in subiecto
quod est agere. ergo actio est in forma ut in subiecto sed
forma est agens et non patiens ergo actio est in
agente ut in subiecto et non in patiente. Ad oppositum
dicit in secundo de anima hic quod omnis actus
natus est fieri in propria potentia et in propria materia et
dicit quod actus activorum sunt in patiente et
disposito et sic habetur propter ipsum quod actio est in

Co

materia et in paciente ut in libro et disposito. Secunda ratio hec est. actio est cum motu, ergo actio est in eo in quo est motus ut in libro. motus autem non est in agente sicut in subiecto sed sicut in causa solum et in paciente sicut in subiecto. ergo similiter et actio. Tercia ratio hec est. in eo est actio ut in subiecto quod est potencia ad actionem quia eiusdem est potencia et actus sed paciens est potencia respectu actionis ergo in paciente est actio ut in subiecto. sed agens est in potencia activa respectu actionis ergo in eo non est actio sicut in subiecto sed solum sicut in causa. Ad hoc dicendum est quod duplex est actus scilicet primus et hic est forma. Secundus et hic est operatio et utroque est in propria materia sicut in subiecto. Unde actus primus qui est forma respicit materiam primam quam perficit et que est potencia ad ipsum. et que est paciens vel agentis introducentis formam in illa. Secundus actus respicit proprium subiectum quod est obiectum ipsius et perficit ad eius receptionem. Et sermone illum intelligit Aristoteles de forma cum ponit quod forma que est actus sit in propria materia et in propria potencia ordinata ad ipsum. et sermo similiter verus est de actu secundo. Unde dicendum est quod omnis actus sive primus sive secundus est in propria materia vel in paciente est quod est idem ut in subiecto. Ad primam racionem in contrarium dicendum est quod actio est in duobus in uno sicut in causa a qua est et hoc modo est in agente. et est in alio sicut in subiecto in quo est et hoc modo est in paciente. quod est subiectum recipiens actum et quod est potencia ad ipsum. Unde forma est in agente ut in causa a qua fluit et in materia paciente sicut in subiecto quod complet et perficit. Ad secundam similiter dicendum est quod quamvis sit forme agere actio est in forma causa sicut in causa a qua fluit. et in materia paciente sicut in subiecto in quo sustinetur. Quomodo autem anima forma et actus sint idem et quo differant superius determinatum est.

Capitulum secundum de distinctione potenciarum anime generali continens duos paragraphos. Continuatio intencionis

Potentiarum autem anime que dicte sunt et cetera

In sermonibus precedentibus determinavit philosophus de anima secundum suam diffinitionem. ulterius et ostendit quod predicta una diffinicio non sufficit. in certitudine sciencie et elegit unam in hac scilicet secundum quam debet

Co. 3.

procedere. determinando de singulis potenciis anime singularum assignando obiecta et operationes per que habent cognosci. In hac autem parte incipit secundum predictam viam a singulis differentiis anime virtutibus et operibus et obiectis inparatum ut omnium completa habeatur cognitio secundum completam propriam naturam utilicet. Divisio. Recipit autem hec pars divisionem in duas partes. In quarum prima assignat distinctionem potenciarum anime et hoc facit quia artifex debet supponere subiectum sue sciencie et dividere genera ipsius ut sint manifesta in eo ut non procedat ex ignotis. subiectum autem huius sciencie est anima secundum suas differentias et species. In secunda autem scilicet in hac. Necessarium autem est debentem mentionem facere de hiis et cetera. de singulis anime differentiis et potenciis specialiter determinat. Prima autem harum partium recipit divisionem in duas. In quarum prima dividit philosophus differentias vel virtutes anime. Sed quia distinctio anime convenit anime vegetative et omnibus eius differentiis sub ipsa contentis que et differentie habent ordinem naturalem adinvicem. ideo in secunda parte scilicet in hac. Manifestum autem est quod eodem modo est una ratio anime et figure et cetera. ostendit secundum quem modum differentie anime que sunt differentiis anime sub ipsa contentis que adinvicem naturalem habent ordinem. Prima iterum partium ad presentem spectat speculationem. Est ergo in hac parte intencio philosophi distinctionem differentiarum anime assignare. Divisio. Recipit autem hec pars divisionem in duas partes. In quarum prima tangit distinctionem differentiarum anime. In secunda scilicet in hac. Certificandum autem de hiis posterius et cetera. Quia quedam hic determinanda ad alias sequentes partes huius sciencie spectant. ideo illa dicit in hac parte dimittenda. Et in aliis determinanda. Prima autem pars dividitur in duas. In prima assignat distinctionem differentiarum anime. In secunda scilicet in hac. In est autem plantis vegetativum solum et cetera. Ostendit que differentie quibus viventibus insunt. quod primo promiserat. hec hec divisio huius partis. Sentencia prime partis de distinctione differentiarum anime. Circa primam partem duo intendit primum est assignare distinctionem differentiarum anime per comparationem ad viventia ipsas participantia. Secundum est dare numerum differentiarum principalium dicit ergo quod quedam potenciarum sunt

differentiam anime que superius sunt determinate in loco differentiis generum vivendi quibusdam viventibus insunt omnes sicut homini et quibusdam quedam earum sicut brutis et quibusdam una sola sicut plantis. Deinde cum dicit: **Potencias autem dicimus et cetera.** Tangit potentias principales dicens quod predicte potentie sunt virtus vegetativa prima, appetitiva secunda, sensitiva tertia, motiva secundum locum quarta, intellectiva quinta. Sub vegetativa vero sunt tres potentie comprehenduntur scilicet nutritiva et augmentativa cum sua opposita et generativa. Per appetitivam intellige appetitivam cibi et separatur a motiva secundum locum cum inveniatur in talibus que secundum locum non moventur. Summa prima secunde partis **in qua ostenditur que potentie quibus insunt viventibus.** Consequenter accedit ad illam partem in qua ostenditur in quibus viventibus que differentie anime insunt et illa pars habet duas partes. In quarum prima ostendit quibus viventibus inest una sola. In secunda scilicet in hac: **Aliis autem et hec et sensitivum et cetera.** Ostendit quibus inest hec scilicet vegetativa et alia scilicet sensitiva. Hec autem secunda pars duas habet partes. In quarum prima ostendit quibus viventibus inest sensitiva et eius differentie cum vegetativa. In secunda scilicet in hac: **Adhuc alimenti sensitivum habent et cetera.** Ostendit quod omnia viventia sensum participantia habent sensum primum qui est tactus et primo ostendit inducendo. De ostensione quod in omnibus aliis inest vegetativa distinctio et sensibilis. Circa primam partem dicit quod animalibus omnibus inest virtus vegetabilis et sensibilis. Sed quibuscumque inest sensus eisdem inest delectatio a re conveniente et tristicia a re tristabili et quibuscumque insunt hec eisdem inest appetitus. Ergo cum omnibus animalibus insit sensus et sic omnibus animalibus inest appetitus. Ostensio quod omnibus animalibus inest tactus. Circa secundam partem sic procedit. Ostendit quod sensus primus inest omnibus animalibus et primo ostendit hoc inducendo dicens quod sensus tactus est in omnibus animalibus. Sed quibuscumque inest sensus eisdem inest delectatio a re delectabili et tristicia a re tristabili. Ergo cum omni animali insit sensus scilicet tactus omnibus animalibus insunt predicta. Sed quibuscumque insunt predicta eisdem inest appetitus. Ergo omnibus animalibus inest appetitus. Secundo autem cum dicit: **Adhuc alimenti sensitivum habent et cetera.** Ostendit quod dixerat secundo et ratio sua accipitur a necessitate nutrimenti et in illa parte tria intendit. Primum est ostendere quod animalia habent sensum alimenti et per illum habent appetitum. Secundum est quod cum iste sensus sit sensus tactus solus alii sensus nichil faciunt per se ad alimentum. Tertium est ostendere quod sensus tactus, id est alimenti, ipsius est per se primus aliorum. Dicit ergo quod omnia alia habent sensum nutrimenti et tangit quis est ille dicens quod tactus, id est sensus alimenti, et ratio sua talis est. Omne alimentum, id est ex calido et frigido, humido et sicco. Et causa huius est quod nutrimentum restaurat deperditum. Illud autem quod est deperditum a corpore animalis est compositum ex illis quattuor que constituunt animal. Sed tactus, id est sensus discernens predictas quattuor. Ergo tactus, id est sensus discretivus nutrimenti. Et hic est tactus sensus primus et universalis existens in omni animali. Deinde secundo cum dicit: **Aliorum sensibilium secundum accidens et cetera.** Ostendit alios sensus non esse necessarios per se ad nutrimentum sed solum tactum dicens quod alii sensus nichil faciunt ad nutrimentum nisi solum secundum accidens quod ipsorum obiecta nichil conferunt ad alimentum. Contingit enim sonus vel colores vel odores nichil facit ad nutrimentum neque ad obiecta tangibilia nisi secundum accidens solum. Gustus autem ad alimentum facit secundum quod alimentum est tangibile et secundum quod reducitur ad tactum quod gustus quidam tactus est. Olfactus autem per accidens facit ad alimentum quod solum facit ut animalia sentiant nutrimentum a longe. Deinde tertio cum dicit: **Esuries autem et sitis desideria sunt et cetera.** Ostendit intentionem suam scilicet quod tactus discernit nutrimentum et gustus per reductionem ad ipsum et quod sapor in nutrimento ad obiectum tactus reducatur et hoc ostendit per appetitum qui est proportionis nutrimenti et est sua ratio talis. Circa ea circa que est appetitus in nutrimento circa ipsa, id est sensus discretivus. Sed appetitus est circa quattuor qualitates. Ergo sensus discretivus nutrimenti est circa qualitates quattuor in nutrimento partes quod duplex, id est appetitus, unus, id est fames, et iste est circa calidum et siccum, et alius est sitis et iste est circa frigidum et humidum. Sed tactus est sensus quattuor qualitatum. Ergo tactus est sensus discretivus nutrimenti. Deinde ex hoc ostendit reductionem obiecti gustus ad obiectum tactus, dicens quod sapor et dulcedo saporis est temperamentum resultans ex coniunctione quattuor qualitatum. Et est causa quare etiam anima apprehendit delectabile vel tristabile circa cibum. Ergo cum sapor reducatur ad quattuor qualitates in nutrimento que sunt obiecta tactus obiectum gustus quod est sapor re-

ducitur ad obiectum tactus in nutrimentum, ergo et gustus ad tactum in nutrimento reducitur. Et sic solus tactus est quasi per naturam tactus est discretivus nutrimenti. ¶ Et ex hoc determinatum est quod in omnibus animalibus est tactus qui est sensus nutrimenti. Sed quibuscumque est sensus in eisdem est delectatio vel tristicia et in quibus ista sunt hiis inest appetitus, ergo in omnibus animalibus est appetitus.

## ¶ Sententia quarte partis de assignatione eorum que circa differentias anime in hac scientia sunt dicenda et que in aliis ut hic determinantur et illa obmittantur

¶ Consequenter accedit ad illam partem in qua ea que ad alias partes pertinent dicit esse hic omittenda et in illa parte tantum intendit. ¶ Primum est quod de hiis que nunc dicta sunt in aliis patebit certificatio. ¶ Secundum est quod supponendum est in hac parte quod omnibus animalibus inest tactus et quibus inest tactus eisdem omnibus inest appetitus et quibus privatur tactus ab eis privatur appetitus. ¶ Tercium est ostendere quod determinatio aliarum virtutum que non sunt manifeste hic in aliis patebit. ¶ Dicit ergo quod de fantasia et ymaginatione in aliis dicetur et iste virtutes insunt quibusdam animalibus et quibusdam insunt alie scilicet motiva secundum locum et intellectiva, sed motiva secundum locum inest illis in quibus est virtus concupiscibilis que apprehendit vel distantes et ad illas acquirendas movet et aliis inest intellectus sicut hominibus et aliis substanciis que nobiliores sunt hominibus sicut substanciis separatis ut corporibus superioribus que posuerunt philosophi ab intellectu moveri. ¶ Hec est manifestatio huius intencionis

¶ Conclusiones

¶ Circa partem istam .iiii. incidunt questiones. ¶ Prima est utrum potencie anime sint multe per essentiam et diverse de se an una et diverse penes organa operationes et obiecta. ¶ Secunda est utrum omnes ad unam primam potentiam reducantur. ¶ Tercia est utrum ad aliquid unum quod non sit in genere ipsarum reducitur sicut ad substantiam anime. ¶ Quarta est utrum anima sit eadem per essentiam cum qualibet suarum potenciarum per predicationem essentialem de ipsis dicta.

206 ¶ Q. i.

¶ Circa ergo primam questionem sic proceditur et queritur utrum differentie anime sint plures an una et ostenditur quod sint una potentia et loquimur de illis que sunt in eodem genere. Et videtur quod omnes potentie anime vegetabilis sint una et non diverse et omnes similiter potentie anime sensibilis sint eedem inter se et similiter omnes potentie anime intellective sint eedem inter se. Videmus enim quod nichil prohibet quod eadem sit virtus nutriens corpus per nutrimentum acceptum et faciens assimilationem cum membris operans supra substantiam nutrimenti et quod sit operans et faciens extensionem membrorum operans supra quantitatem nutrimenti. Cum vero aliquid superfluit nutrimento illud superfluum mandat illa virtus ad instrumenta generativa et operatur illa virtus ad generationem. Et iterum illa eadem virtus format membra per debitam dispositionem. Sed inquantum illa virtus operatur supra nutrimentum nutritiva dicitur. Inquantum operatur super quantitatem nutrimenti augmentativa dicitur. Inquantum ad generationem operatur generativa dicitur. Ergo in anima vegetabili potest esse eadem potentia nutritiva augmentativa et generativa. Iterum nichil prohibet quin eadem virtus delectetur ab aliquo obiecto sibi convenienti et ipsum desideret et tristetur ab aliquo disconvenienti et ipsum abhorreat. Sed virtus illa a parte illa qua desiderat delectabile dicitur concupiscibilis, a parte illa qua abhorret dicitur irascibilis. Eedem ergo sunt virtutes anime vegetabilis et non multe sed una per essentiam in genere potentiarum. Similiter autem intelligendum est de potenciis anime sensibilis que magis unite sunt ad invicem quam potentie anime vegetabilis et similiter de potenciis intellective. Ergo nichil prohibet omnes potentias anime esse unam in genere suo. Vegetabilis ergo anima non habet nisi unam potentiam et sensibilis similiter unam et rationalis unam. ¶ Secunda ratio hec est. Sicut dicit Avicenna diversitas actionum non indicat diversitatem virtutum, quia eadem virtus operatur ad contraria et movet diversis voluntatibus et una et eadem virtus in eadem materia diversas operationes exercet. Ergo cum operationibus respondeant non differunt virtutes per obiecta. Sed non est eadem differentia ipsarum virtutum anime per essentiam nisi a parte operationum et obiectorum. Ergo virtutes anime non diversificantur per essentiam sed secundum esse in eodem genere. Ergo non differunt et similiter de potentiis anime vegetabilis et sensibilis. ¶ Tercia ratio hec est: virtutes anime differunt multipliciter. Differunt enim in fortitudine et debilitate, velocitate, tarditate, firmitate et instabilitate, complexionis subtilitate et hebetudine, pronitate et habitu, motu et quiete et consimilibus. Sed si hec faciunt diversitatem in virtutibus per essentiam tunc una virtus esset infinite virtutes quia una et

eadem uirtus quia habet uitas dispones contrarias et hoc per
dispositionem suam · ut organum ergo cum a parte illa non habeant
diuersitatem uirtutes anime · patet quod non dif
ferunt per essentiam immo sunt una potentia ut v
na uirtus per essentiam loquendo in eodem genere
· ¶ Ad oppositum sic dicit auicenna et algazel omnis
uirtus ad hoc est ut ex ipsa egrediatur operatio prima
sed operatio egreditur a uirtute · ut primo uel secundario
unde una uirtus est principium operationis unius et
uno secundario multarum sicut uisus · primo apprehendit
colorem secundario ... ergo sensibilia communia sed
operationes uirtutum ... primo immediate diuerse sunt
et obiecta propria ea... rum prima et immediata
diuersa sunt ergo necesse est · quod diuerse sunt uirtu
tes anime et non una · ¶ Secunda ratio hec est · eorum que
dicuntur ad aliquid · quedam dicuntur ad aliquid per essentiam suam
quedam per aliquam dispositionem suam · ad aliquid dicuntur per
essentiam ut paternitas et filiatio · paternitas enim dicitur ad
filiationem per se · que autem dicuntur ad aliquid per ali
quam dispositionem suam sunt ut substantia patris dicitur ad substantiam
filii per aliquam dispositionem suam · scilicet per paternitatem · sed in eis
que dicuntur ad aliquid · per aliquid suum non est necesse ex v
no multiplicato multiplicari et alterum · unde quamuis substantia fi
lii multiplicetur · non tamen substantia patris · In eis autem que per
essentiam ad aliquid dicuntur necesse est · ex uno multi
plicato · multiplicari alterum · unde multiplicata filiatione mul
tiplicatur paternitas sed potentia dicitur ad actum primum et im
mediatum per essentiam · ergo multiplicato actu · primo et
immediato · multiplicatur potentia · sed actus primi et im
mediati potentiarum anime sunt multi et differentes
in eodem genere secundum speciem ergo necesse est potentias
anime in eodem genere esse differentes secundum speciem
potentie ergo anime sensibilis plures sunt et diffe
rentes et non una et sic de aliis · ¶ Tertia ratio hec est
quod differunt potentie uegetatiue a sensibilibus nulla est
dubitatio · cum hee sint cognoscitiue ille uero non
Item intellectiue differunt · a sensibilibus ex intellecti
ue formas rerum denudatas appendiciis accidentibus
cognoscunt sensibiles autem cognoscunt formas rerum
cum appendiciis corporalibus accidentibus ergo necesse est has diffe
re ab illis · ¶ Item uirtutum sensibilium quedam
sunt interiores et quedam exteriores · uirtutes autem
sensibiles interiores non coartantur ad obiecta · et ac
cipiunt obiecta abstracta · non tamen perfecte abstracta si
cut sensus communis · ymaginatio fantasia · uir
tutes autem sensibiles particulares exteriores que
sunt quinque sensus · coartantur ad obiecta propria secundum

exigentiam sue operationis · et organi et obiecti · hec autem
obiecta sunt differentia ad inuicem ergo necesse est uirtu
tes anime in eodem genere · in diuersis esse differentes et
multas · ¶ Quarta ratio hec est · In aliquibus cor
poribus est uirtus uegetatiua et operatio ipsius suspensa in
actiuum et tamen illa corpora non sentiunt delectationem
uel tristiciam uel tactum nec corrumpuntur sed afficiuntur
untur ab odoribus hoc autem est solum propter priuationem
uirtutis sensibilis ergo cum habeant uirtutem uegetatiuam
et priuentur sensitiua patet quod uirtus uegetatiua et sensitiua
differunt · ¶ Item inuenimus in quibusdam membris
corporis adtinentibus ad nutrimentum et uitam et tamen non possu
mus ea per se mouere · sicut patet de musculo cum motus ei
deficit · hoc autem non est nisi ex priuatione uirtute
motiua et retinent sensibilem ergo uirtus motiua et
uirtus sensibilis differunt · non tamen est tanta distantia
inter uirtutem motiuam et sensibilem quanta est in
aliis · Item uidemus quedam animalia · habere omnes sensus
quedam non habere omnes sensus sed quosdam et hoc non
est propter defectum instrumentorum solum sed et propter defectum sensu
um ex instrumenta sunt propter sensum · quod non habent aliud
ut oculus habet unum sensum · scilicet uisum et non habet aliud
nec alia membra habent uisum hoc autem est · propter priuationem
uirtutis que est in quibusdam membris et que non est
in aliis · sed omnes tales uirtutes differunt · ad inuicem
per essentiam ergo uirtutes sensibiles differunt ad inui
cem per essentiam uirtutes ergo anime · et in diuerso ge
nere uirtutum et in eodem differunt · per essentiam
in genere proprium · ¶ Quinta ratio hec est sicut dicimus
anima comparatur ad corpus sicut forma et comparatur
ad ipsum sicut ad illud per quod operatur et secundum quod
comparatur ad corpus sicut forma comparatur ad ip
sum sicut dans ei esse et uitam · et hoc modo a par
te corporis exigendum equalitas complexionis · a parte autem
illa qua operatur per corpus respondet a parte corporis di
uersitas partium et organorum · per que operatur diuersa
ergo sicut anima est una in perficiendo eodem modo est
multa in operando nisi per diuersitatem ... suarum
potentiarum et uirtutum respondentium diuersis partibus
corporis ergo necesse est ponere · potentias et uirtutes
ipsius anime esse multas et differentes · ¶ Sex
ta ratio hec est · anima intellectiua comparatur ad
corpus et habet unam potentiam per quam regit cor
pus et per quam recipit a uirtutibus sensibilibus et
hec est possibilis intellectus · habet etiam aliam poten
tiam per quam nata est intelligere · separata et
hec est intellectus agens sed magis coartatur

secundum exigentiam corporis cuiuslibet alia anima quam anima in
tellectiva ergo cum anima intellectiva habeat potentiam
distinctam in genere potentie propter applicationem ad cor
pus et ex parte illam dependet a corpore et a virtutibus sen
sibilibus et corporalibus multo fortius cum anima sensibilis
diversis suis virtutibus ad diversa organa coartetur et
non solum ad totum corpus et similiter anima vegetabilis necesse
est ergo quod quelibet istarum habeat potentias inse diffe
rentes ut quelibet potentia sit diversa ab alia secundum di
versitatem dependentem ex parte organi cui unitur
et quod perficit et cum quo simul operatur

C° ad hoc dicendum est quod virtutes et potentie anime
differunt per essentiam in genere potentie et potentie que
sunt eiusdem differentie anime minus differunt
quam potentie diversarum differentiarum anime. omnes
ergo virtutes sensibiles interiores et exteriores differunt
per essentiam in genere potentie quamvis in eadem radice
radicentur et omnes virtutes vegetabiles differunt per essenti
am in genere potentie. Et similiter omnes virtutes intelle
ctive. Quidam vero ponunt quod potentie anime non
differunt per essentiam sed solum per esse et diversitatem
est eis ex parte organorum et operationum et obiectorum
Nos vero ponimus secundum Avicennam quod poten
tie anime in eodem genere et in diversis differunt
per essentiam in genere potentie. C ad primam ra
tionem in contrarium dicendum est quod virtutes anime
procedunt que illas diversas operationes exercent non
solum differunt ex parte operationum et obiectorum sed a
parte sui esse in genere potentiarum. Unde solvit Avicenna
rationem illam per interemptionem ostendens quod pro
cedit ex falsa suppositione. C ad secundam rationem est
dicendum quod actus sunt duobus modis scilicet primi
et secundi. actus vero secundi non diversificant potenti
as anime ex una et eadem potentia potest esse
principium plurium actuum secundorum sed actus
primi diversificant eas sicut effectus potentiarum
ex eo potentie sunt diverse ideo et illi actus sunt
diversi diversitas ergo actuum primorum ostendit diver
sitatem et ex actus primi primorum anime diffe
runt ideo et potentie anime differunt unde licet
una et eadem virtus sit ad contrarias operationes
et ad actus contrarios secundos non tamen est ad contrarios
actus primos. C ad tertiam rationem dicendum est quod quedam
dispositiones potentiarum anime sunt accidentales quedam
sunt essentiales accidentales dispositiones potentiarum non di
versificant potentias per essentiam tales autem sunt fortitu
do debilitas et cetera essentiales vero dispositiones sunt
prime et immediate et tales diversificant potentias anime per
essentiam in genere potentiarum et tales dispositiones sunt operati
ones prime et immediate que differunt ex potentiis sunt
diverse et ostendunt diversitatem in potentiis sicut
effectus primi et immediati in causa sua
C° secundam questionem sic proceditur et queritur utrum
potentie anime reducantur ad unam potentiam et os
tenditur quod sic. videmus enim in anima vegetabili quod sin
gule partes eius potentie sunt ordinate ad corporis conser
vationem et quelibet operatur debito tempore secundum ex
igit sua operatio et finis et dispositio cor
poris et postea cessat et alia incipit opera
ri secundum ordinem sed or do est per reductio
nem ad aliquod primum ordinans ergo necesse est ex
quo potentie anime vegetabilis sunt ordinate quod ha
beant aliquam virtutem primam vel potentiam regulan
tem ipsas ad quam reducantur. Item in virtutibus
sensibilibus est virtus influens super omnes differentias
sensuum sicut sensus communis sed illud a quo recipi
unt omnes virtutes influentiam in genere aliquo est
illud ad quod reducuntur omnes virtutes in illo ge
nere. ergo omnes virtutes sensibiles reducuntur
ad aliquam primam virtutem sensibilem regulantem
ipsas et influentem super ipsas. Item in anima intelle
ctiva pars superior que est scilicet recta regulat virtutes
inferiores que sunt virtus intellectiva practica
speculativa possibilis ergo in quolibet genere potentiarum
anime necesse est ponere reductionem earum ad unam
primam potentiam. C secunda ratio habet sic se
habent membra ad invicem et membrorum differentia virtutes
sed omnia membra reducuntur ad unum membrum in di
versis generibus ex in genere vivendi reducuntur ad
cor et in genere cognoscendi reducuntur omnia membra
ad cerebrum et similiter omnes spiritus in diversis generibus ad
unum ut omnes spiritus animales reducuntur ad u
num spiritum animalem et omnes spiritus vitales ad u
num. spiritus autem est medium differens virtutes
anime ergo omnes virtutes anime in aliquo genere
reducuntur ad unam virtutem primam in illo ge
nere sicut omnes sensibiles ad unam sensibilem
primam et omnes vegetabiles ad unam vegetabilem
primam et omnes rationales ad unam rationalem primam
C ad oppositum quecumque differunt et ordinantur ad
diversos fines non reducuntur ad unum virtutes a
nime et in eodem genere et in diversis sunt huiusmo
di ergo non reducuntur ad unam primam virtutem
C secunda ratio hec est. Si virtutes anime ad unam

primam virtutem regulantem ipsas reducerentur. Ergo illa virtus ab anima egrederetur immediate et sic esset aliqua virtus immediate fluens ab anima per quam virtutem alie ab anima fluerent et egrederentur. Hoc autem est falsum et impossibile, tum supra et omnes virtutes anime immediate egrediuntur ab anima. Ergo non est ponere aliquam virtutem primam ad quam reducantur virtutes anime. ¶ Ad hoc dicendum est quod est aliqua virtus prima ad quam reducuntur alie virtutes anime. Sed hoc possibile est ut in ordinatione diversarum virtutum secundum genus vel earumdem secundum genus. In ordinatione autem diversarum virtutum secundum genus reducuntur omnes virtutes anime ad superiorem virtutem intellectivam secundum cuius regulationem et necessitatem operantur. In eodem autem genere reducuntur omnes virtutes ad unam primam in suo genere, sicut omnes vegetabiles reducuntur ad virtutem vegetativam corporis que corpus regit et conservat in vita et vivificans virtuti vegetabili reddit nutrimentum secundum quantam exigentiam in nutrimento et augmento et regulat illas. Sensibiles autem virtutes reducuntur ad unam primam sensibilem virtutem, et hec est sensus communis, ad quem omnes virtutes reducuntur. In anima autem intellectiva est potentia superior secundum cuius exigentiam alie virtutes intellective operantur et per quam regulantur et ad quam reducuntur. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod finis virtutum est duplex, scilicet primus et immediatus, et est finis earum ultimus. Quantum ad primum finem et immediatum diverse sunt virtutes anime, non habent reductionem ad aliquam virtutem; quantum autem ad finem ultimum ad quem singule ordinantur in eodem genere vel individuis est unitas earum et reductio ad unam virtutem. Omnes enim virtutes sensibiles ad unum finem ultimum ordinantur, scilicet ad cognoscendum formas corporales, et quantum ad hoc regulantur a sensitiva communi; et omnes vegetabiles ad regendum corpus, et quantum ad hoc regulantur a virtute vegetativa corporis. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod licet potentie anime reducantur ad unam primam, non tamen est propter hoc una potentia que immediate egrediatur ab anima et mediante qua alie ab anima egrediantur; immo omnes ab anima immediate egrediuntur sicut a sua radice. Sed illa ad quam alie reducuntur est superior ad ipsas. Unde non reducuntur ad ipsam sicut ad illud a quo fluunt, sed tamen ad illud per quod in suis operationibus regulantur et in acquirendo fine ultimo ad quem ordinantur.

Co

Consequenter etiam questio sic proceditur et queritur utrum potentie anime reducantur ad aliquam primam radicem que sit substantia anime, et ostenditur quod sic. Ex substantia est causa et radix suarum potentiarum. Ergo cum anima habeat potentias, patet quod potentie anime ad substantiam anime reducuntur. ¶ Secunda ratio hec est: una potentia vigens retrahit aliam a suis operationibus. Hoc autem non est nisi quia potentie anime habent colligantiam in aliqua prima radice. Hoc autem non est nisi substantia anime. Ergo potentie anime reducuntur ad unam primam radicem que est substantia anime. ¶ Tertia ratio hec est: anima dat esse corpori et est principium operationis in corpore, et propter hoc diversas sui unionis cum corpore; per unionem sue substantie dat esse corpori, per unionem potentiarum est principium operationis. Sed operatio reducitur ad esse, tactus secundus ad primum, et diversitas partium ad unitatem totius, et ad temperantiam complexionis. Ergo diversitas potentiarum ad unitatem substantie anime reducitur sicut ad primam radicem. ¶ Ad oppositum: si omnes potentie anime reducuntur ad substantiam anime, ergo cum omnes differentie anime habeant ordinem ad invicem, omnes differentie anime reducuntur ad unam substantiam. Hoc autem est falsum, quia sic omnes differentie anime essent una substantia. ¶ Ad hoc dicendum est quod omnes potentie anime reducuntur ad substantiam anime tamquam ad radicem primam in qua radicantur. ¶ Ad rationem in contrarium dicendum est quod non propter hoc sequitur ex tres differentie anime sint una substantia, sed quod solum una sit superior ad alias, quia illas regulet et secundum cuius regulationem et exigentiam alie operantur, et hec est intellectiva, et hec in eodem corpore sicut in homine; et in aliis non habent ordinem.

Qo. 3. 208

Co

Consequenter etiam questio sic proceditur et queritur utrum substantia anime sit eadem cum suis potentiis, et ostenditur quod sic, sicut dicit Augustinus: anima humana in hoc est simillima creatori et trinitati, quia sicut quelibet trium personarum est una substantia divina, sic quelibet potentia anime est substantia anime; et similiter est de aliis intelligendum que simplices sunt, et sic anima eadem est cum suis potentiis. ¶ Secunda ratio hec est: sicut dicit Augustinus in libro de anima … sic se habet tota anima ad totum corpus ita … partes anime ad partes corporis, et partes anime sunt perfectiones cuiuslibet partis corporis. Sed partes anime sunt potentie anime, et alias partes non habet anima. Ergo necesse est quod quelibet potentia anime perficiat partem corporis. Sed nichil

Qo. 3. 209

perficit nisi forma, ergo quelibet potentia anime est forma partis corporis. Set non est quelibet forma set forma substantialis. Forma vero substantialis corporis animati est anima, ergo quelibet pars anime est anima tamen quelibet pars vel potentia anime sit forma substantialis partis corporis. ¶ Tercia ratio hec est. differentie completiue rerum animatarum accipiuntur a potentiis anime ut sensibile accipitur a potentia anime sentiendi et rationale accipitur a potentia ratiocinandi. Set differentie sunt in genere substantie, ergo et potentie anime sunt in genere substantie. Set non sunt nisi in genere substantie que est forma et non aliquibus forme set forme que est anima, ergo quelibet potentia anime est in genere anime et non est eius accidens, ergo quelibet potentia anime est eadem cum anima. ¶ Ad oppositum anima est una per essentiam equaliter existens in qualibet parte corporis potencie autem corporis sunt diuerse per essentiam non existentes equaliter in qualibet parte corporis set coartate ad singulas partes corporis et operationes, ergo anima non est eadem cum illis per essentiam quia ei accideret multiplicitas essentie quod est inconueniens. ¶ Secunda ratio hec est. anima comparatur ad corpus sicut principium esse quod est uita et sicut principium operationis secundum quod anima est principium esse et vite respondet ei aptitudo corporis distincta a quietate et equalitas complexionis secundum quod est principium operationis ei respondet diuersitas partium corporis et aptitudo anime coniunctum ad hoc est diuersitas potentiarum set per idem non per easdem conditiones est anima principium actus primi et secundi, ergo cum anima per essentiam vel per substantiam sit principium esse vel vite quia est actus primus per potentias sit principium operationis quod est actus secundus patet quod anima non est eadem cum suis potentiis. ¶ Tercia ratio hec est. si anima esset eadem cum suis potenciis in quocumque esset substantia anime in eodem esset potentia anime qualibet, ergo in quolibet inuenta sit substantia anime in quolibet inuenta erit quelibet potentia anime hoc autem est falsum quia quedam sunt animalia que habent tactum et non habent alias potencias sensitiuas. ¶ Ad hoc dicendum quod quidam posuerunt quod anima esset eadem cum qualibet suarum potentiarum. Dicendum autem est quod anima differt a qualibet suarum potentiarum. ¶ Ad primam rationem dicendum est quod intellectus est nomen substantie et potentie secundum quod est nomen potencie differt a substantia anime. secundum quod est nomen substantie non differt a substantia anime. sicut est omnino simile de potentiis actiuis ad ipsam animam. quia anima multum elongatur a simplicitate ipsius creatoris in substantia et potentia.

¶ Ad secundam rationem dicendum est quod anima comparatur ad corpus vel secundum quod dans esse et sic perficit per suam substantiam corpus et partes corporis. vel secundum quod dat operationem et sic perficit partes corporis per suas potencias et sic potentie eius respondent partibus corporis non quia dent eis esse set solum operationem. ¶ Ad terciam rationem dicendum est quod differentie non accipiuntur a potenciis anime set a substantia anime proprie. rationale enim secundum quod accipitur a potentia anime non est proprie differentia hominis completiua set consequitur ad complementum ipsius set secundum quod est differentia hominis completiua accipitur a substantia anime tamen quia circumlocuimur differentiam anime completiuam per potenciam siue perfectionis ut rationale id est aptum natum ratiocinari

## ¶ Paragraphus secundus de comparatione anime ad suas differentias ¶ Continuationis

**¶ Manifestum est autem quoniam eodem modo una est ratio anime et figure et cetera** ¶ Determinata est distinctio animae differentiarum per operationem ad obiecta participantia ipsius In hac parte tangit secundum quem modum una diffinitio anime suis differentiis applicetur Et hoc pars pertinet ad presentem speculationem. ¶ Diuisio. ¶ Recipit autem diuisionem hec pars in duas in quarum prima tangit modum diffinitionis anime communem et propriam vel differentiarum ipsius ¶ In secunda ibi in hac. ¶ **Similiter autem se habent ea que sunt de figuris ad ea que sunt secundum animam etc.** ¶ Determinatur modus ordinis naturalis differentiarum anime adinuicem secundum se habent prius et posterius accipientes communem diffinitionem et propriam ¶ Prima autem istarum partium recipit diuisionem in duas partes. ¶ In quarum prima tangit modum diffinitionis in secunda ibi in hac. anime communem et propriam vel suarum differentiarum. ¶ In secunda ibi in hac. ¶ **Unde ridiculum est querere communem rationem et cetera** ¶ Concludit ex predictis quod una diffinitiua anime que inquirit communem diffinitionem absque propria exigentia singularum differentiarum anime est insufficiens. ¶ Secunda pars principalis recipit diuisionem in duas. ¶ In quarum prima ostendit ordinem naturalem differentiarum anime adinuicem. In secunda ibi in hac. ¶ **Propter quam autem causam quomodo sic se habeant considerandum est etc.** ¶ Secundum predictam

ordinem earum ad invicem comparat, causam illius determinans. ¶ Divisionis recollectio. ¶ Dividitur ergo in presenti lectione in partes quatuor. ¶ In quarum prima tangit comparationem modi diffinitionis anime ad suas differentias. ¶ In secunda concludit quod diffinitio universalis anime non sufficit absque propriis diffinitionibus singularium differentiarum. ¶ In tertia tangit ordinem naturalem differentiarum anime. ¶ In quarta secundum ordinem prius assignatum earum ad invicem comparat, causam ordinis determinans. ¶ Hec est divisio huius partis.

¶ **Sententia prime partis de comparatione modi diffinitionis anime ad suas differentias**

¶ Circa primam partem procedit philosophus hoc modo dicens quod similitudinem extra rem in figuraturis diffinitionibus et diffinitionibus anime et ipsius differentiarum est similitudo talis: sicut se habet diffinitio universalis figure et diffinitiones proprie singularum figurarum ad figuras singulas, sic se habet diffinitio anime universalis et diffinitiones proprie singularum differentiarum eius ad anime differentias. Sed in figuris est quedam diffinitio communis que convenit figure universaliter ita quod nulli particulari appropriatur, immo ad omnes extenditur, et sunt diffinitiones proprie per quas singule figure particulares ad invicem distinguuntur. Et figura universalis nichil est preter particulares, et similiter universalis diffinitio nichil est preter proprias diffinitiones. Ergo eodem modo in anima et eius differentiis est quedam diffinitio universalis que omnibus eius differentiis convenit et nulli est propria, et sunt proprie singularum diffinitiones per quas singule differentie ad invicem distinguuntur, et anima universalis et eius diffinitio nichil est preter differentias eius particulares et diffinitiones proprias singularum.

¶ **Sententia secunde partis in qua concluditur quod diffinitio universalis anime non sufficit ad notionem singularum absque specialibus diffinitionibus**

¶ Consequenter concludit ex predictis quod ex quo non est anima preter particulares eius differentias neque diffinitio universalis preter particulares anime differentias et diffinitiones proprias, ridiculosum est querere diffinitionem anime universalem que ita assignetur universaliter de anima ut nulli eius differentie conveniat et dimittatur propria diffinitio singularum differentiarum eius. Secundum dictum est autem quod diffinitio assignata de anima non est talis, immo omni differentie anime convenit, tamen non sufficit ad cognitionem singularum ipsius differentiarum nisi ad specialem diffinitionem singularum differentiarum descendamus. Sed diffinitio quam reprobat auctor non est competens nec sufficiens, immo est ridiculosa.

¶ **Sententia tertie partis de naturali ordine differentiarum anime**

¶ Consequenter accedit ad partem illam in qua determinat naturalem ordinem differentiarum anime ad invicem, in cuius declaratione predicta similitudo declaratur. ¶ In illa vero parte duo intendit. Primo enim tangit ordinem differentiarum anime dicens quod eadem ratio est in differentiis anime et in omnibus figuris a parte ordinis earum ad invicem et a parte suarum diffinitionum specialium et diffinitionis communis. In figuris autem est talis ordo ut semper in figura posteriori est prior, sicut in quadrangulo est triangulus secundum potentiam. Ergo in differentiis anime hoc idem contingit ut semper in differentia posteriori existat prior, sicut in eo in quo est differentia sensibilis est differentia vegetabilis. Secundo vero intendit ostendere ex predictis quod non solum sufficit inquirere universalem anime diffinitionem, sed etiam necesse est inquirere propriam uniuscuiusque differentie diffinitionem, ut inquiratur que est diffinitio anime plante et bruti et hominis. Hec autem intendit cum dicit: **Quare unumquodque querendum est etc.**

¶ **Sententia quarte partis de comparatione differentiarum anime ad invicem per naturalem ordinem et de causa huius ordinis**

Consequenter accedit ad partem illam in qua tangit causam predicti ordinis naturalis vegetabilis ad alias differentias. ¶ Incipit scilicet in hac: ¶ **Sine autem sine eo quod potest tangi et cetera.**

¶ Tangit ordinem differentiarum sensibilium ad invicem et ad intellectivam. Dicit ergo quod dictum est super quam causam virtutes anime se habent secundum predictum modum. Et tangit manifestationem huius modi in differentia vegetabili dicens quod sine vegetabili differentia sensibilis non potest esse, sed e converso vegetabilis potest esse sine sensibili, sicut in plantis; et que habent se hoc modo, unum est prius altero; ergo vegetabilis est prior sensibili. Deinde tangit comparationem aliarum differentiarum ad invicem, et in illa parte duo intendit. Primum est determinare comparationem sensus primi, scilicet tactus, ad alias differentias, dicens quod sine tactu alie virtutes sensibiles non possunt esse, sed solus tactus potest esse sine aliis. Et hoc ostendit dicens quod multa animalia sunt in quibus neque est visus neque auditus neque olfactus, sed solus tactus. Et reducit gustum ad tactum: animal enim quod alitur nutrimento, cuius sapore consistit in solis quatuor qualitatibus que sunt obiectum tactus, habet tactum sive gustum. Videntur autem multa animalia ergo tu

carere sic spongia marina et similia. Deinde secundo in
parte illa tangit comparationem diversarum virtutum que
sunt partes in animalibus ad invicem cum dicit. Viventium
sitivorum alia quidem habent secundum lo
cum motum et cetera. Et in illa parte mul
ta dicit. Primo enim ponit divisionem animalium secundum
participationem diversarum sensibilium dicens quod quedam
sensibilia participant virtutem motivam secundum locum
et quedam non. et tamen quedam habent intellectum et hoc est
principium simplicissimum ad quod status est omnium a
nimalium et secundo nature et illa participant animum et mentem
per animum autem anima dirigitur in operatione per mentem
vero cognoscitur et operationum discretione. De
inde penes predictam distinctionem assignat ordinem dif
ferentiarum anime ad invicem dicens quod in quibus vi
ventibus viventibus corruptibilibus inest animus vel intel
lectus continuum ad superiorem eius virtutem eidem
insunt omnes alie anime differentie sicut hominibus
et loquitur de corruptibilibus ut excludat corpora supe
riora in quibus secundum philosophos est appetitus et intellectus
sine aliis anime differentiis. Et secundo ut excludat
substantias separatas in quibus est intellectus sine aliis a(ni)me
virtutibus sed non convertitur e converso. ut quibus insunt
alie quod eisdem insit intellectus est multa sunt que
non habent ymaginationem. et multo fortius neque co
gnitionem. sed in tantum ergo nec intellectum. Multa enim a
nimalia sola ymaginatione vivunt. sicut virtute
superiori quedam alia superiori carentia ut et alius in
ferioribus scilicet ymaginatione vivant. Ex hiis
autem potest elici talis ratio. Quecumque sic se habent quod
et in quibus cumque sunt. quedam eorum in eisdem
sunt reliqua et non e converso. habent ad invicem ordinem
naturalem secundum prius et posterius. Sed differentie
anime sunt huiusmodi sicut ostensum est. ergo differentie
anime habent naturalem ordinem ad invicem secundum
prius et posterius. Verum speculativum intellectum qui
est supremus inter omnes virtutes anime exclu
dit ab aliis virtutibus propter suam nobilitatem dicens
quod de ipso est altera scientia ratio. et de ipso est ser
mo extra naturam cum non videatur esse anima
vel pars anime sed videatur habere diversitatem ad
alias anime differentias. Et esse ex natura superiori
que est supra animam. In fine autem tangit e
pylogum universalem huius totalis partis dicens ex decla
ratum est ex predictis. ex quo convenienter est in hac scientia de
terminare propriis diffinitiones anime. que singulis
ipsis differentiis appetentur ut procedatur ad diffini
tiones universales. Et in hoc consistit manifesta
tio intentionis.

Circa partem istam. Quinque sunt inquirenda. Primum
enim est utrum anima intellectiva sit prior aliis dif
ferentiis anime per naturam. Secundum est utrum ipsa pos
sit in corpore esse sine aliis. Tertium est quo modo diffe
rt virtus vitalis que reducitur ad animam vegetativam
qua vivimus a virtute cordis vitalis. Quartum
est utrum virtus vitalis animalis et naturalis sint
una virtus an diverse. Quintum est utrum vita
insit univoce an equivoce omnibus viventibus.
Sextum est per quam naturam viam est devenire in
noticiam potentiarum anime.

Circa primum est utrum anima intellectiva precedat alias
naturaliter an sit illis posterior. et ostenditur quod
sit prior eis secundum naturam. ordo est in substantiis ita
ex se magis spirituales et magis perfecte et magis sepa
rate a materia sunt priores aliis que habent oppositas con
ditiones. Sed anima intellectiva habet istas conditiones.
anima vegetabilis et sensibilis habent oppositas conditiones ergo
anima intellectiva prior est secundum naturam quam anima
vegetativa. Secunda ratio hec est sicut vult Aristoteles anima
prior est corpore et antiquior ergo anima que non habet condi
tiones corporis est prior illa que habet magis conditiones
corporis. Sed anima intellectiva magis remota est a con
ditionibus corporis quam anima vegetabilis et sensibilis ergo
anima intellectiva est prior secundum naturam quam anima
vegetabilis et sensibilis. Ad oppositum. dispositiones ma
teriales precedunt introductionem forme in materia per na
turam. Sed anima vegetativa et sensibilis sunt dispo
nentes ad introductionem anime intellective in corpore.
ergo sunt priores quam anima intellectiva. Secunda ra
tio hec est illa que sunt in omnibus illis in quibus est
alterum et non e converso sunt priora illo. Sed in quibus cumque est
anima intellectiva in eisdem est anima sensibilis
et vegetativa et non e converso. ergo anima vegetabilis et
sensibilis sunt priores secundum naturam quam intelle
ctiva. Ad hoc dicendum est duobus modis est prius et
enim prius in via generationis et incompletionis et
hoc modo anima vegetabilis et sensibilis precedit
intellectivam. Est iterum prius in via completionis
cognitionis et diffinitionis et hoc modo anima in
tellectiva prior est secundum naturam illis et sic sim
pliciter non est prior illis secundum naturam ex tunc probant
rationes. Ad primam rationem in contrarium dicendum quod
substantia spiritualis est duplex quedam que est dependens a
materia quedam independens. Et ideo talis non est prior
illis Et ideo anima intellectiva non est simpliciter
prior aliis que disponunt ad ipsam sed est posterior

q̄ones

Ce

Ad

cessus in via generationis et incompletionis. ¶ Ad secundam dicendum
est, quod in via generationis corpus precedit animam et similiter
ille que magis sunt corporales differentie anime precedunt
animam intellectivam, et sic anima intellectiva in via comple-
tionis precedit corpus et est antiquior eo, ita precedit in
via illa alias differentias anime.

Co. ij. ¶ Contra secundam conclusionem sic proceditur: et est quod anima intellectiva
possit esse in corpore sine aliis differentiis anime que sunt
anima vegetativa et sensibilis, et ostenditur quod sic: quia proprium
est substantiarum spiritualium ut imprimant supra substantias corporales
et non econverso, et sine medio. Ergo anima intellectiva cum
sit substantia spiritualis potest imprimere supra corpus absque
virtutibus intermediis, que sunt virtus sensitiva et ve-
getabilis. Ergo non indiget illis ad hoc ut regat corpus. Ergo
anima intellectiva potest esse in corpore absque aliis diffe-
rentiis anime. ¶ Secunda ratio hec est: in corpore celesti
est motus ab intellectu secundum auctores, et hoc sine ali-
is differentiis anime, scilicet sine vegetabili et sensibili. Ergo
sicut intellectus movet et perficit corpora superiora sine aliis
differentiis anime, similiter et intellectiva anima potest
movere et perficere corpus humanum sine aliis diffe-
rentiis anime, scilicet sine vegetabili anima et sensibili. ¶ Ad
oppositum: corpus cuius anima intellectiva est perfectio est
natum dissolvi; ergo necesse est quod habeat virtutem per
quam restauretur ad hoc ut conservetur. Hec autem
virtus est anima vegetabilis. Ergo corpus quod perfi-
citur ab anima intellectiva necesse est habere animam
vegetabilem. Item per illam conservatur in suo simili per
virtutem generativam. Item intellectus perficitur in accipiendo
formas corporales prout corpori applicantur. Forme autem
corporales in sensu representantur. Ergo ubi est intellectus
necesse est audire sensum a quo accipiat intellectus formas.
Ergo anima intellectiva non potest esse in corpore sine anima
vegetabili et sensibili. ¶ Secunda ratio hec est: anima intellecti-
va est simplex, corpus vero compositum, et inter simplex
et compositum est medium uniens ipsa. Ergo inter animam
intellectivam et corpus sunt virtutes medie ad v-
niendum animam intellectivam cum corpore, et hec
sunt virtutes vegetabiles et sensibiles, et medium uni-
endi animam sensibilem cum corpore est spiritus, medium
autem uniendi vegetabilem cum corpore est calor natu-
ralis, et ita anima intellectiva non potest esse in corpore
sine anima vegetabili et sensibili. ¶ Ad hoc dicendum est quod anima
intellectiva non potest esse in corpore sine anima vege-
tabili et sensibili que famulantur ei et faciunt corpus
esse habile ad receptionem anime intellective. ¶ Ad pri-
mam rationem in contrarium dicendum est quod substantia spiritualis est
duplex: quedam est perfectio corporis, et hec non potest corpus per-
ficere nec imprimere supra sine aliis virtutibus

mediantibus. Et est alia que non est perfectio corporis, et
hec potest movere corpus et imprimere aliquid supra ipsum
sine intermedio, et maxime sine aliis substantiis spiritualibus
intermediis. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod non est simile de
intelligentia que movet corpus celeste et de illo qui est
perfectio corporis humani, quia corpus celeste non eget virtu-
te vegetabili quia in suo esse conservatur cum sit perpetuum,
nec eget virtute sensibili cum non sit necesse ei apprehen-
dere formas corporales. Item magis habile est ad recipien-
dum influentiam sui motoris sine mediis quam
corpus humanum ad recipiendum influentiam ab a-
nima intellectiva, et ideo corpus celeste non indiget
virtutibus mediis ad hoc ut perficiatur ab influentia
sui motoris sicut corpus animatum ad hoc ut ab ani-
ma intellectiva perficiatur, et ideo non potest anima
intellectiva esse in corpore humano sine anima vege-
tabili et sensibili, et sic patet solutio.

Co. 3. ¶ Contra tertiam conclusionem sic proceditur, et est quod omnino
virtus vitalis qui reducitur ad animam vegetabilem
ab illa que radicatur in corde, quia virtus vitalis est que
est ab anima vegetabili, est in omni virtute vivente, sicut
et anima vegetabilis; virtus autem vitalis que radicatur
in corde solum est in animalibus. Ergo hec virtus fundatur
in anima sensibili et illa in vegetabili. Ergo differunt iste
virtutes vitales. ¶ Ad oppositum ponit auctor radi-
cem et primum principium vite esse animam vegetabilem.
Ergo omnis virtus vitalis ad animam vegetabilem redu-
citur. Ergo non differt illa que radicatur in anima vegetabili
ab illa que in corde radicatur, quia illa etiam que in corde ra-
dicatur ad animam vegetabilem reducitur et non dif-
fert ab alia omnis immo virtus vitalis radicatur in anima

Co. vegetabili. ¶ Ad hoc dicendum est quod duplex est virtus
vitalis: quedam est universalis que convenit cunctis differentiis
anime, et hec predicatur de omnibus virtutibus vitalibus
et non dividitur ex opposito contra aliquam virtutem
vitalem. Est autem que est propria et divisa contra
alias, et hec est duplex. ¶ Una que fundatur in
anima vegetabili in qua conveniunt omnia viventia, et hec
est in plantis et in animalibus. Alia autem est que movet
cor et arterias secundum dilatationem et constrictionem et
infundit spiritum et calorem naturalem et vitam toti cor-
pori, et secundum istam divisionem medicus ponit tres vir-
tutes, scilicet virtutem naturalem et hec fundatur in anima
vegetabili et operatur sic natura in nutriendo, augendo, ge-
nerando. Alia est que movet cor et arterias quam appellant
vitalem vel spiritualem. Tertiam vero appellant anima-
lem vel sensibilem, et una radicatur in anima ve-
getabili, alie due in sensibili, sed tertia radicatur in ipsa
propter cognitionem scilicet sensibilis

Con. 2a

Circa secundam conclusionem sic proceditur et queritur utrum ille tres virtutes sint una virtus et differant solum per operationem et organa. Et ostenditur quod differunt per essentiam in genere potentiarum vel virtutum et secundum operationes et organa. Secundum est: virtus naturalis radicatur in anima vegetabili et ideo communicatur a plantis et brutis et ab hominibus. Virtus vero vitalis radicatur in anima sensibili cum a solis animalibus percipiatur et similiter virtus animalis. Ergo cum anima vegetabilis et sensitiva differunt per essentiam in genere potentiarum patet quod virtus vitalis et animalis differunt per essentiam a virtute naturali. Item virtus vitalis consistit in movendo cor et arterias, virtus animalis consistit in cognoscendo. Sed omnes tales virtutes per essentiam differunt in genere virtutum. Secunda ratio hec est: virtus naturalis radicatur in virtute vegetabili et non habet naturam cognitionis nec possibilis est ad cognitionem; virtus autem animalis possibilis est ad cognitionem et discretionem. Item virtus vitalis cum sit motiva cordis et arteriarum, cum virtus fundetur in anima sensibili, non tamen ordinatur ad cognitionem. Videtur enim Avicenna quod virtus motiva et apprehensiva differunt per essentiam in genere potentiarum et virtutum, et maxime illa cum movetur solum ad vitam et non ad cognitionem, quam appellamus vitalem. Ergo virtus vitalis differt per essentiam a virtute animali. Item differt a naturali cum non radicentur super eandem per essentiam sed diversa. Ergo ille tres virtutes in genere virtutum et potentiarum differunt per essentiam. Ad oppositum: ille tres virtutes sumuntur ipso quo operantur mediantibus spiritibus, et ipse unus et idem in subiecto est, differens per applicationem ad operationes diversas et organa. Prout enim applicatur ad cor dicitur vitalis; prout autem applicatur ad epar dicitur naturalis; prout autem applicatur ad cerebrum dicitur animalis. Ergo similiter ille virtutes sunt eedem in subiecto, differentes solum per applicationem ad organa diversa et operationes.

Co. Ad hoc dicendum est quod quidam posuerunt istas tres virtutes esse unam per essentiam et non differre nisi per applicationem ad organa diversa et operationes diversas, ponentes simile in spiritu sicut dictum est. Dicendum autem quod differunt per essentiam in genere potentiarum, licet sint eedem in subiecto. Ad rationem in contrarium dicendum quod non est simile de spiritu et de istis tribus virtutibus, quia ipse est res corporalis que potest secundum maiorem subtilitatem et minorem in diversa spirituum genera transmutari et ad diversas operationes in diversis organis ordinari. Virtutes vero anime non recipiunt hanc transmutationem, immo habent fixas et determinatas a natura.

Circa tertiam conclusionem sic proceditur et queritur utrum vita dicatur univoce vel equivoce in omnibus viventibus. Et ostenditur quod dicatur univoce de omnibus viventibus, quia omnia viventia consistunt in eodem genere. Illud autem est genus substantia vivens. Sed genera dant sua nomina et diffinitiones eis quorum sunt genera, sicut dicitur in libro vegetabilium. Omne autem tale univoce dicitur de omnibus de quibus dicitur. Ergo substantia vivens univoce dicitur de omnibus viventibus. Hoc autem non est nisi per vitam. Ergo vita est univoce in omnibus viventibus. Secunda ratio hec est: vita egreditur ab unione anime cum corpore, secundum quod anima est perfectio corporis organici habentis vitam. Sed anima existit univoce in quolibet corpore et dat esse univocum cuilibet corpori. Ergo vita est univoce in omnibus viventibus. Minor patet, quia anima dat esse vivens cuilibet corpori. Tertia ratio hec est: vivere viventibus est esse in genere substantie quod est esse substantie. Sed esse eorum que sunt in genere eodem est dictum univoce. Ergo vivere in omnibus viventibus est dictum univoce et non equivoce. Quarta ratio hec est: homo communicat cum omnibus creaturis: et cum entibus communicat in esse, cum viventibus communicat vitam, cum sensibilibus communicat in sensu, cum intellectualibus communicat cum intellectu. Hec autem communicatio est univoca et non equivoca, cum sit communicatio in genere substantie. Ergo omnia entia univoce communicant cum homine in esse et omnia viventia communicant cum homine univoce in vita. Ergo vita dicitur univoce de omnibus viventibus et non equivoce. Ad oppositum: vita in viventibus est ab anima vegetabili que communis est in omnibus viventibus. Sed anima vegetabilis non est eiusdem speciei aut nature et proportionis in omnibus viventibus, ut ostensum est. Ergo nec vita. Ergo vita non est univoce in omnibus viventibus. Secunda ratio hec est: vivere in plantis est ab anima vegetabili, in brutis est ab anima sensibili, in homine autem est ab anima intellectiva, et ita secundum diversas differentias anime est vivere in omnibus viventibus. Sed in istis differentiis anime est diversa natura dandi vitam et vivendi et diversum regimen. Ergo et diversa vita et non univoca. Ergo vita non est univoce in omnibus viventibus. Tertia ratio hec est: anima comparatur ad corpus duobus modis: uno modo secundum quod dat esse, alio modo secundum quod est principium operationis. Et primo modo ipsi anime apte corporis respondet equalitas complexionis; alio modo diversitas partium. Sed neque est eadem complexio in omnibus viventibus, si univoca sit eiusdem, si non eadem natura organorum, nec univoca, sed incomparabilis; propterea id regimen immo equivocum. Ergo nec eadem vita vivifica, immo equivoca. Ergo vita non est

univoce in omnibus viventibus. ¶ Ad hoc dicendum est quod vita est duobus modis: est enim quedam vita que est communis ad omnes actus primos, que vita egreditur a differentiis anime quinque. Et est alia vita que egreditur ab anima vegetativa in omnibus viventibus, et prima vita est communis per predicationem. Secunda autem est communis per radicationem, quia radicatur in quodam primo quod communiter est in omni vivente. Hoc autem est anima vegetabilis, et a prima vita dicuntur omnia viventia, et illa vita contrahitur per suas differentias ad vegetativam, sensitivam et intellectivam. Secunda autem vita non denominat implendo nisi sola vegetativa. Hec autem secunda vita non est univoce in omnibus viventibus, similiter nec prima vita nisi uno modo univoce. Quot enim modis est communitas et diversitas essentie, tot modis est univocatio et equivocatio. Diversitas autem essentie est quattuor modis: uno modo secundum quod essentia nominat naturam fixam et determinatam, et hoc modo vita non est eadem per essentiam in omnibus viventibus, nec prima nec secunda. Est autem alia diversitas essentie que est diversitas nature, et hoc modo dicitur omnis aqua esse eadem per essentiam omni aque, quia sunt eiusdem nature. Et hoc modo esse et vita non est eadem per essentiam in omni vivente, et ita quantum ad istos duos modos non est vita univoce in omni vivente, nec prima vita nec secunda. Et hoc probant rationes ad oppositum. Est autem alia diversitas essentie que est diversitas intentionis. Et hoc modo universale est idem per essentiam secundum quod est in pluribus singularibus, et hoc modo vita est eadem in omni vivente et univoca, scilicet secundum intentionem solum. Et quantum ad hoc procedunt rationes hii probantes. Est vero quarta diversitas essentie que est diversitas modi accipiendi, secundum quod dicitur quod omnia sunt in eodem numero per essentiam; hoc autem est verum per modum accipiendi. Et de hac diversitate per essentiam non curamus, et est secundum istam vita est univoce in omnibus viventibus, et loquor de prima et secunda vita. Et per hoc solvuntur rationes ad utramque partem, quia quedam illarum procedunt secundum unam partem, alie autem secundum aliam partem, sicut visum est.

¶ Co. 5. ¶ Ad quintum sic proceditur et queritur per quam viam est devenire in cognitionem potentiarum anime. Et ostenditur quod per operationes et obiecta: per illa que magis nota sunt in scientia est devenire ad minus nota, quia sic vult Aristoteles: innata est nobis via a prioribus et notioribus in ignotiora et certiora. Sed operationes et obiecta sunt manifestiora quam potentie, sic vult Aristoteles, ergo per operationes et obiecta est devenire in cognitionem potentiarum. ¶ Secunda ratio hec est: sicut vult Aristoteles, actus et obiecta precedunt potentias secundum rationem diffinitionis et cognitionis, ergo ab illis est incipiendum in scientia que sunt priora via cognitionis; ergo ad habendum cognitionem potentiarum est incipiendum ab operationibus et obiectis. ¶ Ad oppositum: scientia procedit per priora secundum naturam, sed potentie sunt prima et radices a quibus eliciuntur actus, ergo potentie secundum naturam precedunt operationes et actus; ergo incipiendum est a potentiis ad cognitionem actuum et operationum et non e converso. ¶ Tertia ratio hec est: omnis substantia est causa suarum operationum, et operationes sunt accidentia ipsius substantie, sed substantia precedit accidens, ergo substantia precedit suas operationes. Potentia vero media est inter ipsam substantiam et suas operationes, ergo potentie precedunt operationes, ergo a potentiis incipiendum est et non ab operationibus. ¶ 3ª ¶ Ad hoc dicendum est quod in scientia de anima incipit Aristoteles ab obiectis et operationibus ad potentias anime. Substantia enim anime cognoscitur per suas potentias, et potentie cognoscuntur per operationes, operationes autem cognoscuntur per obiecta, et ideo ab obiectis ad operationes procedendum est et ab operationibus ad potentias. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod prius est duobus modis: est enim prius tempore et prius natura. Item est prius simpliciter et quo ad nos. De prioritate temporis non curamus; de prioritate autem quo ad nos actus sunt priores potentiis, et obiecta actibus, cum nobis sint manifesta. Prioritas autem simpliciter et quo ad naturam est duplex: aut in via generationis aut complectionis et finis nature, et sic potentie precedunt actus; aut est prius natura in via complectionis et cognitionis, et hoc modo obiecta precedunt actus et actus vel operationes potentias, et secundum hec priora precedit scientia, et ideo in scientia incipiendum est ab obiectis ad operationes et ab operationibus ad potentias. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod licet substantia precedat potentias per naturam et potentie operationes, tamen in via complectionis cognitionis potentie precedunt substantiam et operationes potentias; substantia namque manifestatur per potentias et potentie per operationes et operationes per obiecta. ¶ Sermo de virtute universali convenit ad vitam et generationem.

¶ Capitulum tertium de speciali sermone et virtutes anime. Sermo de universali continens duos paragraphos, in quorum primo continente tres distinctiones agitur de virtute prout est principium vite et generationis. ¶ Prima autem distinctio est de eius primis obiectis operibus

Ca. 3.

¶ Continuatio intentionis

¶ Necessarium autem est debentem
inventionem facere et cetera

¶ Postquam assignavit philosophus distinctionem differentiarum anime
et ordinem naturalem et ostendit quod diffinitio universalis a-
nime non sufficit in cognitione sue substantie et differentiarum eius
¶ In hac parte specialiter de singulis eius differentiis determi-
nat. ¶ Divisio. ¶ Recipit autem hec pars in duas
¶ In quarum prima determinat modum procedendi circa ip-
sas. ¶ In secunda in hac. ¶ Vegetativa enim
anima et aliis inest et propria et
maxime communis anime potentia et
cetera. ¶ De singulis differentiis anime per ordinem
determinat. ¶ Secunda autem pars recipit divisionem in duas par-
tes in quarum prima determinat de illis differentiis anime
que alicuius partis corporis sunt actus et que omnino a corpore de-
pendent. Quarum una est vegetabilis et altera sensibilis
¶ In secunda in hac. ¶ De parte autem anime
qua anima intelligit et sapit et cetera.
¶ Determinatur de illa que nullius partis corporis est actus
et hec est intellectiva. ¶ Et prima pars continet unam
partem huius secundi tractatus ¶ Secunda autem continet tertium
tractatum. ¶ Prima autem pars recipit divisionem in
duas partes. ¶ In quarum prima determinat de prima differentia
anime que est principium esse que est vegetabilis. ¶ In
secunda in hac. ¶ Determinatis autem hiis dicemus
communiter de omni sensu et cetera. ¶ Determinat de al-
tera differentia que est principium cognitionis que est sensi-
bilis ¶ In hoc igitur capitulo determinat de differentia vegetabili
et de virtutibus et operationibus et obiectis ipsius. ¶ Hec
autem differentia habet duas virtutes scilicet generativam que est
principium esse et conservationis rei in suo simili ¶ Al-
tera est nutritiva que est principium conservationis
rei in se ipsa et si quid dividitur per nutritivam quod
ordinatur ad conservationem sui et augmentativa que or-
dinatur ad perfectam et debitam quantitatem sui ¶ Re-
cipit igitur hoc capitulum divisionem in duas partes. ¶ In
quarum prima determinat de anima vegetabili quantum ad vir-
tutem generativam et operationem ipsius. ¶ In secunda in
hac. ¶ Est autem anima viventis
corporis causa et principium et cetera. ¶ Osten-
dit secundum tres modos causarum anima comparatur ad
corpus et hoc primo supposuerat. ¶ Prima iterum istarum
partium spectat ad perfectam speculationem cum illa par-
te in qua tangit modum procedendi circa differentias anime
¶ Sunt igitur in secunda prima partes due. ¶ In quarum
prima determinat modum procedendi circa differentias anime
¶ In secunda determinat de differentia vegetabili a parte virtutis ge-
nerative et operationis eius. ¶ Prima iterum pars iterum re-
cipit divisionem in duas in quarum prima ostendit modum
procedendi circa speciales anime differentias. ¶ In secunda scilicet
in hac. ¶ Si autem congruit dicere
quid unaqueque ipsarum et cetera. tangit vi-
am secundum quam ad cognitionem anime est procedendum
scilicet a potentiis ad actus et ab actibus ad potentias. ¶ Secunda
pars principalis recipit divisionem in duas in quarum pri-
ma dividit animam vegetabilem per suas potentias ¶
In secunda scilicet in hac. ¶ Naturalium enim omni-
bus viventibus inest et cetera. ¶ Determinat de
operatione prime virtutis eius que est generativa.
¶ Hec est divisio huius partis. ¶ Sententia pri-
me partis de modo procedendi circa
anime differentias. ¶ Circa primam partem proce-
dit philosophus hoc modo cum determinatum sit quod
diffinitio universalis anime predicta non sufficit in cognitionem
anime. nisi singularum differentiarum eius diffinitiones speciales
assignare. et ideo necesse est artificem tradentem sci-
entiam de istis differentiis anime determinare diffi-
nitiones speciales singularum differentiarum ipsius dicendo quid
unaqueque sit. et etiam investigare contingentia circa ip-
sas que sunt conditiones incidentes sicut hec est utrum
intellectus sit abstractus an non. et consimiles
et etiam proprietates singularum quoniam habetur perfecta deter-
minatio. et ex illa unitio ipsarum ¶ De via vero per quam proce-
dit predicta cognitio ¶ Iterum determinat per quam vi-
am huiusmodi cognitio habetur ¶ Hec autem est via proce-
dens ex illis que sunt priora quo ad nos et posteriora
natura ad priora natura et posteriora quo ad nos
¶ In hac parte duo determinat primum est processus
ab actibus ad potentias dicens quod in hac via primo debe-
mus cognoscere quid est intelligere et postea quid
est intellectus et sic de sentire et sensu et similiter
est de aliis actibus et potentiis et reddit causam huius
quia ab eis que sunt priora secundum diffinitionem et cogni-
tionem primo est procedendum in scientia ad illa que sunt
posteriora in hac via sed actus priores sunt potentiis
in hac via igitur in scientia prius procedendum est ab ac-
tibus ad potentias secundo autem cum dicit. ¶ Si a-
sicut hiis adhuc priora sunt opposi-
ta et cetera. ¶ Ostendit secundum hanc viam quod prius
incipiendum est ab obiectis cum sint priora ac-
tibus. Dicit igitur quod propter eandem rationem prius deter-

terminandum est de oppositis virtutum anime et voco opposita
obiecta eo quod in ea virtutes nata sunt agere et acti
vum et passivum sunt contraria opposita ut prius oportet sci
re quid alimentum quod est obiectum vegetativi. Et quid est
obiectum sensibilis et sic de aliis. et est ratio eadem que et
prius a prioribus in via cognitionis et diffinitionis est in
choandum. unde cum obiecta priora sunt in hac via ergo ab ob
iectis est inchoandum sunt ergo priora in via cognitionis quo
ad nos. sed quia inter omnia obiecta prius est obiectum vege
et ipsa est prior aliis differentiis. ideo prius de obiecto ipsius
et de ipsa est determinandum et ideo primo de alimento et ge
neratione est dicendum. Sic autem terminatur prima pars.
Sciendum autem est quod hec pars potest ordinari ut
sit de integritate precedentis ut dictum est. sed nos ta
men ad sequentem continuavimus propter dependentiam et unionem
quam habet cum ipsa.

**Sentencia secunde partis in qua agitur de differentia vegetabili et de eius distinctione per suas potentias.**

Consequenter accedit ad secundam partem principalem
in qua determinat de differentia vegetabili et primo determi
nat distinctionem potentiarum ipsius et in illa parte sunt
due partes in quarum prima tangit potentiam ipsius vel
aliarum. In secunda scilicet in hac. **Cui sunt opera et cetera.** Tangit distinctionem virtutum et ope
rum ipsius. Circa primam partem procedit dicens dixi
mus quod ad habendam perfectam cognitionem istarum anime
et potentiarum ipsius oportet ad singularum differentiarum diffinitio
nes descendere. et oportet incipere ab obiectis. ad actus procede
ndo. et ab actibus ad potentias viam dirigendo. Et ideo
hec a prioribus inchoandum sed obiectum vegetabile prius est
omnibus et virtus eius ergo ab obiecto et eius virtute pri
mo inchoandum quod autem vegetativa prior sit aliis mani
festatur hoc modo omnis illa que est prior aliis et maxime
communis que inest omnibus viventibus omnibus existens
vite principium est illa que est prius cadens in scientiam
et obiecta et operationes ipsius sed vegetativa est huiusmodi ergo
prius est cadens in scientia ipsa et obiecta et operationes eius cum
vero hec posteriores sunt quod sicut habetur in prima phisicorum ne
gocium communia sunt priora et notiora nobis quam specialia et
ab illis prius inchoandum est. Deinde distinguit o
perationes et virtutes huius differentie dicens quod eius
operationes sunt due scilicet generare et per hoc intelligit
virtutem generativam et suum actum qui est ge
nerare. et nutrire per virtutem vel intelligit nutri
tivam et eius actum qui est nutrire et ad hanc
reducit virtutem augmentativam et operationem eius

**Sentencia de comparatione prima differentie vegetabilis que est generare a virtute generativa procedens**

Consequenter determinat operationem prime virtutis scilicet generative
et in illa parte sunt due partes. In quarum prima determinat
de operatione generationis ad quam differentia vegetativa ordi
natur. In secunda scilicet in hac. **Communicant ipso se per divino participent et cetera.** Tangit cau
sam finalem huius operationis. Circa primam ergo partem proce
dit dicens virtus vegetabilis habet unum opus quod est ge
nerare et hoc est quod omnia corpora naturalia animata habent virtutem
generativam in quibus sunt iste conditiones que sunt tres
prima est ut animatum quod est natum generare pertingat tempus in
quo sit completum et aptum ad generandum cum non sit semper in
effectu ad generationem aptum. Secunda est ut non habeat impe
dimentum quod impediat hanc actionem vel in virtute vel
in instrumento. Tertia est ut non sit de numero illorum viven
tium que per se generantur et non aliis et sunt habentes que
sine semine generantur et alia putrefactione generata et
cum iste conditiones fuerint contingentes tunc unumquodque
generabit sibi simile sit animal animal et planta plantam
Deinde tangit causam finalem propter quam est generatio
ad quam ordinatur hec virtus et primo dat illam causam et post
dividit causam. Dicit ergo quod generatio est in rebus ut partici
pent divinum et sempiternum esse secundum quod est in eis
possibile per naturam et que in ipsis non possunt continuari in similitu
dine secundum speciem conservantur. Sollicitudo vero divina cum
ipsum non potuit permanere secundum individuum. miserta est in
dando ei virtutem qua potest in specie permanere. Et de
inde dicit quod omnia appetunt hunc finem scilicet permanenti
am sempiternam et moventur ad ipsam consequendam secundum
quod inatum est gratia naturaliter et gratia illius finis agunt que
naturaliter agunt. Deinde dividit intentionem cause fi
nalis cum dicit. **Id autem quod cuius causa sit dupliciter et cetera.** Intentio illius
partis est talis cum determinavit causam finalem propter quam
virtus generativa ~~sex fiant~~ existit in rebus et hec causa
est assimilatio eorum divino et incorruptibili secundum quod unicuique
possibile est per naturam incepit assignare distinctionem mo
dorum finis dicens quod causa finalis est duplex una est
propter quam vel operantur in hac generatione. Et alia est
in qua communicant per illam generationem. causa ve
ro finalis cuius gratia agunt est communicatio esse sempiterni per perpetui
tatem causa vero in qua communicant est vel perpetua
cui assimilantur in illa perpetua continuatione ut
si ponamus quod agunt. ut sint esse secundum per

tinuitate cum vero in eo quod generatum est vel perpetua cum assimulantur in illa perpetua continuatione ut si ponamus quod agunt ut suum esse secundum perpetuitatem contineant. et ut perpetuo sic corpori celesti assimulentur quod individuo suum esse continuat vel dicatur quod finis eorum quorum generatio continuata esse perpetuum illud autem quod facit hanc continuationem est anima et virtus generativa et operatio generationis eius. et inde dat modum secundum quem generabilia corruptibilia possunt eternitati communicare dicens quod quoniam non possunt actu communicare cum ipso sempiterno et divino eo quod nullum corruptibilium potest cum eo in uno eodem statu individui idest secundum numerum permanere eodem modo. quo eis est possibile participare naturam divinam esse et perpetuum participant in suo sibi ipsum participantia ut quod unum numero permanere non potest. unum secundum speciem in suo simili permaneat ut non permaneat idem sed simile eidem. ut idem specie permaneat quod idem numero permanere non potest. Et sic terminatur intensio huius partis

¶ In generationes

¶ Circa partem istam ad presens sex incidunt questiones. ¶ Prima est de necessitate anime vegetativae. ¶ Secunda est utrum sit principium vite in omni vivente. ¶ Tertia questio est utrum debet nutrimentum per suam substantiam aut per suas potentias. ¶ Quarta questio est utrum vivere in viventibus est esse. ¶ Quinta utrum generatio sit in viventibus ab anima. ¶ Sexta utrum sit ab anima secundum omnem sui differentiam. an solum vegetativa. ¶ Questiones vero que incidunt circa modos omnis generationis et circa corruptionem intactam quem sufficienter apponemus determinabuntur in libro requirantur et si placet determinentur hic.

¶ Quest. i.

¶ Circa primam igitur questionem sic proceditur et queritur utrum anima vegetativa sit et aqua necessitate sit. utrum anima tota et ostenditur necessitas eius hoc modo. ¶ Corpora que vitam participant continue dissolvuntur a calore naturali interiori et extrinseco. item non exeunt in esse in completa quantitate et indigent completa quantitate igitur ut in suo simili conserventur alioquin deficeret universitas rerum cum necesse est quod corpora que vitam participant habeant virtutem per quam hoc operetur hec autem virtus non est forma corporalis cum non sit ad hoc sufficiens igitur illa virtus est aliquid quod est supra res naturales hec autem est anima quam vegetativam dicimus eius enim sunt predicte operationes igitur animam vegetativam in rerum natura necesse est esse. ¶ Secunda ratio hec est corpus animatum componitur ex contrariis. item nutritur ex composito ex contrariis sed ex mixtis. item nutrimentum receptum in corpore. cuilibet membro exhibetur secundum exigentiam quam exigit natura cuiuslibet membri. item sursum et deorsum in rebus sunt opposita. sursum et deorsum in mundo et radix in planta est sursum sicut caput animalis. caput animalium vero deorsum. ¶ In mundo autem contrario sic. igitur planta vel vivens quodlibet habet virtutem conservantem contraria continentia ut quod elevatur a composito et tendat ad locum suum et que nutrimentum ad singula membra mandat secundum omnem partem. et que hoc faciat cum electione exhibens cuilibet membro quod sibi congruum est. et que faciat nutrimentum sursum moveri et deorsum in vivente hec autem non est virtus corporalis quod non conservat nec continet contraria ullo modo et signum huius est quod recedente illo principio quod facit istas operationes remanet natura corporalis igitur est supra naturam corporalem quod virtus unita corpori ista corpori ista operatur. hec autem non est nisi anima quam appellamus vegetativam igitur necesse est animam vegetativam esse et eam esse incorpore. ¶ Ad oppositum sicut volunt multi plante vivunt per virtutem viridem quam nominant ariles quod viriditas est vis conveniens in plantis. sed viriditas non est differentia anime sed vis anime igitur ad vitam plante non requiritur differentia anime hoc operante. igitur ad vitam corporum viventium non est necesse ipsam vegetativam esse.

¶ So

¶ Secundo ad hoc dicendum est quod necesse est animam vegetativam esse que corpori adaptetur quod ut ipsum conservet in se et in suo simili in se conservet corpus per nutrimentum ipsum conservando restaurando dissolutum et per augmentum ad perfectam quantitatem reducendo. in suo autem consimili conservat ipsum per generationem. Quid autem sit anima vegetativa patet per diffinitionem anime anima vegetativa est que est prima corporis perfectio naturalis instrumentalis quod generatur et augmentatur et nutritur nutrimentum autem est corpus quod solet assimulari nature corporis cuius dicitur esse nutrimentum nutrimentum et restaurat ei quantum dissolutum est de eo autem plus alibi. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod causa nutrimenti est duplex. una est causa et principium nutrimenti sicut instrumentum alia sicut regulans principium et cum nutrimenti regulans est anima vegetativa et est illud a quo exit operatio supra nutrimentum et ita non potest esse principium sufficiens nutriendi calor sed anima vegetativa ob hoc et propter alias operationes necessario attribuitur corpori viventi

¶ Circa secundam questionem sic proceditur et queritur utrum anima vegetativa sit principium vite in omni vivente. et ostenditur quod sic quod omnia viventia conveniunt in vita igitur convenit in ea per aliquid commune quod in ipsis est nichil vero commune est omnibus viventibus quod possit dare vitam nisi solum anima vegetativa igitur anima vegetativa est principium vite in omnibus viventibus Et hoc confirmatur sic. Diffinitiones rone fundantur in principiis nature. igitur cum hec diffinitio animatum sit communis omnibus viventibus necesse

et ex illud quod est radix illius sit principium commune omnibus hoc
autem est anima vegetativa ergo anima vegetativa est communis omnibus vi-
ventibus ergo cum ipsa ubique est sit principium vite ma-
nifestum est quod ipsa est principium vite in omnibus viven-
tibus. ¶ Secunda ratio hec est. anima vegetativa omnium corporum
corruptibilium consistit in esse et continuatione per restaurati-
onem deperditi et per generationem partium corporis secundum de-
bitam quantitatem et conservationem in esse similium et hoc est
commune omni vivente completo. hec autem sunt operationes
vel anime vegetabilis sicut dictum est ergo anima vegetativa est
principium vivendi vite cuiuslibet viventis. ¶ Ad oppositum
vivere in viventibus est esse. est autem a forma comple-
tiva vel sed non est eadem forma completiva in omnibus vi-
ventibus nec illa est anima vegetativa ergo non est idem esse
omnium viventium. similiter idem principium esse in eis ergo non
est idem principium vite in omnibus viventibus anima ergo ve-
getativa non est commune principium omnium viventium. ¶ Tertia
ratio hec est sicut vita in viventibus est esse. ita sentire in sen-
tientibus et intelligere intellectivis est esse. sentire vero et in-
telligere sunt differentie vite. ergo intelligere ex-
est genus vite est intellectualibus aptitudo intelligendi
et sentientibus aptitudo sentiendi sed anima vegetativa non est prin-
cipium sentiendi et intelligendi ergo anima vegetativa non
est principium vite in omnibus viventibus ¶ Ad hoc dicendum
est quod anima vegetativa est commune principium et vite vi-
te in omnibus viventibus. In illa enim primo radicatur
vita universalis per eam perficitur corpus virtute viven-
tium et per eas operationes conservatur in esse et in suo si-
mili et concedende sunt rationes et hoc per probationem
aliter dicentes quod per ipsam primo debet vivere omnibus
viventibus ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod
vita est duobus modis est enim quedam vita omni
vivente communis et hec radicatur in anima et est vi-
ta propria sicut vita illa per quam animal vivit in genere
animalis et vita illa propria per quam homo vivit in genere
hominis et hec vita propria non est in quolibet vivente
ab eodem principio quod est anima vegetativa sed in eis est
aliud diversis principiis et formis completionis. Vita vero
communis est duplex quedam enim est communis per predica-
tionem et hec debetur anime universaliter. hec radicatur
in universali quod est anima quod est predicabile de hac
anima et de illa. est alia vita communis per reductio-
nem in aliquo principio communi et hec debetur anime
vegetabili que est in quolibet vivente communi in qua communicant
omnia viventia et hec vita non est communis per predi-
cationem sed que radicatur in quodam principio communi omnium vi-
venti ideo necesse est eam esse in omni vivente. et hec est

Co

principium anime vegetative et non aliarum. per hoc autem solvitur
ad primam rationem in contrarium. ad secundam autem ex precedenti de
vita propria et de esse proprio cuiuslibet viventibus

¶ Consequenter queritur sic procedendo et Qo 3.

queritur utrum anima vegetativa sit principium vite per suam
substantiam aut per suas potentias. Quod autem sit vite
principium per suam substantiam sic ostenditur. esse resul-
tat ex unione forme cum materia sed forma per suam essen-
tiam unita materie dat esse materie sed vivere viventibus est
esse ergo anima vegetativa que forma corporis dat ei vitam per uni-
onem sue essentie et non solum per unionem sue potentie ergo
anima vegetativa dat corpori vitam per suam substantiam et non per
suas potentias. ¶ Secunda ratio hec est. anima est perfectio cor-
poris organici potentia vitam habentis sed actus respondens substantie
potentie est in eodem genere cum potentia sed potentia cor-
poris organici est in genere substantie respectu vite ergo actus ei
respondens est in genere substantie. ergo illud quod dat eam vi-
tam est in genere substantie substantie ergo anima vegetativa a parte
sue substantie dat vitam. ¶ Ad oppositum quelibet substantia creata
que est hoc aliquid habet potentiam mediam inter se et
suam operationem quam influit. ergo cum anima vegetativa
sit substantia causata inter animam et suam operationem est
sua potentia media operatur ergo cum vita sit operatio eius
manifestum est ergo quod influit operatio eius anima ve-
getativa vitam per suas potentias et non per suam substantiam ¶ Co
Ad hoc dicendum est quod anima vegetativa dat et influit vitam
corpori secundum suam substantiam unde est principium vite corporis et
per unionem sue substantie est principium operationis in corpore et
per applicationem suarum potentiarum et extensionem earum ad
opus. ¶ Ad primam rationem dicendum est in contrarium quod ani-
ma vegetativa consideratur duobus modis. anima enim vegetativa est
forma corporis et sic perfectio. et est principium operationis
secundum autem quod est forma dat esse corpori et intrinsecum
et esse quod ipsa dat non cadit. hoc modo potentia
media sed se ipsa dat esse et ex illud esse est vita propter
hoc dicimus quod se ipsa dat vitam et non per potentias sed
autem quod ipsa est principium operationis cadit medium in-
ter ipsam et suam operationem. scilicet potentia ipsius

¶ Consequenter queritur sic procedendo Qo 4.

et queritur utrum vivere in viventibus sit esse et ostenditur
sicut supra dixit vivere [illegible]
actus resultans a prima perfectione et ex unione essentie
anime cum corpore. sive ex unione forme cum materia in genere
substantie est esse. ergo vivere in viventibus est esse sed viven-
tibus resultat vivere ex unione forme substantialis que est
anima cum corpore. ¶ Secunda ratio hec est. actus est
duplex. scilicet primus et secundus. sed primus actus est esse

resultans ex prima perfectione et unione eius cum materia. talis autem actus est vivere in viventibus. ergo vivere in viventibus est esse. minor patet quia vivere in viventibus resultat ex unione anime cum corpore. anima enim est prima perfectio corporis. ¶ Tertia ratio hec est. triplex est genus entis. scilicet ens vivens et intelligens. et dicitur ens de istis differentiis entis. ergo contingit dicere vivens est ens. sed non dicitur vivens nisi per vitam vel per vivere. ergo vivere est esse. vivere ergo in viventibus est esse. ¶ Ad oppositum. nulla operatio est esse. sed in quolibet creato differt suum esse et sua operatio. sed vivere est operatio corporis viventis. ergo vivere in viventibus non est esse. minor patet quia vivere est se ipso moveri. moveri autem est moveri secundum locum nutrire augere et generare. sed nulla istarum differentiarum est esse. Item quelibet est operatio. sentire etiam non est esse sed quedam operatio et similiter de aliis. ergo vivere in viventibus non est esse.

Co ¶ Ad hoc dicendum est quod vivere in viventibus est esse. cum sit actus primus resultans ex prima perfectione viventium que est anima et similiter intelligere cum sit vivere in intellectualibus est esse et sentire in sentientibus. et propter hoc dicit Aristoteles quod vivere viventibus est esse. ¶ Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod vivere est duobus modis. est enim quoddam vivere quod est actus primus et quietus et hoc vivere est esse et non operatio. ¶ Et est aliud vivere quod est actus secundus et istud vivere est operatio et hec duo vivere sunt simul tempore licet non sint simul natura et cum dicitur vivere est se ipso moveri ista diffinitio non datur per prius sed per posteriora et manifestat esse prius. quia animatum vivens movetur per motum et cognitionem non tamen est idem cum motu et cognitione et propter hoc differt ab inanimato. Similiter vivere manifestatur per hoc quod est per se moveri et per se moveri consequens est ad vivere quod est actus primus. unde per se moveri non est vivere primo modo sed secundo modo quod refertur ad primum vivere et tale est operatio sed non primum vivere. ¶ Ad secundam rationem dicendum est quod predicte differentie vite sunt consequentes ad vitam et non est differentie vite per se. quomodo autem sunt differentie vite patebit. ¶ Tertia ratio hec est si vivere in viventibus est esse. ergo cum moveri sit vita in mobili moveri esset esse ipsius mobilis. hoc autem est falsum quia moveri non est esse ipsius mobilis immo est operatio ipsius. ¶ Ad hoc dicendum est quod duobus modis est loqui de corporibus. est enim loqui de ipsis a parte sue substantie et hoc modo moveri in eis non est esse. Alio modo est loqui de ipsis a parte illa qua sunt in genere mobilium et a tali motore qui se ipso

movet et est immovendo vitam dare et quantum ad hoc moveri in eis est vivere et secundum hanc viam est differentia vite. et similiter nutrire et augere et generare. et secundum hanc viam nutrire est esse in genere nutribilium et augere in genere augmentabilium et sic vivere in viventibus est esse secundum diversa genera vite.

¶ Consequenter queritur sic procedendo et queritur utrum generatio sit ab anima et ostenditur quod sic et loquor de generatione rerum animatarum viventium. generatio competit rebus animatis et inanimatis sed differenter quia generatio competit rebus inanimatis per conversionem unius in alterum sicut ignis generatur ex aqua per conversionem aque in ignem. Et generatio competit rebus mixtis inanimatis per mixtionem. generatio autem in rebus animatis est per solam propagationem et per seminis decisionem et non per conversionem unius in alterum. et animatum non generatur nisi ab animato de sua natura. ergo animatum per illud per quod differt ab inanimato generatur. hoc autem est anima. ergo animatum per animam generatur. ergo anima est principium generationis in rebus animatis. ¶ Secunda ratio hec est generatio in rebus animatis fit per seminis decisionem que decisio est a quolibet membro et a superfluitate nutrimenti. ergo necesse est quod post completam nutritionem reservetur aliquid de nutrimento quod ordinetur ad generationem. hoc autem non est nisi per virtutem generativam sed virtus illa per quam fit illa reservatio non est virtus elementorum quia virtus elementorum totum consumunt et convertunt in suam naturam. immo est conservativa alicuius ex quo fiat alterum. ergo illa virtus est super elementa. hoc autem non est nisi virtus anime in corporibus animatis que est super elementa. ergo ab anima fit illa reservatio ergo ab anima fit generatio in rebus viventibus. ¶ Tertia ratio hec est illud quod est principium esse et conservationis in rebus animatis ipsum illud est principium conservationis earum in suo simili. quia forma dat esse et conservationem rei. ipsa etiam forma est principium multiplicationis rei et ita conservat rem in suo simili secundum speciem sed omne tale est principium generationis in rebus animatis ergo anima est principium generationis in suo simili in rebus animatis. ¶ Ad oppositum in rebus naturalibus est generatio per naturam. quia et generatio unius est corruptio alterius quia idem est principium generationis et corruptionis in naturalibus sicut patet. ignis enim qui est principium generandi ignem ex aqua est principium corruptionis aque. sed anima non habet contrarietatem aliquam cum alio ergo non est principium generationis in natura. ergo generatio corporum animatorum naturalium non est ab anima sed ab alio principio

Secunda ratio hec est. omnis operatio corporalis est a principio corporali immediate. Sed generatio est operatio corporalis; ergo generatio est operatio corporalis in rebus animatis et a principio corporali. Sed anima non est corporalis immo simpliciter et spiritualis; ergo generatio non est in rebus animatis ab anima. Tertia ratio hec est. illud est principium generationis quod est principium decisionis seminis et distensionis eius in partes et commixtionis eius; hoc autem est calor primo et per se in rebus animatis; ergo anima non est principium generationis in rebus animatis. Ad hoc dicendum est quod principium generationis in corporibus animatis viventibus est anima. anima enim est principium triplicis operationis scilicet nutrimenti per quod deperditum restauratur et est principium augmenti per quod corpus ad debitam quantitatem ducitur et est principium generationis per quam corpus animatum in suo simili conservatur. et concedende sunt rationes ad hoc inducte. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod duplex est generatio in rebus naturalibus. Quedam enim est per conversionem mutuam unius in alterum sicut generatio elementorum et hec generatio est per naturam contrarietatis et de hac est dicit aristoteles quod generatio unius est corruptio alterius et hec est generatio contrariorum ad transmutationem et mutuam conversionem sit per naturam contrarietatis. que vero ad impressionem fit per naturam similis. Est enim alia generatio que fit per propagationem et emissionem seminis et hec est generatio animatorum et de hac non est verum quod generatio unius sit corruptio alterius nisi modo equivoco ut dicitur ex corruptione forme nutrimenti fit generatio forme seminalis et corruptione forme seminalis fit generatio forme fetus. unde ista non est contrarietatis et ideo potest esse principium illud quod non habet contrarietatem hoc autem est anima. Ad secundam rationem dicendum est quod corporale dicitur duobus modis. uno modo dicitur corporale quod est forma corporea sicut forma elementi. alio modo dicitur aliquid corporale quia in corpore est et in corpore operatur et a corpore dependet et hoc modo dicitur anima esse corporalis et sic potest esse principium generationis que est operatio corporalis. Ad tertiam dicendum quod principium duplex est. quoddam quod primo movet et regulat totam operationem et hoc modo anima est principium generationis et commixtionis seminis et distinctionis eius per spirituales partes sive lineas vel sicut regulans et primo movens. Aliud est vero quod immediate movet sicut instrumentum regulatum a primo principio movente. et hoc modo calor est principium emissionis seminis et commixtionis eius et distensionis eius in partes et regulatur per animam.

Circa sextum questionem sic proceditur.

Supposito quod generatio sit in rebus viventibus animatis ab anima. Queritur utrum generatio sit ab anima secundum quamlibet sui differentiam an ab anima vegetabili solum. Quod autem generatio sit ab anima secundum omnes sui differentias sic ostenditur. et quod quelibet anima sit principium generationis. planta enim generat plantam et brutum generat brutum et homo generat hominem et sic unumquodque enim generat sibi simile. ergo per illam differentiam est generatio in homine per quam distinguitur ab aliis et in qua conveniunt ea que sunt sub homine. aliter enim non generaret sibi simile hoc autem est anima intellectiva ergo anima intellectiva est principium generationis in homine et similiter obiciendum est de anima sensibili in bruto et de anima vegetabili in planta ergo anima secundum omnes sui differentias est principium generationis rerum animatarum. Secunda ratio hec est. per illud per quod unumquodque completur in esse per illud est principium sue operationis et continuationis sui esse in se et in suo simili. Sed per animam intellectivam completur homo in esse et per animam sensibilem completur brutum in esse et per animam vegetabilem completur planta in esse ergo per animam intellectivam conservatur homo in se et in suo simili et brutum per sensibilem et planta per vegetabilem. Sed illud est principium generationis rei per quod res conservatur in suo simili ergo principium generationis in homine est anima intellectiva et sensibilis in bruto et vegetabilis in planta ergo anima secundum omnem sui differentiam est principium generationis rerum animatarum. Tertia ratio hec est. sicut habetur in libro de generatione peccant illi qui ponunt formas accidentales esse principium generationis et non formas substantiales cum forme substantiales sint principaliter in generatione et intelligimus in ratione. aristoteles dicit quod forme substantiales agunt sicut principaliter primo moventia. forme vero accidentales sicut instrumenta et substantiales regulant accidentales. ergo cum anima sensibilis in bruto sit forma completiva et substantialis. anima vero vegetabilis in bruto sit dispositio ad ipsam. patet ex sensibilis in bruto totam operationem regulat et vegetabilis causatur in sua operatione ut disponat complexionem hylem ad receptionem sui et similiter intellectiva in homine. Sed omne tale est primum principium generationis et regulans in eo in quo est ergo anima intellectiva est primum principium generationis et regulans in homine et sensibilis in bruto et vegetabilis sicut secundum principium. Ad oppositum sicut habetur in libro de anima anima vegetabilis est principium vite omnium viventium et per ipsam inest cunctis viventibus generatio et augmentatio et nutritio. ergo secundum aristotelem ipsa sola est principium generationis. Secunda ratio hec est sicut ponit avicenna.

Differentie aīme hnt distinctas opationes. Quibȝdam eni
debe cognitō sicut intellectiue et sensibili ⁊ hec nō opant
pse ad consuatōm corpis nec inse nec in simili. aliq
eni debe corpis conseruatio inse et insuo simili ⁊ hec ȝ
anima uegetābilis cui debentur oms opationes naturales
que sunt in corpe. talis uero sola est pncipium ge
nationis ut postq corpus pfcē nutriens reduxerit
ad pfctm quantitatem illud quod relinquitur ex nutri
mento quod consuatur inse indiuiduum ordinetur
p ipam ad semen ⁊ ad gnationem fetus ex quo con
suetur illud indiuiduū insuo simili talis uero est ā
ma uegetābilis sola gō sola anima uegētabilis est pncipiū
gnationis ⁊ nō quelibȝ diffia anime. ¶ Tcia ratio hȝ
est illa anima est pncipiū gnationis cui est imme
diate opari sup. iiij. qualitates indigendo nutrim
tum conuertendo ⁊ assimulando ipm corpi nutribili
p suas opationes ⁊ uirtutes ⁊ que ē. ex supfluo nu
trimto. semē decindit. ⁊ ex ipō format ⁊ mēbra ei
extendit sedm lineares extensiones talis uero est
sola anima uegētabilis et nō alia diffia anime. sicut
uult auicēna. gō sola anima uegētabilis est pncipium
gnationis inrebȝ uiuentibȝ animatis ⁊ nō aliqua
alia diffia aīme. maior pȝ. s. ex illa diffia aīme
sit pncipium gnationis que pducit ⁊ exercet opationē
ex inhoc ꝯsistit tota generatio. ¶ Ad hoc dō est quod
aīma uegetābilis est pmum ⁊ immediatū pncipiū ge
nationis sicut ostendunt rationes. ¶ Ad rationes
infinitum dō est quod pncipium gnationis est mul
tiplex. Quoddam quod est immediate mouens et inquo est
radix tocius generationis ⁊ quod reglat opationē
⁊ hoc modo anima uegētabilis est pncipiū gnationis
alio modo est pncipium aliq gnationis sicut instru
mentum illius pncipij. Et hoc modo calor est pncip
gnationis cum aliis. qualitatibus tcio modo est aliquid
pncipium gnationis sic illud quod regulat opationē
que ȝ ingnatione nō tm ab eo exreditur opatio illa sȝ
regulat illam sic finis ⁊ sicut illud qd coartat opa
tionem alterius pncipij ut sedm eius exigentiam o
peretur ingnatione ⁊ hoc modo anima sensibilis
est pncipiū gnationis inbruto qr sedm eius exigē
tiam opatur uegetābilis ad gnationem bruti hoc ē
modo est aīma intellectiua pncipiū gnationis i ho
mine qr sȝ eius exigentiam opantur pncipia ge
nationis hominis sȝ tm aīma sensibilis ⁊ uegetābilis
est magis accedens ad pncipium gnationis opati
onē quā anima intellectiua cū anima sensibilis
sit radicem ipsius. incorpe ⁊ nō aīma intellectiua
tm opatur anima intellectiua ad gnationem in homine
sicut finis et regula ⁊ cplementum. oms n. dispones
opantur sedm exigentiam dispōnis ultime ⁊ hoc modo
soluuntur rōnes ultime ad utramqȝ ptem qr quedā
illarū pcedunt sedm unam ptem. alie aut rōnes
pcedunt sedm aliam.

¶ Distinctio secunda in qua ostendit comparatio anime ad corpus sedm tª a genera causarum

¶ Continuatio intentionis.

¶ Est autem anima uiuentis corporis causa et principium et cetera

¶ Ex diffinitione uniuersali anime patuit quod aīma
est causa corpis cuius sit ipsius pfectio et ostensum est
in pte pcedenti quod anima uegetābilis sedm uirtutē
gnatiuam est causa efficiens corpis animati cum sit
pncipiū gnationis ipsius nō solū aut anima est
causa corpis sedm hos duos modos imo ⁊ est causa
finalis ipsius ideo inhac pte determinat quod aīma
sedm tria gña causarum est causa corpis animati ⁊
hoc. n. ostenditur quod sedm oms illos tres modos
aīma uegetābilis est causa corpis ⁊ quod gnatio cuius
causa est ipa ȝ pncipiū est ab ipā sicut a causa
efficiente mouente ad gnatōm ⁊ ordinatur ad ip
sam sic ad cām finalem ¶ ⁊ hec ps spectat ad
psentem speculationem ¶ Diuisio ¶ Recipit aut
hȝ ps diuisionem in duas ptes inquarum pma pponit
quod anima cparatur ad corpus in ratione triplicis
cause ⁊ distinguit triplex genus cause. ¶ In scda
s. inhac. ¶ Quid gō ista manifestum
est et cē. ¶ ostendit sedm quem modum s. a
nima habeat rationem triplicis gnis cause respectu corpis
¶ Pma aut ps indiuisa remanet. ¶ Scda aū
ps recipit diuisionem in tres ptes ¶ In quarū
pma ostendit animam habere ratōnē cause for
malis ¶ In scda. s. inhac. ¶ Manifestum
est autem ppter quod anima causa ē
et cē. ¶ ostendit animam habere rōnem cause fi
nalis In tcia. s. inhac. ¶ Ei uº pª qª unū pn
cipium est quod quid est. ¶ ostendit
aīmam habere rationem cause efficientis. hec aut
tres rōnes causarum de aīma uegetābili sunt in
telligende inhac pte. pme aut due ptes rema
nent indiuise. ¶ Tcia aut ps diuiditur in duas
¶ In quarū pma ostendit animam cām efficiēte

in corpore ratione motus localis in animalibus habentibus differentiam anime que est motiua secundum locum in secunda parte ibi hac. **Est autem alteratio et augmentum secundum animam.** Ostendit animam esse causam efficientem in motu alterationis et augmenti et decrementi. Prima autem pars manet indiuisa. Secunda autem pars diuiditur in duas. In quarum prima ostendit animam esse causam efficientem motus alterationis et augmenti et decrementi. In secunda, ibi in hac. **Empedocles autem non benedixit hec addens augmentum accidere plantis et cetera.** Improbat opinionem Empedoclis ponentis augmentum et decrementum non esse ab anima sed a natura elementorum. Diuisionis recollectio. Sunt igitur in lectione presenti partes sex. In quarum prima assignat diuisionem causarum ostendens rationem triplicis generis cause anime conuenire. In secunda specialiter ostendit secundum quem modum ei competit ratio cause formalis. In tertia ostendit secundum quam rationem intentio cause finalis. In quarta ostendit secundum quem modum ei competit intentio cause efficientis quantum ad motum localem. In quinta ostendit secundum quem modum ei competit intentio cause efficientis quantum ad motum alterationis et augmenti et decrementi. In sexta improbat opinionem Empedoclis errantis circa motum augmenti. Hec autem sexta pars ad sequentem pertinet speculationem. Hec est diuisio huius partis. **Sentencia prime partis in qua ostendit rationem triplicis cause anime conuenire.** Circa primam partem procedit hoc modo dicens quod anima est causa et principium et causa est illud post quod sequitur aliud principium autem quod non est aliud est ergo anima principium et causa corporis cuius est perfectio et causa dicitur secundum tres modos ut habetur in secundo de phisico negocio qui modi concidunt in unum scilicet causa formalis que dat esse rei et causa efficiens a qua exit motus et causa finalis propter quam res est et anima est causa hiis tribus modis ipsius corporis. Est autem causa formalis sicut patet in eius diffinitione. Est causa efficiens quantum ad motum generationis et nutrimenti et augmenti et decrementi. Et est causa finalis quia sicut declaratum est in phisicis materia est propter formam et necessitas eius est propter necessitatem forme et non propter aliud consequens. **Sentencia secunde partis in qua ostendit animam habere rationem cause formalis.** Consequenter ostendit animam habere rationem singulorum illorum modorum. Et primo ostendit eam habere intentionem forme per duas rationes. Et ratio prima

talis est omnis ens que est principium esse rei est causa formalis ipsius. Sed anima est principium esse rei scilicet corporis animati ergo est causa ergo formalis corporis animati. Minor ostenditur sic uiuere in uiuentibus est esse. Sed anima est causa in te uiuentibus ergo anima est causa esse in ipsis. Secunda autem ratio hec est omne illud quod est perfectio rei existentis in potentia est causa formalis ipsius. Sed anima sic patet ex sua diffinitione est perfectio corporis uiuentis existentis in potentia ergo anima est causa formalis ipsius. **Sentencia tercie partis in qua ostendit animam habere rationem cause finalis.** Consequenter ostendit secundum quem modum anima habet rationem cause finalis et in illa parte duo intendit. Primum est ostendere hoc et sic ostendit dicens quod anima est causa finalis corporis cum propter ipsam sit corpus productum in esse et est uita sua talis. Sicut operatur intellectus in rebus artificialibus sic patet in mechanicis. Similiter operatur natura in rebus naturalibus. Sed intellectus operatur propter aliquem finem ergo natura operatur propter aliquem finem ergo corpora animata propter aliquem finem producit. Hic autem finis est anima ergo anima est causa finalis corporis. Quod autem anima sit ille finis propter quem natura operatur et producit corpora sic ostenditur illud quod omnia corpora naturalia tam animalium quam plantarum sunt instrumenta et causa finalis ipsorum sed anima est huiusmodi ergo anima est causa finalis corporum. Sicut ergo instrumenta artis sunt propter finem ad quem ordinantur. Similiter omnia corpora animata sunt propter animam et ipsis utitur sicut instrumentis ad quam secundum finem ordinantur sic ad. Secundum autem quod intendit est distinctio cause formalis quam tangit cum dicit. **Dupliciter autem dicitur quod huius causa est et cetera.** Dicit ergo quod causa finalis est duplex. Una est illa que est aliquid propter quod uiuitur in uiuentibus aliquid et hanc rationem cause finalis est ponere secundum proportionem quam habet anima ad corpus animatum quod est ipsum compositum ex compositum est causa finalis corporis et anime tamquam illius finis qui est utrumque et anima et corpus. Alia est causa finalis illa per quam est in finem rei deuenire et secundum hunc modum est anima causa finalis secundum proportionem quam habet ad corpus quia est perfectio eius per ipsam corpus deuenit in suum finem. **Sentencia quarte partis in qua ostendit rationem cause efficientis anime quare quantum ad motum localem.** Consequenter ostendit modum secundum quem anima habet rationem cause efficientis. Anima ergo est principium efficiens motus in corpore et secundum uires motiuas et estimatiuas et ostendit quod est principium motus localis hoc autem non est in omnibus uiuentibus

tibus que non in plantis sed solum in quibusdam aliis in quibus est
virtus motiva secundum motum progressivum. ¶ Senten-
cia quinte partis in qua ostendit rationem
cause efficientis anime competere com-
tinum ad motum alterationis et augmen-
ti et decrementi. ¶ Consequenter ostendit animam
esse causam efficientem comtinum ad motum alterationis augmenti
et decrementi et primo proponit intensionem dicens quod al-
teratio et augmentum in rebus animatis procedunt ab anima et
primo ostendit alterationem esse ab anima et est ratio sua
talis ¶ Omnis motus sensus est ab anima et nichil participat
sensum quod non participat animam sed motus sensus est
quedam alteratio cum non sit alteratio formarum omnino secundum naturam na-
turam corporalem ergo ab anima est alteratio. ¶ Deinde
ostendit quod anima est principium augmenti et decre-
menti cum dicit. ¶ Et de augmento et decre-
mento simili se habet et cetera. ¶ Et est sua
ratio talis omne quod nutritur habet vitam et omne habens
vitam habet animam et vivit ab anima ergo omne quod nutri-
tur est habens animam et nutrimentum habet ab anima sed
omne quod habet augmentum et decrementum naturale habet vitam
et animam et augmentum et decrementum habet ab anima.
Dico autem augmentum et decrementum naturale quod
fit a principio intrinseco naturali potest enim addito fieri re-
bus sicut per artem fit in rebus inanimatis vel in quantitatibus ma-
thematicis sicut quadrangulus addito gnomone crescit et
hoc augmentum non est naturale et similiter omnis quantitatis
et mathematice et alie crescere possunt per accidens et preter naturam
non est autem augmentum naturale nullius neque decremen-
tum. ¶ In hiis completur manifestatio intensionis huius
partis et specialis

¶ Circa partem istam inquirendum est de operationibus ani-
me in semine circa actum generationis. ¶ Novem autem
occurrunt questiones. ¶ Prima est utrum in semine de-
ciso sit aliqua natura anime. ¶ Secunda est utrum illa
natura sit anima an virtus anime. ¶ Tercia est quomodo
illa virtus procedat cum semine utrum per decisionem an
alio modo. ¶ Quarta est utrum illa anime que est fu-
tura fetus per se ipsam sit aliquo modo in semine. ¶ Quin-
ta est quomodo sit in semine utrum actu an potentia.
¶ Sexta est quomodo ducatur ad actum. ¶ Septima est
quomodo tamen anima comparetur ad corpus secundum triplex genus
cause. ¶ Octava est utrum eadem anima sit causa
efficiens et forma et finis eiusdem corporis. ¶ Nona est
utrum et quomodo corpora sit anime instrumentum.

Questiones
¶ Circa primam questionem sic proceditur et queritur utrum in se-

Questio 1

mine deciso a patre sit aliqua natura anime et osten-
ditur quod sic. ¶ In rebus que producuntur per decisionem
seminis simile producit simile et hoc fit per decisionem se-
minis agentiante cum ex illo generatur simile ergo necesse est
ut in semine sit aliqua natura effectiva operans ad illam
similitudinem illa vero natura que ad huius multiplicatio-
nem similis operatur est natura anime quia anima est
forma et species corporis animati ergo necesse est quod in semi-
ne deciso agentiante in rebus animatis sit aliqua na-
tura anime que operetur ad productionem individui si-
milis. ¶ Secunda ratio hec est sicut habetur in libro de anima-
libus sperma viri comparatur ad semen mulieris sicut
artifex et causa efficiens ergo in semine viri est ali-
quod quod agit et movet sed sperma non movet per se ipsum
unde sperma omnino mortificatum non movet ergo necesse est
aliquam virtutem esse in ipso quod sit principium move-
di ipsum et vivificans ipsum hec autem natura non est ni-
si natura anime ergo necesse est in sperma deciso a ge-
nerante esse naturam anime. ¶ Tercia ratio hec est
sperma secundum Aristotilem nutritur unde dicit Aristotiles quod embrio nu-
tritur et facit nutrimentum in suam naturam. Item dis-
tendit membra et distinguit et reddit ea habilia ad
operationes anime ergo in ipso est aliquid quod est prin-
cipium nutrimenti et augmenti et distensionis mem-
brorum et distinctionis hoc autem non est virtus nature sed
natura anime. Natura enim ad ista non operatur ergo in
semine est aliqua natura anime. ¶ Ad oppositum sicut
habetur in libro de animalibus semen est superfluitas nutrimen-
ti quo non indigemus nutrimentum vero non habet animam
nisi postquam unitur membris et efficitur pars mem-
brorum sed semen cum sit superfluitas que relinquitur a
nutrimento nec est assimilatum membris nec eis unitum
ergo nullo modo habet naturam anime in se. ¶ Secunda
ratio hec est multe sunt superfluitates in corpore et quedam
remanent in corpore. Quedam extrinsecus abiciuntur. Ille
que remanent in corpore sunt sicut pili et ungues. Ille
que abiciuntur sunt sicut semen et sputum et urina et
egestiones. Sed magis accedunt ad naturam corporis
animati illa que remanent in corpore de sua natura quam
illa que abiciuntur ergo superfluitates que remanent ma-
gis accedunt ad naturam corporis animati quam semen
sed superfluitates remanentes non habent regimen ab anima per se
nec a natura anime unde non augentur per generationem nutri-
menti sed per hoc quod superfluitas que est iam ex qua
generantur augetur ergo multo fortius cum semen sit superflu-
itas existens extra corpus semen non habet regimen ab

Utrum id quod est in semine decisum a generante est . . . dicit sit substantia ipsius anime vel virtus eius 93





anima nec a natura anime ergo in semine decisum a generante
non est aliqua natura anime. Ad hoc dicendum est quod in semi-
ne est natura anime que movet ad productionem fetus
et distinctionem et organizationem et formationem membrorum et
movet et operatur illa natura anime ad dispositionem corpo-
ris supra quam anima que est perfectio reducitur et intentione
ad hoc ostendendum sunt concedende. Ad primam rationem in contra-
rium dicendum quod semen superfluitas est nutrimenti continui ad
maiorem continuitatem ipsius continuum ad maiores partes ipsius
est substantia decisa a substantiis omnium membrorum et ex semen dun-
taxat multiplicatione speciei et conservationem in similitudine in
semine est natura anime que operatur ad istam multipli-
cationem exercendam. Ad secundam rationem dicendum est quod non
est simile de aliis superfluitatibus et de semine quia alie super-
fluitates non sunt propter multiplicationem rei in suo sim-
ili sed solum sunt ille que a corpore abiciuntur ad exonerandum
naturam et ne nocumentum faciant in corpore. alie autem que
remanent in corpore sunt ad decorationem partium corporis et
defensionem et ideo cum nulla superfluitate alia fluit sper-
ma anime nisi cum sola illa ex qua fit sperma. unde si
et eiciatur sanguis a corpore superfluus non tamen cum
eo fluit natura anime licet cum eo fluat spiritus et calor
sed cum spermate fluunt spiritus. spiritus et calor et anima vel
virtus anime

Co.

Co. ij. Secundum conveniens sic procedendum supposito quod in semine decisum
a generante sit aliqua natura anime. Queritur de illa natura
anime utrum illa natura anime que est in semine sit substantia a-
nime vel virtus anime. Et ostenditur quod illa natu-
ra anime que est in semine operans ad productionem fetus et ad
formationem membrorum sit virtus anime et non eius
substantia. Dicit enim Aristoteles in libro de animalibus quod non est necesse
ex effectus univocatur materie secundum substantiam sed sufficit quod v-
niatur secundum virtutem sicut regula artificis unitur i-
nimi non substantia sed virtute. Et similiter non est necesse quod anima
tris sit in semine sed aliqua alia natura scilicet virtus que
fluit ab anima patris. hec autem non est nisi virtus an-
ime et non substantia operans ad productionem fetus ergo illa natura anime
que est in semine est virtus anime et non eius substantia. Se-
cunda ratio hec est duplex est agens quoddam quod operatur ad produc-
tionem rei per suum contactum et ad coniunctionem cum
per unionem sue substantie et tale quod est simul cum materia substantia et vir-
tute. Est aliud agens quod operatur ad productionem
rei sine contactu et quod remotum est secundum suum contactum et
sic patet in tractatu lapidis et tale agens non operatur per
unionem sue substantie sed per virtutem solum et virtus
movet est virtus eius et non substantia eius et secundum hunc mo-
dum anima patris fluit cum semine non enim anima patris
nec ipse pater est cum semine ergo illa natura anime
fluens a generante cum semine que operatur ad fetus
productionem est virtus anime et non substantia anime. Ad
oppositum accidens non est sine subiecto. sed virtus anime est
accidens anime ergo non est sine substantia anime ergo virtus
anime non potest esse in semine quin et eius substantia sit in
illo. ergo illa natura anime que est in semine non est
sola virtus anime immo eius substantia. Secunda ratio hec est
sicut habetur in libro de animalibus anima est in semine
et semen est substantia animata et non potest dici quod semen non
habet animam sed anima est in [illegible] sine operatione unde assi-
milatur sua existentia dormienti cum vero obviat ei
nutrimentum et operatur super nutrimentum tunc excitatur
ad operationem et tunc est in semine sicut actus et sicut
vigilans ergo cum substantia anime sit operans supra nutrimen-
tum et extendens membra et formans patet quod anima
continuum ad substantiam est in semine ergo cum anima seminis
que postea est perfectio seminis operetur vitales operationes patet
quod non indiget virtute anime patris ad hoc operandum
ergo illa natura anime que est in semine est anima ipsius
seminis secundum substantiam et non virtus anime patris solum

Co.

Ad hoc dicendum est quod in semine est virtus anime que fluit cum
semine et operatur ad fetus et ad productionem et ad membro-
rum organizationem sed in semine est natura virtutis
anime patris que fluit cum calore naturali et cum spiritu
et operatur ad productionem fetus et dat distinctionem
membrorum et organizationem et hec est actu in semine sicut
motus. Item alia est natura in semine que est anima se-
minis et in futuro fetus completa organizatione membrorum erit
perfectio seminis et hec est in semine potentia et non actu et
virtus anime patris fluens cum semine operatur ad
dispositiones per quas fit actu anima existens potentia
in semine eo quod illud quod fluit cum semine a patre o-
perans ad predictas dispositiones non est substantia anime patris
sed est virtus que fluit cum semine et potentia et po-
tentius quod in semine est substantia anime seminis que non est e-
adem cum anima patris nisi secundum speciem solum que per
operationem virtutum existentium in semine ducitur
ad actum et sic illa natura anime que fluit cum se-
mine et operatur ad productionem fetus est virtus anime
et non substantia eius. Ad primam rationem in contrarium dicendum
est quod duplex est accidens quoddam quod comparatur ad
subiectum ut ad subiectum solum in quo est solum et tale non
est sine subiecto sicut albedo et huiusmodi. Est aliud accidens
quod comparatur ad suum subiectum non solum sicut ad illud

Utrum anima procedat cum semine per decisionem
Utrum anima que est futura perfectio fetus sit in semine decisa.

in quo est. Secundum ad ipsum comparatur sicut ad illud a quo fluit et tale accidens potest esse sine suo subiecto a quo fluit. Erit tamen in alio subiecto in quo fluit ab illo tale accidens est virtus et ideo virtus anime patris ab ipsa potest fluere cum semine et esse in semine sine ipsa. Ad secundam rationem dicendum est quod in semine est anima et substantia anime seminis sed illa est potentia in semine et non sicut actus. Sed virtus anime patris que fluit cum semine operatur operationes nutrimenti et augmenti antequam anima in potentia ducatur ad actum et actu compleat corpus. Et substantia illa anime non sufficit ad augmentum et nutrimentum nisi per illas virtutes que fluunt cum [illegible] ab anima patris

Q° 3ª

Circa tertiam questionem sic procedendum. Supposito quod natura illa anime que est in semine sit virtus anime. Queritur de virtute illa anime quomodo procedat cum semine, an per decisionem an per solam suam multiplicationem et influentiam et ostenditur quod procedit cum semine virtus illa sine decisione sed per solam suam multiplicationem et influentiam duplex est forma quedam que est distensa per se et per naturam quedam que non. Illa que est distensa dividitur secundum divisionem materie, illa vero que non est distensa non dividitur secundum divisionem materie. Ergo procedit cum semine in quo est sine decisione et divisione et non deciditur sic semen. Secunda ratio hec est divisio omnis accipitur a parte materie. Unde forma non dividitur nisi per divisionem materie sed per suam naturam multiplicatur. Unde in formis est multiplicatio sine divisione. Virtus autem anime est huius naturae maxime forme maxime ergo de sua natura non dividitur. Ergo cum ab anima fluat virtus semen fluit in semine sine decisione ergo per solam suam influentiam et multiplicationem procedit cum semine et sine sui decisione et divisione. Ad oppositum virtus anime que fluit cum semine sicut calorem naturalem et spiritum sed spiritus et calor naturalis deciduntur et procedunt in semine per viam decisionis ergo virtus illa procedit in semine secundum viam decisionis. Secunda ratio hec est virtus anime procedit cum semine deciso a superfluitate nutrimenti et a substantia membrorum et virtus illa est in substantia membris et a membris fluit cum decisione seminis ergo necesse est ut sequatur decisionem huiusmodi membrorum et divisionem ergo virtus illa deciditur ergo procedit per viam decisionis. Ad hoc dicendum est quod virtus que est in semine fluens ab anima patris procedit cum ipso semine per viam multiplicationis et influentie et non per viam decisionis hoc enim proprium est virtutis et maxime in virtutibus substantiarum incorporearum scilicet quod procedunt per viam influentie non per viam decisionis et concedende sunt rationes inducte ad

C 3

hanc partem. Ad primam rationem in contrarium dicendum est quod virtus anime procedat cum semine sequitur calorem naturalem et spiritum tamquam media differentia per ipsam et quibus ipsa operatur in semine. Non tamen ad decisionem eorum deciditur. Spiritus enim et calor naturalis cum suo subiecto quod est humor sunt res corporales et ideo dividuntur et deciduntur. Virtus vero anime cum sit spiritualis res non deciditur sed solum multiplicatur in semine et cum eo procedit per viam influentie sine decisione. Ad secundam rationem dicendum est quod sic deciso membro non deciditur substantia anime cum eo nec virtus eius sicut ostensum est. Similiter ad decisionem humiditatum membrorum nec ad decisionem substantie seminis sequitur decisio virtutis anime que procedit cum semine sed sola multiplicatio et influentia non sit distensa

Q° 4ª

Circa quartam questionem sic procedendum et queritur utrum substantia anime que est futura perfectio fetus sit in semine decisa a patre et secundum quem modum est in ipso ostenditur autem quod sit in ipso sic. Dicitur in septimo methaphisice semen facit sicut illa que fiunt ex artificio. Et in eo est forma in potentia illud ex quo est semen conveniens est in semine aliquo modo et intendit dicere quod anima que est forma seminum est in ipsis sicut artis et principium est in artifice ergo secundum Aristotelem anima secundum suam substantiam que est futura perfectio et forma seminis est aliquo modo in semine. Secunda ratio hec est. Dicitur in septimo methaphisice omne quod fit quodque fit ab agenti nomine et specie et intendit quod generans et generatum sint similia nomine et specie ergo in eo quod generans est principium speciei per quod assimulatur generanti ergo cum semen sit illud quod dicitur generans et ex quo dicitur fieri fetus necesse est ut in ipso semine sit aliquid in substantia forme per quam natum est perfici et per eam est simile de generanti in potentia et completum est simile est de actu. Sed anima est huiusmodi forma seminis ergo necesse est ut in semine sit aliquo modo substantia anime que est futura perfectio fetus. Ad oppositum sunt duo in anima scilicet substantia anime potentia eius a parte substantie dat anima esse a parte potentie anima operationem. Si ergo substantia anime est perfectio in semine semen habet esse et vitam per animam sed omne tale est semen ab anima de sui natura ergo semen esset perfectum ab anima sui natura hoc autem est falsum ergo in semine non est aliquid in anime. Secunda ratio hec est sic. Dicitur in secundo de anima anima est perfectio corporis organici potentia vitam habentis. Et dicit Aristoteles quod corpus quod est potentia vitam est corpus sicut perfectum et non sicut semen et fructus ergo cum semen secundum Aristotelem non habet potentia vitam

[illegible] ... mal ... [illegible] ... tractatus.

[illegible] de vestito ... [illegible] ... liber ... [illegible]

[illegible] ab antiquis ... [illegible] ... quidam ... [illegible] ... leges ... [illegible]
[illegible] ... leges ... [illegible] ... quidam ... [illegible]
[illegible] ... seneca ... [illegible] ... laudatur ... [illegible] ... hoc ... [illegible]
[illegible] ... adulatio ... [illegible]
[illegible] ... quidam ... [illegible]
[illegible] ... quidam ... [illegible] ... ad illud
[illegible] ... media ... [illegible] ... ad illud ... [illegible]
[illegible] ... supplicatio ... [illegible] ... ad ... quidam ... [illegible]
[illegible] ... seneca ... [illegible] ... ad lucilium ... [illegible]
[illegible] ... laudabiliter ... [illegible]
[illegible] ... aliud ... [illegible] ... excellentia ... [illegible]
[illegible] ... honorandus ... [illegible] ... illud ... [illegible]
[illegible] ... nobilitas ... [illegible] ... magnus ... [illegible]
[illegible] ... nobilis ... [illegible] ... nobilitas ... [illegible]
[illegible] ... magnanimus ... [illegible] ... nobilitas ... [illegible]
[illegible] ... nobilitas ... [illegible] ... nobilis ... [illegible]
[illegible] ... seneca ... [illegible] ... nobilitas ... [illegible]
[illegible] ... ad ... [illegible]
[illegible] ... seneca ... [illegible]
[illegible] ... nobilitas ... [illegible] ... ad nobilitatem ... [illegible]
[illegible] ... seneca ... [illegible] ... nobilitas ... [illegible]
[illegible] ... nobilitas ... [illegible] ... ad ... [illegible]
[illegible] ... ad physicam ... [illegible] ... seneca ... [illegible]
[illegible] ... ad physicam ... [illegible] ... nobilitas ... [illegible]
[illegible] ... nobilitas ... [illegible] ... ad physicam ... [illegible]

